2 in 1 Bd. et Index v. ca 3501.



THEOCRITI

RELIQVIAE
VTROQVE SERMONE

CVM SCHOLIIS GRAECIS

ET COMMENTARIIS INTEGRIS

HENRICI STEPHANI, IOSEPHI SCALIGERI

ET

ISACI CASAVBONI

CVRAVIT HANC EDITIONEM
GRAECA AD OPTIMOS CODICES EMENDAVIT
LIBROS TRES ANIMADVERSIONVM
INDICESQVE VERBORVM THEOCRITEORVM
ADDIDIT

IO. IACOBVS REISKE

Ex Egidyi Libris

VIENNAE ET LIPSIAE
SVMTVS IO. FRID. IAHN
TYPOS LOCAVIT G. A. F. LOEPER
1765.

PA
4442
A2
1765

LIBRARY
MAY 16 1963
UNIVERSITY OF TORONTO

840938

VIRO

ILLVSTRI, MAGNIFICO

IVRIS CONSVLTISSIMO

IACOBO HENRICO BORN

DOMINO IN WILDENBORN

ET SVXDORF

TRIBVNALIS PROVOCATIONVM

COMITI, IN CVRIA PROVINCIALI,

ET IN IVDICIO SCABINORVM ITEM

ASSESSORI, CIVITATIS LIPSIENSIS

CONSVLI, TEMPLI ET SCHOLAE

AD D. NICOLAI

CVRATORI

PATRONO SVO

PLVRIMI FACIENDO

THEOCRITI HANC EDITIONEM

A SE CVRATAM

D. D. D.

IO. IACOBVS REISKE

VIRO

ILLVSTRI, MAGNIFICO

IVRIS CONSVLTISSIMO

IACOBO HENRICO

BORN

DOMINO IN WILDENBORN

ET SVXDORF

TRIBVNALIS PROVOCATIONVM

COMITI, IN CVRIA PROVINCIALI,

ET IN IVDICIO SCABINORVM ITEM

ASSESSORI, CIVITATIS LIPSIENSIS

CONSVLI, TEMPLI ET SCHOLAE

AD D. NICOLAI

CVRATORI

PATRONO SVO

PLVRIMI FACIENDO

THEOCRITI HANC EDITIONEM

A SE CVRATAM

D. D. D.

IO. IACOBVS REISKE.

VIR

ILLVSTRIS, MAGNIFICE, IVRIS CONSVLTISSIME, PATRONE GRAVISSIME

Theocritum nonnulla mea cura expolitum illuſtri Tuo nomini inſcribere, pignus futurum meae erga Te pietatis, nil dubito. Facit humanitas et reliqua virtus Tua, ut confidam, Te non eſſe aſpernaturum munus haud uno nomine commen-

commendabile. Poetam vides ingenii dictionisque festivitate dudum nobilitatum. Graecus est. Tu vero, ut nullam partem bonarum literarum Tibi reliquisti intactam, ita in graeca praesertim literatura juventutem Tuam, sub magistro peritissimo, ita exercuisti, ut antiquitatum Atticarum partem inprimis difficilem atque obscuram scriptionibus aliquot academicis, magno cum doctorum hominum applausu, dares illuminatam. Lipsia peperit hoc munus, patria Tua, Tibi carissima, cui nutricationis tam lautam reddis mercedem, ut nulla dies abeat, qua Tu non egregie de illa Tua matre mereare; quae Te, quae majores Tuos tulit, viros clarissimos, antiqua nobilitate, quos summis quibusque functos vidit honoribus, et habuit, ut optime de se meritos, ita carissimos. Sed haec tua Lipsia, tametsi alias optimorum librorum ex nullo non doctrinarum genere ita est ferax, ut ipsa quoque sedulitate graecorum et latinorum auctorum edendorum cum Batavis et Anglis contendere possit, qui regnare hoc in genere velle videntur, nondum tamen ad hoc diei Theocritum

tum dederat. Sed compensavit hanc cunctationem diligentia et magnificentia. Mundities chartarum ea est, is typorum nitor, ea denique cavendis mendis adhibita est diligentia, ut nulla facile sit alia Theocriti editio palmam solertiae typographicae huic praereptura. Accedit ab industria quadam mea commendationis aliquid. Quod penes Te quidem, ut Tu mei es amans, non est nullo loco. Venis ipse Tu quoque in partem meritorum. Facilitati enim Tuae codicem Theocriti, manu exaratum, debeo, quem Tu mecum communicasti ex Amplissimi Senatus, cujus Tu princeps es, bibliotheca depromtum. Quid itaque dubitem, quin Tu sis hoc navitatis meae documentum eadem amplexurus benevolentia, qua reliquos meos in literis conatus amplecti soles. Non nunc evagabor in laudes Tuas; quae cum sint amplissimae, clarissimaeque, neminem fugiunt nostrorum civium, et infantiam meam aspernantur. Hoc unum agam, ut testatum omnibus memorem meum animum faciam, cui nulla dies jucundam eripiet recordationem beneficiorum, quibus Tu, multisque et magnis, me-

que

que ludumque illum literarium ornasti, in quo, sub oculis Tuis, juventutem civicam bonis artibus imbuere studeo. Perge porro, ut adhuc feciſti, meque, collegasque meos, et juvenes, in hoc ludo, fidei Tuae commiſſo, bonis literis operantes, caritate paterna fovere, et commoda noſtra tueri. Faxit Deus, ut Tui, ut Schola, quam ecquid eſt cur dubitem Tuam appellare, ut cives univerſi, ſapientia vigiliisque tuis tuti, Te ſalutis ſuae vindice, multos per annos, alma pace, rebusque omnibus ſecundis utantur. Scripſi Lipſiae d. 25. Martii 1765.

LECTO-

LECTORI DOCTO ET AEQVO

S. P. D.

I. I. REISKE.

Fortunam in rebus humanis multam versari, scimus omnes, ab usu quotidiano docti. Saepe eveniunt, quae tu minime speraſſes. Saepe rursus a votis, a spe atque destinatione tua longe jaces. Quod idem in Theocrito mihi quoque accidit. Nunquam mihi, ne per somnium quidem, in mentem venerat, edendi hujus poetae neque spes neque consilium. Sors tamen, nescio quae mea, ad eum me vocavit, eumque mihi objecit, alia omnia cogitanti. Institor librarius, qui sumtus huic novae Theocriti editioni erogavit, artifici illi, cujus typos et operas ei excudendae conduxit, per literas in mandatis dederat, (nam Viennae Austriacae fixas habet fortunarum sedes) ut homini, quem ipse idoneum judicaret, correctionem mendarum typographicarum demandaret. Ille itaque, cum esset imprimendi faciendum initium, ad me venit, hominem sibi multo et diuturno usu cognitum, percunctandi ergo, esset ne mihi

 animus,

animus, et otium, mendas typographicas e foliis a prelo calentibus tollendi. Ego ſine cunctatione condicebam operam meam, quod exiſtimarem, non alias mihi fore, quam correctoris, quem appellitant, partes in hoc negotio gerendas. Praeterea ita de me ſtatuo, ut nihil indignum mea perſona habeam, quo literae ornentur illae, quibus me conſecravi. Similibus aliis operibus, et noviſſime Homero Erneſtiano, eandem operam impenderam. Facile itaque patiebar, prouinciam mihi demandari, quae facilis geſtu et peractu videretur. Sed ipſo in opere graviſſimam deprehendi, et errorem meum experiundo didici. In ipſo ſtatim, quod primum emendandum exhibebatur, folio ſentiebam, ſi quis alius vetuſtus auctor vitiis librariorum contaminatus adhuc circumferretur, eum vel maxime Theocritum eſſe. Veniebat in mentem, folia ſingula quaeque, ut corrigenda mihi traderentur, ad editionem Romanam, quam inter libellos meos habebam, exigere, et tuli ejus rei magnum fructum in ipſo ſtatim primo Idyllio, verſu 102. Ex illo verſu diſcebam, vulgares Theocriti libros tam non non eſſe emendatos, quam par erat eos eſſe, poſt Stephanos, Caſaubonos, Heinſios. Ea res animum mihi addebat, ut origines vulgaris lectionis indagarem, hoc eſt illius ab Henrico Stephano conſtitutae, poſt quem, ut alias, ita in Theocrito quoque nihil eſt novatum; ſeu quod recentiores editores in fide et doctrina Henrici, quae, omnium confeſſione, maxima eſt, acquieſcerent, et ne ſuſpicarentur quidem eum falli usquam potuiſſe: ſeu quod libris vetuſtis carerent, ſeu quod laborem eos inſpiciendi defugerent, ſeu denique, quod nefas ducerent, a lectione Stephano probata vel latum unguem diſcedere. Suſcepi itaque menſe Decembri anni ſuperioris 1764. (nam eo menſe initium imprimendi factum eſt, et ego ad hanc provinciam

ciam ſum vocatus) ſuſcepi ergo illo temporis, ſane praecipiti, articulo moleſtam hanc operam vetuſtos libros cum junioribus comparandi. Vetuſti mihi ſunt, qui editionem ab Henr. Stephano in Poetis Graecis Principibus curatam, anteceſſerunt. Romana a Zacharia Calliergo profecta, domi meae, quod modo dixi, erat. E Bibliotheca Ampliſſimi Senatus Lipſienſis editionem, quae omnium mater eſt, Aldinam, unaque codicem calamo exaratum, accepi. Sed caeterarum nulla mihi ad manus fuit, et aegre carui Florentina, vel Iuntina, ad quam Stephanus haud raro provocat. Ex his duabus vetuſtis editionibus, quae tamen facile omnium loco poſſint eſſe, (nam alia ſubſidia, de quibus ſtatim pluribus dicam, ſerius acceſſerunt) Theocriti verba, quem textum vulgo uſurpant, emendavi. Neque poenitet operae impenſae, cujus fructum tuli majorem etiam, quam ſperaveram. Ex ea enim opera intellexi, vetuſtis illis editionibus, quae paulo poſt artis typographicae exordia curatae ſunt, ab hominibus religioſioribus, quam juniores fuerunt, ineſſe multas bonas lectiones, a junioribus aut ignoratas, aut ideo contemtas, quod earum vim et praeſtantiam non perſpicerent. Saepe ſubit animum meum miſeratio adverſae ſortis, qua, cum Theocrito reliquisque bucolicis graecis, omnes omnino vetuſti auctores utriusque linguae uſi ſunt, quibus, incredibile dictu eſt, quam multa et quam tetra vulnera juniorum editorum, ſeu imprudentia, ſeu levitas, ſeu pigritia, ſeu temeritas et oſtentatio ingenii, inflixerit; quae vulnera, vel flagitia potius a ſegnibus, et ſecuris, et ſat habentibus, a majoribus accepta bona fide reddere, dum praefatiuncula addenda, jejunisque quibusdam notulis adſpergendis famam editorum aucupentur, et rem familiarem locupletent, conſervantur, foventur et per manus ad ſeram poſteritatem traduntur,

cum possent e vetustis primigeniis editionibus sanari, modo eas inspicere nil pigeret, aut nossent bonis ibi absconditis uti. Sed dedecus est hujus saeculi, in hac luce literarum, in hac bibliothecarum opulentia, non ferendum, esse in hominibus doctis, quorum pudet pigetque ignaviae, qui, cum auctorem aliquem veterem typis renovare velint, praesertim si quis adhuc est corruptior, cujusmodi sunt in vetustis auctoribus non pauci, etiam creberrimis quidam editionibus contriti (quod vix fidem inveniat,) tum exemplum ejus aliquod triobolare, de genere viliſſimo, mendosissimum, quod sibi perire animo ferant aequissimo, tradant operis imitandum, et mendarum typographicarum elimationem amico cuidam suo, juveni haud doctissimo, aut mercenario servo, committant, cujus fidei securi indormiscant. Videte audaciam ejusmodi hominum, existimationem suam pari loco, atque commoda literarum, hoc est nullo, habentium. Editionis, quam titulus ab ipsis curatam mentitur, ne folium quidem prius oculis vident, quam editio praelo liberata venalis exponitur. Eo quidem modo veteris cujusque auctoris editorem se ferre cujusque sit. Ea vero laus, aut nulla est, aut perexigua. Ego equidem eam mereri nolim, et persona mea indignam judicem; qui ita statuam, cui homini docto sua dignitas cara sit, et qui aequalium suorum posterorumque commodis studeat, bonaque fide de ornandis et amplificandis bonis literis cogitet, eum decere, non ut alienae fidei ita supinus indormiat, sed ut ipse quaerat, quid verum sit et genuinum, et domo afferat, unde vetustus quisque auctor emendatior, ornatior et illuminatior prodeat.

Haec hactenus. Erunt tamen contra qui sedulitatem meam improbent, et pro importuna atque vaesana traducant. Quos rogatos velim, primum ut cogi-

tent

tent, si Henrico Stephano, si Danieli Heinsio id licuit, qui sibi sumsere, ut pro arbitrio suo textum Theocriti mutarent, saepe idonea sine causa, idque inulti tulere, mihi quoque hoc licere debere. Nam aut stultitiae et imperitiae esset, aut invidiae, idem factum in aliis laudare, in aliis insectari odiis et convitiis. Deinde, ut a carpendo tantisper sibi temperent, donec ipsi Theocritum diligenter legerint, et nostros animadversionum libellos cum eo compararint, quibus hoc consequi studui, ut, quid discriminis lectionum in libris Theocriteis versetur, in brevi quasi tabula cerni, quid in quaque lectione veri aut falsi insit, dijudicari, et sicubi latinus interpres a sententia poetae aberrasset, deprehendi possit. Haud infitiabor subitariam et deproperatam hanc esse operam. Non enim plus otii ad hoc totum concinnandum relictum mihi fuit, quam paucorum mensium spatium, illorum puta, quibus haec Theocriti nova editio inter manus operarum versata est. Quo factum est, ut paene imparatus ad hoc negotium gerendum accederem. Non eram Theocriti lectione tritus; non abundabam vetustis ejus editionibus, aut lectionibus e codicibus manuscriptis excerptis; alienus tota vita fui ab usu veterum grammaticorum graecorum; quorum usus tamen in praecipuis habetur praesidiis atque adminiculis ad rem eiusmodi prospere gerendam; libris juniorum, qui Theocritum seu data opera, seu obiter tractassent, non eram instructissimus; carebam otio eos libros, qui in potestate mea essent, diligenter perscrutandi; plane nihil ad hunc poetam in adversariis annotatum habebam. At vel sic tamen satis magnam emendationum et animadversionum silvam ipsa praestitit comparatio trium Theocriti librorum, qui, quod sciam, sunt principes. Hi sunt Aldinus, Romanus, et Henrici Stephani; de quibus pauca quaedam praefari expedit.

Aldina

Aldina mihi ad manus fuit illa, quae subscripta in fine voluminis habet haec verba: „Impressum Venetiis characteribus ac studio Aldi Manutii Romani, cum gratia etc. MCCCCXCV. mense Februario.„ Primam hanc ajunt esse: Sitne nec ne, pro certo non dixerim. Nam in Bibliotheca Graeca Fabricii bis nominatur editio Aldina 1494. et in Catalogo Bibliothecae Lugduno Batavae perhibetur ibi exstare editio A. 1493. Sunt huic editioni multae propriae laudes, splendidi typi chartaeque, compendia scripturae graecae haud pauca, in aliis libris prelo excusis raro obvia, lectiones quam plurimae probae et genuinae, a quibus juniores editores sine causa discesserunt. Ex hoc libro multis Theocriti locis primigenium colorem reddidi. Et magna debet ejus ad nos esse auctoritas, quia Aldus in praefatione ad Baptistam Guarinum Veronensem nihil a se emendatum, sed omnia fideliter e libris suis manuscriptis expressa et reddita esse affirmat. Verba ejus legi possunt in Voluminis XII. Bibliothecae graecae Fabricianae p. 606. ubi tota praefatio illa recusa est. Ordine carmina Theocritea hic Aldinus liber plane alio exhibet, quam quo in vulgaribus libris post Stephanum auctorem leguntur. Quem Aldinum ordinem alio loco describo. Intermistae sunt Theocriteis carmina Bionis et Moschi. Sed rursus ei desunt non pauca, quae postmodum Zacharias Calliergus primus in lucem produxit. Scatet item mendis crassis, quas tamen paene omnes in libellum meum animadversionum contuli, ut jam carere aequo animo possint Aldino codice, si qui eo destituantur. Est in eo etiam hoc singulare et plane mirabile, quod locos duos iterat, et cum magna etiam lectionis diversitate, totidem alios contra omittit. (v. ad Idyll. 18. et ad Moschi Megaram dicenda.) Suspicor tamen supereſſe quaedam Aldini codicis exempla, quibus ille

insignis

insignis et rari exempli error sit detractus. Nam I. Adamus Schierius, V. C. Gymnasii Schoeningensis in agro Helmstadiensi Rector, in editione, quam curavit, reliquiarum Bionis et Moschi, ad illos ipsos locos, qui codici Aldino ei, quo ego usus sum, desunt, affert ex eadem Aldina lectiones a vulgari discrepantes. Vsus autem sum indulgentia virorum Amplissimorum et Clarissimorum, Iacobi Henrici Bornii, et Wendelini Neuhausii ICC. codice illo Aldino, quem servat Bibliotheca ab Ordine Amplissimo Civitatis Lipsiensis studiosorum usibus aperta. Quo cum codice modis omnibus consentit ille, quem bibliotheca tenet illa, quam item Vniversitas literarum in urbe nostra florens in Collegio Paulino publice dedicavit. Nolite lectores suspicari illi codici Aldino, qui mihi ad manus fuit, aliquid foliorum detractum esse. Nihil est. codex est integer, et plenus. lacunae illae mediis in paginis incipiunt.

Postquam haec iam exaraveram, et operis excudenda dederam, venit in mentem, quo me hoc dubio liberarem, adire virum excellentis doctrinae famaeque, Ernestium nostrum, penes quem Theocritum Aldinum esse mihi constabat. Et cessit res ex voto. Exponebam viro summo meam de discrepantia exemplarium Aldinorum dubitationem. Res ei mira videri. Negabat sibi occurrisse mirificum illum errorem, tametsi librum suum Aldinum cum Heinsiano non indiligenter comparasset. Permittebat denique librum suum mihi inspiciendum. Statim patuit illas ambas editiones Aldinas, tametsi annum eundem praeferrent, seu mentirentur, mirifice inter se discrepare. Exponam suo loco diversitates lectionum ex utroque exemplo. Nunc satis habebo quaedam afferre ad universam constructionem pertinentia, quae alia in alio est exemplo Aldino. Ad p. usque 77. seu Κηριοκλέπτην ambo libri Aldini, qui mihi ad manus fuere,

Sena-

Senatorius et Erneſtianus, inter ſe conveniunt modis omnibus. Sed a pagina 77. inde ad finem libri ambo mirifice et inſigniter inter ſe diſſentiunt.

Liber itaque Aldinus, quem bibliotheca Senatoria ſervat, cum quo ille, quem bibliotheca Vniverſitatis in Paulino collegio conſecrata, modis omnibus conſentit, ſic ſe habet. Pagina 83. incipit Bucoliſcus, et procedit ad verſum 25. ὄμματα. p. 84. incipit a verſ. 26. eiuſdem Bucoliſci et finit in quarto Piſcatorum. p. 85. a quinto ad 35. continuat, p. 85. tenet piſcatorum verſus 36. ad 65. p. 87. verſus duos poſtremos 66. et 67. ἐλπὶς τὸν ὕπνον etc. (ſic). tum ſequitur Μεγάρα γυνὴ Ἡρακλέος (ſine voc. δωρίδι.) Huius carminis habet verſus duodecim primos, poſt quos ſequuntur verſus 37. cum ſequentibus omnibus usque ad finem, iterati e leſſo Moſchi in Bionem per paginas 88. 89. et maximam partem paginae 90. omiſſis omnibus verſibus Megarae, qui duodecimum inſequuntur. Iam p. 90. paene extrema incipit carmen in Dioſcuros hac inſcriptione Διόσκουροι κοινῇ ἰάδι. magnis literis. p. 91. habet verſum Dioſcurorum quartum cum inſequentibus. p. 92. a verſu 34. ad verſum 41. in media pagina iterum lacuna eſt, ſed illa pariter quoque coeca. nam deſunt verſus 42-90. tum rurſus leguntur, nullo intervallo, verſus 91. ἥρως (ſic) κρατερὸν et finit illa pagina in verſu 110. αὐχένος ἀρχαγὸς. p. 93. a verſu 111. ad 141. p. 94. a verſu 142. ad verſum 171. p. 95. a verſu 172. finit in Amatoris quarto, cuius hic alia non eſt inſcriptio quam Μισῶν φιλέοντα, magnis literis. p. 96. a v. 5. χερσὶ κρατεῖ pergit ad v. 34. ἀνίκα τὰν καρδίαν. (ſic) p. 97. a v. 35. finit in fine carminis στέργε δ' ὑμεῖς εὔητες. (ſic) p. 98. eſt Syrinx lineis in ora paginae laeva, unde legendi initium fit, recto ad perpendiculum deſcendentibus tractu, ſed verſus oram dextram, ubi verſus deſinunt

nunt, sensim decrescentibus, caeterum nullis linearum terminis descripta. p. 99. est carmen in mortuum Adonin. p. 100. est γένος Θεοκρίτε. p. 101. περὶ εὑρέσεως τῶν βουκολικῶν. p. 102. tota est vacua. p. 103. incipiunt Gnomae Catonis. Haec est facies Theocriti e bibliotheca civica Lipsiensi depromti.

Nunc videte propria libri, quem Ernestius V. C. usurpandum dedit. Non commemorabo hoc, quod non Aldinis operis imputari debet, sed culpae compactoris, exemplo illi deesse totum folium Z. F. III. notatum, seu paginas 81. 82. 83. et 84. in quibus Bucolicus totus cum versibus 65. Piscatorum fuit exaratus. p. 85. summam tenent duo postremi versus Piscatorum ἐλπὶς τῶν ὕπνων. Tum sequebatur carmen Moschi Megara dictum; cum alio pampinaceolo (Stoekgen appellant pueri typographorum nostratium) quam est in illa altera Aldina; et cum hac inscriptione Μεγάρα γυνὴ Ηρακλέους. et peculiari versu minutis literis, δωρίδι. quod vocabulum illi alteri plane deest. p. 86. incipit v. 25. finit in versu 55. p. 87. v. 56 - v. 86. p. 88. a versu 87 ad 117. p. 89. v. 118. et tum in media pagina incipit, parvis literis, Θεοκρίτε Διόσκουροι κοινῇ ἰάδι ἐγκωμιαστικὸν. et finit in v. 18. p. 90. a v. 19. ad v. 48. p. 91. a versu 49. ad 78. p. 92. a v. 79. ad 108. p. 93. a v. 109. ad 139. p. 94. a v. 140. ad 169. (Hoc folium, paginas 93. 94. 95. et 96. tenens, iteratum erat errore compactoris.) p. 95. a v. 170. ad 200. p. 96. a v. 201. ad versum tertium Amatoris, cujus erat haec inscriptio literis minutis Θεοκρίτε ἐρασὴς δωρίδι διηγήματα. (sic) p. 97. a versu 4. Amatoris ad 33. p. 98. a versu 34. ad finem carminis, cui subscriptum erat τέλος, significans Theocriteorum carminum istum finem esse. p. 99. est Syrinx plane alia forma atque in illa superiore editione, aut in ulla alia, quotquot vidi. Coit enim e lato prin-

cipio utrinque in anguſtum fundamentum, velut ventilabrum, quomotitando foeminae ſibi auras adſpirant. Septum eſt undique binis lineis parallelis, et in medio novem dimicant velut ocelli ad dimidias partes coeci, ſeu obſcuri, cum ambiente areola candida. p. 100. tenet carmen in mortuum Adonin, et p. 101. incipiunt Gnomae Catonis.

Quibus ſi addis incredibilem varietatem, quae lectionibus hujus Erneſtiani exempli, cum lectionibus alterius exempli ſupra commemorati intercedit, res eſt manifeſta et omni controverſia potior, duas plane diverſas eſſe has Aldinas editiones. Haec vero mihi adhuc dubia ſunt et obſcura: ſintne ambae eodem anno curatae, quod ſubſcriptio affirmat; et, ſi ſunt, cur eodem ambae anno proditae; et quaenam ſit vetuſtior, et quis mutationum vel emendationum in recentiorem ingeſtarum auctor, et cur denique duabus editionibus tam inter ſe diſſimilibus eadem ſit praefixa praefatio, quae tamen diſerte ajat, Aldum nihil mutaſſe, ſed fideliter repraeſentaſſe librorum ſuorum lectiones. Atqui repraeſentant ambae editiones lectiones inter ſe diſſimillimas. Vtranam itaque bona fide agit? Sed nimis ſupina fuit antiquorum ratio in praefationibus ad libros, quos ederent, conſcribendis, et in Criſi exercenda. Sinunt nos ignorare, quibus ſint libris uſi, et qua id ratione; quo fit ut neſciamus, quid librorum fidei, et cuinam illi fidei, ſatiſne bonae, et quid rurſus ipſorum editorum ingenio et auctoritati ultro arrogatae debeatur. Sunt etiam loci quidam illius praefationis Aldinae mihi perobſcuri, ut ille: *Sic in hoc libro in iis, quas addidimus, eclogis.* Sic loquatur homo, qui nova quaedam carmina adjunxerit antiquiori cuidam editioni ſuam praegreſſae. Ecquaenam vero praegreſſa tuam eſt editio Theocriti, Alde, nos enimvero tuam credidimus ad hoc diei omnium principem. Eccuinam addidiſti eclogas illas, quas te

ais

ais addidisse? Illi ne primae, A. 1493. a te curatae? Ergone illa carmina Theocriti pauciora complectitur, quam haec posterior? Debebas planius loqui, et rationem posterorum habere. Sed haec posita sunto in medio, quae destituti a librorum copia nos clara perfundere luce nequimus. Interim, quia distinguendae tamen inter se sunt illae Aldinae tam dissimiles sibi, liceto mihi in libello Animadversionum illum priorem appellare, qui minus plenus est, h. e. cui desunt magnae particulae in Dioscuris et in Moschi Megara; posteriorem autem illum, qui particulas illas praestat. Consentaneum enim est, imperfectius esse vetustius perfectiore. Dolet mihi profecto, exemplum Ernestianum non statim a principio meae operae Theocrito navatae praesto fuisse. Nam eo demum uti coepi cum operae ad p. 233. hujus editionis profecissent. Non dubito potuisse me illo e libro nonnullos locos melius constituere. Videtur tamen Zacharias Callergus hoc posterius exemplum Aldinae, Ernestianum puta, secutus esse, prius autem illud, quod Senatoria bibliotheca servat, plane ignorasse. Nam editio ejus cum Ernestiano libro plerumque consentit, et exhibet ex eo lectiones, quas, antequam libro Ernestiano potirer, profectas credebam ab ingenio Zachariae. Sed erit de his differendi locus oportunior in libello Animadversionum.

Mirari item satis non possum, qui factum sit, ut Daniel Heinsius, cui tamen ista editio ad manus esset, neque lateret ejus ad emendandum Theocritum magna vis, tamen ad eam rem illa uti nil curaret. Nam illi exemplo Aldinae, cujus ipse, dum in vivis ageret, dominus fuit, et quod postea in potestatem I. Alb. Fabricii devenit, adscripsit Heinsius, Fabricio teste, haec verba. „Ex hac Theocriti editione videntur quaedam non vulgaria in reliquis recentioribus posse emendari.„

Nisi forte Daniel post editum demum suum Theocritum Aldino potitus est. Et erat praeterea Daniel ab acumine critico, a graecarum litterarum peritia, ab eruditione vera, non profecto instructissimus.

Haec pauca de Aldina. Quam secuta est Iuntina seu Florentina, ab Henr. Stephano in notis ad Theocritum saepe commemorata, a me autem nunquam oculis usurpata. Quantum memini ex Henrici praedicatione, neque cum Aldina plane consentit, neque cum Romana, quae Florentinam proxima excepit. De qua statim pluribus dicam. videtur Florentina quaedam propria, neque plane spernenda habere, forte illa e mediceis codicibus hausta, quorum lectiones penes me sunt, et de quibus paulo post erit dicendi locus oportunior.

Romana vulgo audit editio a Zacharia Calliergo, Romae, illo ipso anno 1515, quo Iuntina, curata; et primo mense A. 1516. in manus hominum emissa, secundum Aldinam, sine controversia, praestantissima. Exemplar enim est omnium insecutarum, nisi si quid Henricus Stephanus ab hoc exemplo discessit. Explevit enim Zacharias Aldinae lacunas, et non pauca carmina bucolicorum graecorum, quae ad Aldi manus non pervenerant, addidit; neque fuit post Zachariam, qui Theocritum nova quadam accessione locupletaret. Primus idem dedit Scholia graeca, in quibus si delectum esset secutus, majorem erat gratiam initurus. Abundant enim illa scholia multis absurdis et anilibus nugis, pudendisque erroribus. non tamen nullo in loco sunt habenda, neque laus omnis illis est deroganda. Negari nequit, Theocritum Zachariae Calliergo haud parum debere, ut qui magnam adhibuerit curam, ut poeta noster quam ornatissimus et instructissimus exiret. Aderant ei libri bonae notae, e quibus dubitari nequit quin

locos

locos bene multos emendarit, quos Aldus mendoſos prodiderat; Rurſus tamen planum in libello Animadverſionum feci, Zachariam multa corrupiſſe, quae Aldus fideliter bona et proba dediſſet, ingenio confiſum, non usque quaque feliciſſimo. Verum tamen mirifice mihi ad emendandum Theocritum Calliergi diligentia profuit. Interdum quoque Scholia ex ejus editione emendavi, adieci item inde repoſita ſcholia ad Helenae epithalamium, quae, neſcio quo caſu factum eſt, ut editionibus omnibus, quae quidem Xylandro juniores ſunt, deeſſent. Iuvat hoc loco titulum huius editionis et praefationem et ſubſcriptionem referre.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΗ ΠΑΡΟΥΣΗ ΒΙΒΛΩ.

Θεοκρίτε εἰδύλλια ἓξ καὶ τριάκοντα.
Τῶ αὐτῶ ἐπιγράμματα ἑννεακαίδεκα.
Τῶ αὐτῶ πέλεκυς καὶ πτερύγιον.
Σχόλια τὰ εἰς αὐτὰ εὑρισκόμενα. ἐκ διαφόρων ἀντιγράφων συλλεχθέντα.

In ima ora tituli conſpicitur aquila biceps, cum ſcuto in pectore, cui inſcriptae ſunt duae literae ZK. Praefatio ſic habet.

Ζαχαρίας καλλιέργης κρὴς τοῖς ἑκασταχῆ Φιλομαθέσι χαίρειν.

τὰ Θεοκρίτε εἰδύλλια τὰ παρὰ τῶ μακαρίτε προτυπωθέντα Ἄλδε καὶ ἡμεῖς δεύτερον ἐτυπώσαμεν, ἐχ ὡς εὕρομεν (ἐχάτης ἂν τῶτο νομισθείη παρὰ πᾶσιν ἄξιον κατηγορίας) ἀλλα κατὰ τὸν εἰωθότα τρόπον καλῶς ἅμα ταῦτα καὶ ἐπιμελῶς εἰς κοινὴν ὠφέλειαν ἐπιδιορθώσαντες, χεῖρ ἐπικερίας ὀρέγοντος Κορνηλίε Βενιγνίε τῶ οὐιτερβιέως. ἐ πένε γὰρ μόνον τῶτο δεῖται πολλῶ, ἀλλὰ καὶ δαπάνης, ταῖς πολυγόνοις ὠδῖσι τῆς παρ ἡμῖν τυπεργίας. δεύτερον καὶ ἡμεῖς, ὡς φθάσαντες εἴπομεν, τοῖς πᾶσιν ἕτοιμα προεθέμεθα σὺν ἄλλοις Θεοκρίτε τισὶ τοῖς μήπω τυπωθεῖσιν.

ἡρακλί-

ἡρακλίσκον Φημὶ, ἡρακλῆν λεοντοφόνον, βάκχας, ἡλακάτην, παιδικὰ, δάφνιδος καὶ κόρης ἀριξύν, τὰ σωζόμενα αὐτῷ ἐπιγράμματα, ἐννεακαίδεκα ὄντα τὸν ἀριθμὸν, πέλεκύν τε καὶ πτερύγιον, πρὸς τέτοις ἔτι τὰ εὑρισκόμενα εἰς αὐτὰ χόλια, ἅτινα ἐν πολλοῖς διεσπαρμένα εὑρόντες ἀντιγράφοις, πόνῳ πολλῷ εἰς ἓν συνηγάγομεν. τὸ μὲν γὰρ εἰς τῆτο, τὸ δὲ εἰς ἄλλο εἶχε χόλιον. ἐφ' οἷς εἰ χαίρετε, εἰκὸς ἔργω δεικνύειν, ἵνα καὶ εἰς τὸ μέλλον προθυμοτέρως ἡμᾶς εἰς τὰς κοινωφελεῖς τατσὶ καλές τε κἀγαθὰς ἀγῶνας ποιήσητε.

Non alienum eſt, ejuſmodi praefationes e vetuſtis editionibus a junioribus repeti, et poſteritati quaſi per manus tradi, et ab oblivione vindicari, quae quidem ſint, ut haec eſt, non deſertae a rebus ſcitu dignis. Quod ſi eſſem copiis et uſu vetuſtorum librorum, et peritia rerum in literis ſaeculis XV. et XVI. geſtarum inſtructior, otioque praeterea ſi abundarem, erat hic commodus locus de typographia a Zach. Calliergo Romae adornata, et de libris ab ea profectis, item de Cornelio Benigno Viterbienſe, qui ſumtus huic editioni erogaſſe dicitur, nec non de numero carminum Theocriteorum, diſputandi, qui a numero nunc in libris hodiernis regnante multum diverſus eſt. Sed haec aliis ſunt relinquenda. In fine Romani libri haec leguntur, primum graeco, tum latino ſermone. Λέοντος μεγίστε ἀρχιερέως δεκάτε πάπα ῥώμης ἐσίως αὐτὴν οἰκονομῆντος καὶ τὸ παρὸν βιβλίον ἐν ταύτῃ ἐκ εὐνομίᾳ * χωρὶς τυπωθὲν, πέρας ἔλληφεν ἤδη σὺν θεῷ. ἀναλώμασι μὲν τῆ λογίε ἀνδρὸς Κορνηλίε βενίγνε τῆ ὀυιτερβιένσε, πόνῳ δὲ καὶ δεξιότητι Ζαχαρίε Καλλιέργε τῆ Κρητὸς, μηνὸς Ἰανναρίε ιε. χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ δεκάτῳ ἕκτῳ. et averſa pagina, omnium ultima, haec latina. „Leonis X. Pont. Max. literis cautum eſt, nequis poſſit tam Pinda-

* Nota vocabulum εὐνόμιον pro privilegio.

Pindarum, qui nuper cum commentariis editus est, quam Theocritum hunc impressum cum additione * et commentariis per decennium imprimere aut venundare sub poena excommunicationis latae sententiae refectionis damnorum expensarum, et amissionis librorum„ Subjacet caduceus alatus, cum gemino serpente et imposita stella.

Haec est facies editionis Romanae. Jam de aliis agamus, quae illas duas principes sunt insecutae. In editionibus itaque Theocriti, quae graecae sine scholiis prodiere, numerat Jo. Albertus Fabricius B. G. T. II. p. 436. Lovanienſem A. 1520. 4. Basilieenſem apud Cratandrum 1530. 8. Venetam 1539. 8. Parisinam apud Gn. Morellum 1561. 4. et inter poetas graecos principes Henrici Stephani Paris. 1566. folio. et in editionibus, quae cum scholiis prodiere, numerat idem Fabricius p. 437. praeter Romanam, de qua jam modo diximus, has. Basil. 1541. 8. Venet. 1543. 8. (qua de editione testatur, eam a Meursio lection. attic. 3. 17. laudari.) cum scholiis a Calliergo collectis in priora 18. idyllia et in reliqua Guil. Xylandri graecis brevibus annotationibus Francofurti 1588. 8. et denique Oxonienſem 1676. 8. quam nitidam appellat. Harum editionum fuere penes me pauciſſimae; hae nempe Veneta 1539. et 1543. poetae graeci principes Henrici Stephani, et Oxonienſis Felli. praeterea fuerunt penes me, Fabricio praeteritae hae. Francofurtenſis 1558. quae cum illa Fabricio commemorata A. 1588. videtur eadem esse, fortasse in numeris commiserunt operae peccatum, et Londinenſis A. 1729. De illis, quas non vidi, judicare nequeo. Supereſt itaque, ut de his meam dicam sententiam, quas oculis usurpavi et usu cognitas atque perspectas habeo.

In

* Significat illa carmina, quae Zacharias primus in lucem protulit.

In his itaque prima est Veneta A. 1539. curata, non destituta Scholiis graecis, quod ait Fabricius, sed iis utique praedita. Forte carebat iis exemplum Fabricianum. Exemplum autem, quod Ernestius V. C. mihi utendum dedit, ea habet; ut contra exemplum, quo usus sum, Farreanae, seu Venetae A. 1543. curatae, quam editionem Scholia graeca habere ait Fabricius, iis caret. Vsus autem suum hujus exemplo item Ernestiano. Conveniunt ambae hae Venetae inter se modis omnibus, et similimae sibi sunt, ut aliis in rebus, ita in his duabus, quod carent plane omni auctoritate, nam sunt merae iterationes Romanae, et quod sunt perquam mendosae. Sed recentior Farreana tamen magis, quam vetustior Salamandrina. Quare miror cur Meursius eam laudarit. Nominum horum rationem accipite hanc. Veneta A. 1539. curata insigne gerit Salamandram in flammis vivacem, et subscriptionem hanc. *Venetiis apud Salamandram*, in titulo utroque, tam illo, qui verbis poetae graecis, quam, qui Scholiis praefixus est. In calce legitur haec subscriptio. *Venetiis in aedibus Bartholomaei de Zanettis a Castorzago anno a partu virginis* 1539. Inest ei Bipennis et Ala et Ara. Sed deest Syrinx. Scholiis tamen Pedasimi ad Syringem non caret. Altera Veneta 1543. prodita, cujus exemplum Ernestinum, forte culpa compactoris librarii, caret scholiis, praefert ipsa quoque insigne Salamandrae, et easdem plane lectiones, quas illa superior, nisi ubi est mendosior. Paginae et versus ambarum editionum paene ubique inter se conveniunt. chartae tamen et typi sunt dissimiles. Sed subscriptum est titulo *Venetiis ex officina Farrea.* MDXLIII. In calce carebat omni signo typographico. Aristophanem Farreanum Stephanus Berglerus laudibus extulit paene invidendis, et, ut repertum est ab Hemsterhusio, V. C. et-

jam

iam vanis. Profecto, si Theocrito Farreano similis est Aristophanes ille Farreus, necesse est, ut, quotquot Aristophanes unquam prodiere typis excusi, omnium hic sit teterrimus. ut nesciam ubi oculos, ubi mentem habuerit Berglerus. Bona fide possum asseverare, et poteram centenis documentis demonstratum dare, et datum est cuique, penes quem illa Farreana Theocriti editio est, oculis suis fidem sibi facere, nullam unquam e praelis typographicis exisse mendosiorem Theocriti editionem. Tam crebri, tam portentosi sunt errores istius editionis. Et praeferunt tamen ambae illae Venetae Theocriti editiones praefationem Labani Torini ad Polycarpum Cratandrum, in qua Labanus ille (nam sic constanter in utraque editione appellatur, non Albanus, quomodo eum alii appellant) magnifice de opera a se in emendando Theocrito navata, praedicat. Ad manus mihi non est editio Basileensis, quam Fabricius commemorat, ex officina Cratandri prodita A. 1530. sed videtur tamen omnino Cratander ille, ad quam allegata est haec Torini praefatio, idem cum typographo Basileensi esse, et praefatio haec ex editione Germanica in Venetam ipsis verbis translata. Forsitan Torinus Cratandro operam in corrigendis mendis typographicis editionis Basileensis locavit, forte haud illam contemnendam. ut ista praedicatio solummodo ad mendas typographicas pertineat, non autem ad lapsus calami, quibus librarii scribae, indocti et tardi homines, Theocritum deformarunt, quibuscum homini critico bellum est. Sed utut est hac de re, accipite Torini verba, haec: „Succisivis, ait, et paucis admodum horis, Theocritum a confessis aliquot mendis vindicavimus, quibusdam vero et bene multis fidem nostram voluimus interponere. Sunt enim quae Oedipo conjectore egeant nonnulla. Castigatiorem tamen, quam hactenus, pro-

dire, liquebit iis, qui exemplaria conferre non dedignabuntur.„ Haec Torinus de se praedicat; quam vere, meum non est dicere. Quae de fide sua interposita commemorat, ea plane non intelligo. Nisi hoc vult dicere, se mendas superiorum editionum, quas non potuisset tollere, reliquisse et propagasse. Hoc pro certo scio, et comperi sedulo facto examine, quaecunque tandem fuere partes, et quicunque successus Torini hoc in negotio, millia aliquot mendarum, quibus aliae Theocriti editiones carent, me reperisse in illis duabus Venetis, vix unam, aut duas emendationes, vere eo nomine dignas, quae Torino possint imputari. Quod Idyll. 25, 183. melius in Farreana legitur ἀπίδα, quam in vetustioribus ἀππίδα, hoc casui magis et errori typographico, quam diligentiae correctoris ideo imputo, quod etiam in Salamandrina legitur ἀππίδα, quae tamen etiam Torini praefationem habet, et se ab eo correctam fert. Tametsi totum Theocritum Farreanum et Salamandrinum haud indiligenter, et magis etiam, quam par erat atque expediebat, ad libros vetustioresque atque recentiores exegi, nullam tamen usquam reperi emendationem, praeter hanc unam Idylli 7. 153. ἔπεισε pro antiquo ἔσπεισε. In reliquis crassissima et foedissima socordia atque insciția per illas duas Venetas editiones dominatur. Isne se emendatorem Theocriti ferat, qui, ut hoc utar, quod primum occurrit, in Heraclisci v. 5. Romanae vitium ἀπεσκόλευσε reliquit, et propagavit, et v. 7. ejusdem carminis γλύκετερον. Sed non solum vetusta vitia reliquit, et per manus quasi tradidit posteris, sed nova etiam quam plurima creavit et disseminavit. ut Id. 5, 60. ποτέροις δὲ. Haeccine erit emendatio? item v. 81. ἔθησα pro ἔθυσα, et Id. 3. 43. Ὀρθρυος pro Ὄθρυος 4. 16. πτῶκας lepores, pro πρῶκας. guttas roris. 12. 8. φανὴν, pro φανεὶς. 14. 66. βεβλακὼς, pro

βεβα-

βεβαικὼς. 15. 88. πλατεάσδοισαι. 16. 85. καλαῖ (cum circumflexo) πέμψαιεν ἀνάγκαι. 24. 74. πολλὰ ἀναχαιτάδων. 25. 15. ἂν μέγα. Hoccine est emendare, an corrumpere? Vix digitum ponas in illa editione, ubi non occurrant exempla tam detestabilis ignorantiae. Cujus unum adhuc, sed insigne, ponam exemplum, e quo de correctoris ingenio, aut de editionum valore, conjectura fiat. Idyllii secundi versus quintus desideratur. Sed hoc leve est prae isto, mirifico et ridiculo errore. Idyllii noni versu 2. legitur verbum ἐφεψάσθω, et versu 3. ἐπὶ τείρασι. Horum verborum illi in editione Romana superscripta est varians lectio ἐφαψάσθω, huic ὑπὸ τείρασι. Habet illa editio interdum ad marginem annotatam lectionum varietatem. Super literis itaque ἐφε superscriptae sunt in Romana literae hae γρ. καὶ ἐφα. quod cum non intelligeret curator editionum Venetarum, subjecit versui primo γὰρ καὶ ἔφα et secundo γὰρ καὶ ὑπὸ. quod mortalium nemo exputet, quid sibi velit, nisi fontem erroris coram oculis habeat. Quam putabimus mentem, quam linguae graecae peritiam ei fuisse, qui ex γρ. (id est γράφεται) efficiat γὰρ. Sed non satis habuit curator illarum editionum, semel se turpiter dedisse. Etiam bis peccavit, et errorem iteravit. Nam in Epigr. 4. 5. ubi ZC. ad marginem adscripserat γρ. κᾶπος, significandi ergo, pro σακὸς in codicibus quibusdam reperiri exaratum κᾶπος; ibi editor Venetus versui quarto adjunxit γὰρ et quinto κᾶπος. quod totam sententiam plane conturbat. Forte Labanus noster etiam auctor est illius παραδιορθώσεως, quae juniores Theocriti libros omnes pervagata, sed a nobis merito repudiata est, Idyllii 2, 34. ξαδάμαντα. Nam in nullo meorum librorum eam lectionem reperio, qui quidem sit Salamandrino vetustior, in quo primo illam invenio. Labanus ille Torinus qui fuerit, in-

 telligitur

telligitur e T. IV. p. 1171. *des jöcherischen Gelehrten-Lexici.* Fuit homo in medicis praesertim graecis latina oratione interpretandis sedulus.

Est ergo, ut jam paret, harum duarum editionum Venetarum auctoritas nulla, ut universe omnium, quotquot usu cognitae mihi sunt, praeter Aldinam et Romanam Calliergi, editio carminum Theocriteorum nulla ullam habet auctoritatem criticam. (Nam Juntinus liber ad manus meas nondum pervenit. quare non habeo quod de eo statuam.) Sunt enim illi duo libri, Aldinus et Romanus, e codicibus manu exaratis ducti, caeterorum omnium nullus est, sed iterarunt omnes solummodo textum, quem Aldus et Calliergus dederant, alii majore, alii minore cum diligentia, alii coeca fide, alii socordia non ferenda, alii cum laudabili et felici cura vetustos errores tollendi, quos tollere poterat ingenium. In his laude dignis ponendae sunt Camerarianae et Xylandrinae, et imprimis Stephanina. De quibus nunc sigillatim pluribus dicam.

Camerarii quidem quae sint de Theocrito merita, dicere non habeo, qui Camerarianam editionem viderim nullam. Suspicor tamen Camerarium, pro istis temporibus, non male de Theocrito meritum esse. Nam ad subtilitatem et ἀκρίβειαν nostrorum nihil est. Sed Xylandrinam vidi Francofurti A. 1558. ex officina Brubachiana proditam. Cujus in praefatione Xylander ait, ei se non adfuisse modo, sed et quodammodo praefuisse. Ex quo se sperare, suam editionem omnium superiorum esse emendatissimam. Et est sane, pro ratione istorum temporum, haud contemnenda. Reperi in ea quasdam emendationes, quas antea existimaveram a Stephano profectas; sed sunt aut a Camerario, aut a Xylandro profectae. Idylliis illis, quae Scholiis antiquis carebant, Xylander graecas, ut ipse appellat, ἀποση-

ἀποσημειώσεις adjunxit, quae, quia breves sunt, et non plane infructuosae videntur, ideo eas adjungam huic quoque editioni. & in fronte secundi voluminis ponam.

Henrici Stephani editio Theocriteorum carminum illa, quae in Principibus poetis graecis heroici carminis habetur, tametsi est insecutarum omnium sine controversia et princeps, et exemplar, haberi tamen in editionibus auctoritate praeditis ideo nequit, quia Henricus Theocritum non e libris manuscriptis bonae notae recensuit, sed ex Aldino, et Romano, et Florentino maxime, recoxit. Non enim memini unquam eum ad codices calamo exaratos, a se inspectos, provocare. Tametsi tam splendida est partibus omnibus, chartarumque atque typorum, et tam a mendis typographicis perpurgata haec editio, ut simile nil viderit neque superior neque posterior aetas, aliisque magnis laudibus vincit omnes, quotquot in lucem prodierunt Theocriti editiones; negari enim nequit, Henricum et incredibili peritia literarum graecarum praeditum, et acerrimum in deprehendis tuendisque illis praesertim grammaticalibus legibus, aut, si mavis, minutiis, multos Theocriti locos ad primigeniam veritatem felicitate ingenii sui restituisse: rursus tamen neque hoc erit, qui infitietur, esse locos quosdam ab ejus festinatione, aut securitate, aut quacunque tandem humana infirmitate, corruptos. In quo eum non reprehendo. Errare humanum est. Sed debebat de mutationibus, quas marte suo excogitasset, et Theocrito obtrusisset, lectores admonere. Ille vero ignaris nobis et securis pro verbis Theocriteis fumos cerebri sui venditat. Id quod non in Theocrito solo, sed in Plutarcho quoque ausus est, et vereor, ne in aliis quoque pluribus graecis auctoribus ausus sit. Videtur Henricus mirifice sibi placuisse illa

illa imponendi dexteritate; non vitio ille quidem suo, sed aetatis, quam degebat, scabie contactus, imitationis quodam pruritu. Videbat enim Fulvios Vrsinos et Sigonios, et nescio quos alios Italos ea aetate claros, inter quos versatus erat, famam aucupatos, non sine prospero successu, isto genere vanitatis, ut suspiciones suas pro lectionibus e libris antiquissimis et praestantissimis depromtis spargerent. Ex quo apparet quam utilis, et quam sit necessaria, illa, qua hodie utimur, diligentia, tametsi a stultis stolide derisa, ut quo in codice quaeque lectio reperta sit, annotemus. Habet enim ea diligentia magnam vim ad lectionis cujusque fidem atque auctoritatem in tuto collocandam.

Erunt sine dubio, quibus in Henricum atrocius grassari videar, hominemque iniquis calumniis infamare. Sed ita profecto est, ut ajo. Multis jam documentis reum hujus flagitii deprehendi. Ne longius abeam, sed uni Theocrito inhaeream, paucisque defungar exemplis, duo haec solummodo, sed insignia, proponam in medio. Ecquis est, qui non hanc dictionem Idyllii 22, 69. ἐγγὺς ὁρᾷς, ἃ γύννις ἐὼν κεκλήσεθ' ὁ πύκτης pro genuinis Theocriteis ad hoc diei habuerit? Id vero commentum Henrici Stephani est, quod sustulimus, et ex antiquis fidei probatae libris correximus. Alterum ejus accipite flagitium. Idyllio 27. 62. versatur in omnibus hodie libris σὴ ἐρημιὰς ἀκέτι πιστή, in eoque comendo et incrustando nemo non laborat. Sed id Stephani item commentum est; a nobis quoque repudiatum. Vulnus a Stephano versui tertio Epigrammatis 12. inflictum jam ante me sanavit Dorvillius. Quid hoc consecutus est Stephanus? Scilicet ut fides ejus esset subleſta, ut male ipse audiret. Mutasset, si ita allubebat, pro lubitu et arbitratu suo. Carebat ea res invidia, modo lectores de mutationibus suis admonuisset.

modo

modo certiores nos consiliorum suorum feciſſet, modo docuiſſet, cur quidque mutaſſet, ecquid in veteribus libris reperiſſet, ecquid a se innovatum esset. Sic tuti saltim ab errore essemus, et posset damnum cuique loco illatum facile reparari. Sed hae sunt insidiae, quae nostrae struuntur, aut securitati, aut credulitati. Bona fide erat, etiam in hoc lectionum commercio, utendum. Multa ego quoque in Theocrito, jure meo, non ex libris modo vetustis, sed marte proprio, quod ajunt, mutavi; et haud scio, an plura etiam, quam Stephanus. Sed reddam in Commentariis mutationis cujusque rationem, et huic statim praefationi adjungam indiculum illarum mutationum, quas ab ingenio meo procusas, et mea solius auctoritate nixas, in Theocritum invexi. De quibus paulo post pluribus agam.

Tredecim annis postquam in Principibus poetis graecis Theocritum Stephanus edidisset, Anno puta 1579. idem Stephanus bucolicos graecos in forma minima una cum suis observationibus ad imitationes Theocriti Virgilianas et Ovidianas edidit. Quem librum oculis non usurpavi; quo fit ut dicere non habeam, eandemne reddiderit lectionem Theocriteam, an novam condiderit. Etiam hoc aegre fero in Stephano, quod carminum Theocriteorum mutavit ordinem, quem ab omnibus se antiquioribus editoribus, ab Aldo inde, per manus traditum acceperat. Haud infitiabor, Henricum in digerendis atque discernendis Theocriteis, ab iis, quae aliena istis intermista essent, diligentiam et doctrinam, et acumen adeo, demonstrasse. Verum haud scio an ea fuerit supervacanea et vana sedulitas. Praestabat, meo judicio, reliquisse eundem carminum ordinem, eosdemque titulos, quos a majoribus accepisset. Quid opus erat Syntagma hoc bucolicorum graecorum discerpere, quod grammatici, nescio cujus, for-

fortaſſean Artemidori, diligentia comportaverat, non quo eſſet ſolius Theocriti peculium, ſed communis quidam fundus omnium, qui ex Theocrito, ut patre quaſi quodam familias, nomen ſortiretur. Ecqui poterit Stephanus ſatis idoneus nobis auctor eſſe, Theocriti ea omnia eſſe, quae illi viſum eſt Theocrito contribuere? Non liquidum eſt carmen ſeptimum ejus non eſſe, ſed eſſe Simichidae? Quid ſi Moſchus idem ſit, qui Theocritus? quod ajunt veteres grammatici. Ergo Stephanus operam dedit, ut ejuſdem auctoris alia ſub hoc nomine, alia ſub alio legeremus.

Amica eſt haec admonitio, qua nil quicquam Henrici famae detractum, ſed commodis ſtudioſorum Theocriti conſultum eo. Maneto Henrico, per me licet, integra ſua laus. Non attingam coronam decore capiti ejus haerentem. Merita ejus de Syracuſano poeta, ſi quis alius, ſummi facio. Obſervationes eius ad Theocritum e P. P. G. repetitas in alterum volumen huius editionis Lipſienſis inferam; quae, ex quo primitus editae fuerunt, vix a quoquam commemoratae ſunt, nedum ut recuſae eſſent. Caſaubonus tamen eas interdum maligno dente rodit. Dignae tamen erant, quae typis renovarentur; primum, quod non multae eſſent, deinde quod laterent veluti ſepultae in illo magno opere poetarum graecorum, quod hodie tam rarum eſt inventu, ut paucis id vel videre contingat. Denique ſunt rerum plenae bonarum et ſcitu dignarum, tametſi ſunt quaedam, pro more Stephani, quem in omnibus ingenii ſui monumentis prodidit, paulo diffuſiores atque intricatiores.

Poſt Stephanum nemo fuit, quod ſciam, praeter Danielem Heinſium, qui totum Theocritum ederet, et critice tractaret. Nam Wintertoni editione careo. Fundamento, quod Stephanus iecerat, ſuperſtruxit quidem

dem Heinſius, ſic tamen, ut nonnulla in dialectis mutaret, et communia quaedam ad Doriſmum refingeret. Et ad hoc exemplum Heinſianum conformatae ſunt omnes editiones eo juniores. Sitne Heinſius codicibus manuſcriptis uſus, haud habeo dicere. Non memini equidem eum de ſe praedicare, illis uſum ſe fuiſſe. Editione ejus ſolummodo uſus ſum minore illa, quam Commelinus A. 1603. in forma octava curavit. Altera, anno poſt in ſecuta, informa quarta, carui. In qua num novi quid acceſſerit, nec ne, et cujusmodi ſint illae acceſſiones, haud teneo. Addidit Heinſius Theocrito ſuo ſuas Lectiones Theocriteas, ſed multum illas Caſaubonianis diſſimiles, multumque inferiores. Vt Caſaubonus modeſtia, et ubertate literarum eſt admirabilis, ita contra Heinſius vanitate iactantiae, et argutiarum jejunitate contemnendus, ridiculus, moleſtus et miſerabilis eſt. Quare Caſaubonianas quidem recudendas operis in manus dabo, Heinſianas vero loco ſuo relinquam. Sunt enim profecto ſtramineae, et ſtomachum mihi cient, quoties inſpicio. Si otium fuiſſet, addidiſſem Caſauboni lectionibus annotationes, in quibus ab eo obſervata, aut praecepta, ſeu e rei cujusque natura, ſeu e recentiorum obſervationibus, alia confirmarentur, alia refellerentur.

Numeros erat omnes impleturus, et editores Theocriti interpretesque omnes longo intervallo poſt ſe relicturus, niſi fata interceſſiſſent, Iacobus Philippus Dorville, haud ita pridem profeſſor elegantium literarum apud Amſtelodamenſes, aetatis patriaeque ſuae decus egregium, vir doctiſſimus, et de literis, literatisque, et de me ipſo quoque, inſigniter meritus, cujus liberalitati, ut in Belgio tot annos peragere in ſtudiis literarum potuerim, in primis debeo. Vir hic multis nominibus et ab aetate ſua certatim meritoque

ſuo celebratus, et a poſteris non ſine laude dicendus, editionem Theocriti parabat, quae ſi prodiſſet in lucem publicam, erat omnibus, quotquot unquam exſtitere, Theocriti editionibus palmam praereptura. Nam et ingenio felici, et acri artis poeticae judicio, et peritia graecarum literarum haud vulgari, et ſubſidiis valebat in hujusmodi negotio neceſſariis, quae caſus affert, libris puta vetuſtis, cum manu exaratis, tum prelo excuſis, ut nemo alius magis. Sed ei, ſeu fatum acerbum, ſeu cunctatio, neſcio quibus a cauſis profecta, et haud ſcio an nimis illa moroſa et difficilis, qua etiam aliis in coeptis uſus eſt, hanc gloriam invidit, ut ſoſpitator Theocriti eſſet, relicta ſolummodo ſpe, et illa etiam perquam dubia et fluxa, fore aliquando, ut vir aliquis doctus, literarum graecarum et nominis Dorvilliani amans, exiſtat, qui ſchedas Dorvillii Theocriteas juris publici faciat. Quod ut quam primum fiat, etiam atque etiam opto. Neſcio qua factum eſt ſortis meae mirificentia, (ut ſors in ludendis et mirifice exagitandis hominum conſiliis atque coeptis ſibi placet) ut ego, homo Dorvillio nulla non re multum inferior, ad eadem tamen, quae ille, exſequenda, tametſi eventu multum impari, partim ultro conſurgerem, partim invitatione aliena deferrer. Anthologiae graecae, quam ille edendam ſuſceperat, partem edidi paulo poſt ejus exceſſum; animo meo ea in re obſecutus. Hunc rurſus Theocritum edo, alieno hortatu. Quibus in rebus tametſi multum abeſt induſtria mea ab ea perfectione, quae poterat ab homine tam rebus omnibus locuplete exſpectari, ſecutus tamen ſum eandem, atque ille, ſectam, et poteſt opera mea pro illius vicaria tantiſper haberi, donec aliquando dies felicior meritorum Dorvillianorum de Anthologia graeca et de Theocrito famam atque exſpectationem, qua ſola adhucdum vivunt et florent, ipſa re confirmet.

In-

Interim non defuere Theocrito alii quidam viri docti, item Belgae, qui bene de Siculo poeta mereri, tametsi obiter et aliud agentes, studerent. In quibus princeps mihi nominandus est Valkenarius, Professor Franequeranus in Frisia, graecarum literarum, si quis alius hac nostra memoria, longe peritissimus. Ille Virgilio a Fulvio Vrsino cum scriptoribus graecis collato, typis Franequeranis renovato coronam velut insignem imposuit, et decus addidit tantum, ut haud sciam, sitne mantissa Valkenariana ipsi libro Fulvii praeferenda. Inest huic mantissae epistola ad Matthiam Röverum, nobilem Batavum, JCtum, editione Musaei et fragmenti Dositheani nobilitatum. In illa itaque ad M. R. epistola Valkenaerius multos Theocriti locos mirifica literarum luce illuminavit. In appendice, quam idem vir doctissimus eidem Virgilio Fulviano subiunxit, habetur, inter alia, lessus Moschi in Bionem. Quibus duobus libellis ad hoc meum Syntagma bucolicorum graecorum ornandum mirifice sum adiutus. Erat utique, secundum Dorvillium, Valkenarius unus, quod sciam, omnium, a quo Theocritus dignis modis expolitus posset exspectari, saepeque optavi, ut viro doctissimo in mentem veniisset, pro Virgilio illo Fulviano suas ipsius ad Theocritum animadversiones omnes expromere et per manus literatorum spargere. Nam, quas dedit paucas, magni eae sunt particula acervi, quae sitim magis excitet, quam restinguat.

Praeterea in aliorum libris, quos aetas haec nostra et superior doctos in Belgio, domi, et alias tulit homines, sedulo illos indagavi locos, ubi Theocritus, aut emendatus, aut alia qua nova luce perfusus esset. Horum omnium observata brevibus verbis in libellis meis Animadversionum retuli, et prout res quaeque ferret, dijudicavi. Quorum libellorum rationem statim

pluribus exponam. Ante vero de Schediasmate dicendum est, quod mihi, interea dum haec literis mando, occurrit. Est Luneburgi Jo. Michael Heinze, V. C. Rector Michaëlei, quod ibi est gymnasium literarum publicum, germanica interpretatione librorum Ciceronis de Oratore nobilitatus, ut alia ejus nunc omittam praeclari ingenii monumenta. Necesse illi erat proximi superioris anni 1764. mense Septembri, ut novum Conrectorem alumnis suae disciplinae proponeret atque commendaret. Cujusmodi actus libelli typis excusi, pro more in scholis quibusdam Germaniae recepto, significare et denunciare solent. Per ejusmodi occasionem itaque cum verba V. C. essent publice facienda, defunctus est brevi praefatione, qua exposuit de consilio, quod novus Collega suus cepisset Theocriti edendi. Est ille Conrector Luneburgensis recens creatus Jo. Nicolaus Niclas. Hic cum amore Theocriti duceretur, et nactus esset e bibliotheca Ducis Vimarienſis editionem Romanam Theocriti, cui praeter alias annotationes viri docti, non constat cujus, adscriptae sunt variae lectiones e codicibus manuscriptis duobus, altero, qui quondam Fulvii Vrsini, altero, qui Nicolai Stopii fuit; ex eo coepit de edendo Theocrito cogitare, et annotationum farraginem colligere, cujus specimen ad primi Idyllii versus sexaginta, post illam Heinzianam praefationem, suis ipse verbis prodidit; una cum specimine lectionum variantium, et interlinearium scholiorum, et annotationum viri docti, quae in illo codice, quondam Gudiano, nunc Vimarienſi reperit. Me quidem, in eodem stadio cum Niclasio V. C. currentem, haud decet de eius coepto et specimine edito iudicare, ne in vulgare illud *figulus figulum* incurram. Coepit ille animum Theocrito adiicere dudum ante, quam de Lipsienſi editione adornanda cogitaretur; et

ego

ego rursus conscriptos iam dudum ante meos ad Theocritum libellos animadversionum habui, quam Niclasii coeptum, et vel nomen ipsum, mihi innotescceret, et iam processerant in hoc Theocrito excudendo operae ad Idyllium XVII. cum Niclasii specimen in manus meas veniret. Auctor ei sim, si quid mea apud eum valet auctoritas, ut cum ab edendo Theocrito desistat, qua molestia levatus nunc est, tum tamen peculiari libello sua ad poetam nostrum collectanea proferat, in quibus esse haud poenitenda specimen ab eo editum testatur. Videtur mihi haec ratio veteres auctores ornandi et interpretandi, omnium esse expeditissima, quam et ipsemet in libellis meis Animadversionum ad Graecos auctores teneo, ut non ipsos auctores cum commentariis nostris reddamus, multis enim ea res premitur difficultatibus, sed ut meros nostros edamus commentarios ad optimam quamque auctoris cuiusque editionem accommodatos.

Exposui quodammodo natales lectionis Theocriteae, quae ad hoc diei in libris vulgaribus versata est, et studia doctorum hominum in ornando Theocrito posita. Admonui, lectionem vulgarem a me multis locis ex Aldina et Romana restauratam, interdum quoque, quamquam hoc quidem parce timideque, ex ingenio meo mutatam esse. Nam Dorismos, quos in exemplo Heinsiano inveni, reliqui, nullos novos invexi, nisi e codd. mst. auctoritate. Harum novarum lectionum ex utroque genere rationem debeo nunc studiosis Theocriti reddere. Sed magnitudo operis et angustia huius praefationis obstat, quo minus eam rationem nunc statim reddere queam. Reddidi, satis diligentem, et, quod spero, etiam satis bonam, in libellis tribus Animadversionum, qui, quoniam per brevitatem temporis excudi nunc et in vulgus emitti non poterant, opera dabi-

dabitur ut proximis nundinis autumnalibus huius ipsius anni in manus et ad cognitionem doctorum hominum veniant. Nam, praeter adminicula variantium lectionum, quae adhuc ab amicis nonnulla exspecto, reliqua omnia iam parata et conscripta in chartis iacent.

Interim, ut soleo ubique locorum et rerum bona fide et aperte simpliciterque agere, et semper alienum a mea, et ab honesti hominis persona duxi, fraude quemquam circumvenire, subjiciam hic statim earum novarum lectionum indiculum, quas marte meo procusas in Theocritum hunc meum induxi; quo possent homines docti, et aequi iidem, ex eo rationis, qua in refingendo Theocrito usus sum, et ingenii mei experimentum capere, brevique opera quid novationum a me profectum, et quid e vetustis libris repetitum sit, discernere, et quamve laudem, quamve culpam sim meritus, statuere. Forte sint in illis novationibus, quae auctorem habent, praeter me, neminem, nonnullae, quae meam diligentiam in hoc indice conficiendo effugerint, ideoque hic desiderentur. Sed eae erunt haud multae, et si quae tamen erunt praeteritae, eas, suo quasque loco, in Animadversionibus indicabo omnes, atque ut potero, tuebor. Ab ingenio itaque meo profectae sunt, meaque solius auctoritate nituntur hae lectiones

Idyllio 4. versu 2. αὐτὸς.

5. 28. πεποίθει.
29. τοὶ δ' ὁ τράγος.
32. τάνδ'
39. μάθον — ἄκεσα.
40. Μέμνα μ'
47. δένδρων.

7. 12. πεπραμένος.

10. 13. ἐρῶν τυ.
25. λαψεῖθε.

Id. 12. ult. Φαῦλοι.
13. 24. μεγάλαιχμος.
40. δρίαι.
14. 2. ἀλλά τυ αὐτὸν.
36. ἀποίχεο. ubi tamen mallem nunc a me repositum esse ἄπωκέ τυ θᾶσσον, nam id unice verum est.
51. νῦν δὲ ποθῷ. Μῦσ', Φαντὶ, Θυώνιχε, γεύετο πίσσας.
15. 10. ποτ' ἔραν.
11. Δίωνα. (accentu in antepenult.)
17. 121. ὧν inserui.
128. ἀρείων.
18. 26. τεὸν.
20. 13. μυχθίζοισα.
16. ἔρσας.
21. 15. ἀ γὰρ πενία.
18. θλιβομένα.
16. ἀσφάλιον.
36. ἀιόνος ἐν ψάμμῳ.
37. ἀγρυπνίαν.
65. κατὰ.
66. χάτερ.
22. 3. μέσας.
39. ἄμμοι.
59. τοῖός, δ' οἷον ὁρᾷς.
66. praescripsi personam Pollucis et
67. personam Amyci.
69. Ἄμυκος.
114. ἱπτομένᾳ.
173. ὑμὸς.
174. ἀπεχθομένης.
213. αὐτοί γ' ἐκράτεόν τε,
23. 12. ἦ κεν ἀνάγκᾳ,

Id. 23.

Id. 23. 22. θέω λύπης τεθολωμένος.
43. κοίλᾳ, τὸ δ' ἐμεῦ
56. ἄθλως.
59. εἴσατ' ἀπὸ κρηπῖδος ἐς ὕδατα.
61. νᾶμα.
24. 93. ὑπερέριον.
25. 136. ὀδμὴν
242. περὶ ἰγν.
26. 19. αὐτονόα δὲ τάδ' εἶπεν.
27. praepoſui perſonas primo et ſecundo verſui.
2. μᾶλλον ἐμὴ δ' ἔλένα.
9. ἔσα.
21. δώης.
34. ὀμνυ', ἐμ' εἰ μετὰ λ.
38. μευ.
43. ἀδ' ἄρ' ἀτιμήεσσα.
47. ἵνα τ' ἄλσεα π. δ.
49. διδράξω.
62. σὺ δὲ τιμᾶς κἀκέτι πιστὴν.
29. 16. κ' αἰ μὲν.
30. 32. κ' αἴ μευ κατεσυγνάζευ
Epigramm. 1. 5. ὁ μάχλος.

Animadverſiones ad Theocritum meas tribus libris diſtribui. quorum primo demonſtro quid lectionum quoque loco in libro quoque, aut Aldino, aut Romano, aut Stephanino, aut in codicibus manuſcriptis verſetur. nam manuſcripto quoque codice Lipſienſi uſus ſum, et varietates lectionum e quatuor codicibus mediceis excerptas Leida ad me miſit vir doctiſſimus, opumque literariarum, quibus avita et patria bibliotheca nitet, liberaliſſimus largitor, Abrahamus Gronovius, V. C. Patruus ejus, Theodorus Laurentius, ille expoſitione Columnae roſtratae Duilii nobilitatus, Florentiae varietates illas excerpſerat, et ad Heinſianam majorem adſcri-

adſcripſerat. Vnde colligi poſſit, quibus locis annotata nulla ſit e codicibus mediceis cum Heinſiana illa diſcrepantia, ibi libros illos cum hac conſentire. Spes quoque abblanditur, fore ut aliunde auxilia hoc de genere interea contraham, dum libellus iſte meus Animadverſionum Theocritearum typis excudetur. Lectiones has inter ſe conferam et dijudicabo, vulgaris quae ſit, et quam praetulerim caeteris, docebo, facti cauſas allegabo, ſententiam ipſe meam de locis adhuc corruptis dicam, quos locos de conjectura mea correxi, demonſtrabo, ſuffragia doctorum hominum, et quicquid uſpiam per libros ſparſum novi, ab iis ad illuminationem Theocriti prolatum, id colligam, locorum obſcurorum ſententiam declarabo, locos Theocriti a vetuſtis auctoribus laudatos indicabo, et quae ſunt alia hoc de genere. Tametſi, ut obiter hoc admoneam, veteres grammaticos in allegandis Theocriti locis minus reperi aſſiduos, quam in Callimachi, quem magis triviſſe et adamaſſe videntur. Hae ferme partes erunt primi libri Animadverſionum; quae ſunt primariae: iſtae ſecundi, ipſae quoque ſecundariae. Latinae interpretationis mendas, quae ſunt multae et turpes, eluam. Non paſſus eſſem maculam hanc bonarum editionum diutius locum ſuum tueri, et noſtrae quoque editioni inſidere, ſi otium fuiſſet, vel potius, niſi animus defuiſſet, meliorem interpretationem ſufficiendi, aut ſaltim vitioſos vetuſtae locos emendandi. Quare ulcus hoc intactum plane reliqui, tametſi haec neſcio cujus interpretatio et a ſententia auctoris, et a lectione recens a me conſtituta, et a bona latinitate, et haud raro etiam ab ipſo ſenſu communi, plurimum abhorret. Ne tamen iſta peſtis noceret tironibus, operam dedi ſecundo libro Animadverſionum, ut loci vitioſi latinae interpretationis notarentur, et ut docerentur juvenes, quomo-

do locus quiſque male redditus a vetuſto interprete, quiſquis ille fuit, melius reddi poſſit. Tertium denique librum decrevi Scholiis dare. Sed, ut univerſa opera mea Theocrito navata eſt ſubitaria et per feſtinationem effuſa, ita inprimis haec poſtrema pars illius operae, illa puta Scholiis impertienda, erit perquam perfunctoria. Nam, praeterquam quod otio careo, et librorum item neceſſariorum copiis, non habito in grammaticis graecis; a quorum conſortio alienus homo facere nequit, quin ſiniſtre negotium hoc gerat. Abhorret etiam animus a faece nugarum, quae in haec Theocritea ſcholia, velut in ſentinam quandam, confluxit. Quare partem hanc ita trepidans et raptim peragam, ut ſi per prunas ardentes, quod vulgo ajunt, incedam. Quod ſi meum in hac re rogatum eſſet conſilium, aut ſi librariorum natio ita docilis eſſet atque obſequioſa, ut facile pateretur ſe ab erroribus quibuſdam popularibus abduci, quos e ſermonibus imperitorum hauſerunt, quibus credunt dictantibus, imperfectam vitioſamque et nullo loco habendam eſſe editionem eam, cui detractum aliquid ſit vetuſtarum veluti fimbriarum, et in qua vel litera mutata ſit ab illo exemplo, quod ſemel vanitas et coecitas erroris publici in arce collocarit; auctor fuiſſem Jahnio meo, primum ut exemplum magis Stephanianum, quam Heinſianum ſequeretur, deinde ut totam hanc farraginem Scholorum omitteret. Sed commendaverat ei neſcio quis editionem Theocriti Londini A. 1729. proditam, tametſi illam alia nulla laude, quam chartarum mundarum typorumque bellorum commendabilem. Nam alias perquam vitioſa eſt, et, quod ſerius, quam vellem, animadverti, curator eius, quisquis ille fuit, (nam praefationis ei nihil adiecit, unde de ipſius inſtituto certiora diſceremus) plus ſibi licentiae, quam decebat, in refingendo poeta arroga-

arrogavit. Quo factum ut ex illa editione noſtra quoque interdum vitii non nihil traheret, me imprudente et ſecuro, ut e. c. Idyllii 7. *ultimo.* ἐπ' ἀμφοτέραισιν eſt a nobis editum, ex illa Londinenſi, ubi omnes edd. recte dant ἐν ἀμφ. Hanc itaque editionem operis typographicis ea lege in manus dederat conductor imitatione exprimendam, ut paginae et verſus novae noſtrae editionis Lipſienſis verſibus et paginis Londinenſibus ad amuſſim reſponderent. Non poterant itaque Scholia, quae in Londinenſi circumferrentur, ab hac editione noſtra abeſſe; quamquam eiusmodi illa ſunt, ſi ab exigua quadam eorum parte diſceſſeris, ut ſi ludimagiſter aliquis auctorem aliquem vetuſtum eiusmodi annotatiunculis oneratum, latino illis aut vernaculo ſermone conſcriptis, proderet, rideatur et convitio publico obruatur, haud ſecus, atque memini Minellianas et Junkeranas, a magno quodam ludimagiſtro, haud illo multum iis, quos exagitabat, ſapientiore, obrutas et eiectas eſſe. At dignitatis tamen non nihil his Theocriteis Scholiis conciliant, primum auri ramenta quaedam intermixta; dein vetuſtas poſſeſſionis; nam a trecentis paene annis in libris Theocriti regnant, et aegre ſe patientur loco depelli. Nihil itaque aliud hac in parte egi, quam ut haec Scholia ad editionem Romanam, quae mater eorum eſt, exigerem, et ſi quid juniores injuria ab illo exemplo primigenio de mutaſſent, ex eo emendarem; quod ipſum tamen haud ſpondeam ſumma diligentia a me curatum eſſe. Interceſſit enim feſtinatio, et negotii agendi ſpiſſitudo; quae paſſa item non fuit, ut loca poetarum a Scholiaſtis paſſim allegata in cubilibus ſuis inveſtigarem, atque inde corrigerem. Subinde quoque, ubi emendandi ratio facilis, et perſpicua et in promtu poſita erat, adſperſi emendatiuncularum nonnihil, pro mediocritate ingenii ſubminiſtrantis. Quod

saepe jam excusavi, et iterum atque iterum excusare necesse habeo, vocatus sum, vel conjectus potius in negotium spissum et grave, derepente, plane imparatus; ut, cum multa simul essent agenda, mihi sim etiam congratulaturus, si vel uni rei satisfeciſse videar.

Erunt sine dubio haud pauci, huic literarum generi non adsueti, qui ubi viderint commentarios meos refertos annotationibus variantium lectionum, mirentur, eamque operam nimiam et male collocatam judicent. Qui mihi docendi videntur ipsos errare, eamque operam non uno modo fructuosam et perneceſſariam esse. quam si majores aut sensisſent neceſſario suscipiendam esse, aut sustinuisſent in se suscipere, neque passi essent ab ea se absterreri a magnitudine et multitudim taediorum, quae in ea devoranda sunt, nae magna illi nos molestiaque et dubitationum perplexitate levassent. Nunc enim cum in locum quendam obscurum veteris cujusque auctoris incidimus, nescimus, sitne ille error typographicus, an menda multos per libros et multa per saecula propagatus, ab ignorantia aut supinitate librariorum natus, an denique docti alicujus hominis seu corruptio, seu conjectura, seu emendatio; et a quo tempore ista lectio in libris coeperit versari, et quibus auctoribus, satis idoneis, an tralaticiis et contemnendis. Et si qua est scita et firma emendatio, nescimus cuinam laus inventionis debeatur. Rursus si qua irrepsit a lascivia prurientis ingenii critici labes, ignoramus, in quem conferenda ea sit invidia. Quod si autem sedulo annotamus, aut consignatum literis a manu perita habemus ante oculos, brevi in tabella, quid liber quisque lectionis teneat, juxta aetatem, qua quisque natus est, cernimus, quae fides cuique libro sit habenda, et quando et a quo auctore nata sit quaeque lectio, et quibus e fontibus promanarit. Quod cum tene-

tenemus, tum ipsius quoque lectionis pretium facile est aestimare atque definire. Cognoscimus hoc modo editoris cujusque in edendo auctore suo adhibitam et demonstratam, seu solertiam, sedulitatem, diligentiam, doctrinam, seu socordiam, et tarditatem, improbitatem denique. Mihi quidem magnam attulit oblectationem contemplatio studiorum, quae viri docti, per tria pene jam saecula, alii ex aliis, primus Aldus, tum Calliergus, inde Camerarius, post Xylander, denique Henricus Stephanus, Casaubonus tandem, ne recentiores commemorem, obiter in Theocrito versatos, ad eum ornandum contulerunt. Stupet animus meus et paene cohorrescit, cum cogitat, post tantam tot hominum, navorum hercle, atque doctorum, contentionem, post tot annorum decursum, in hoc uno tam parum voluminoso, tam levi, qui videatur quibusdam, nugacique poeta, multum tamen nos adhucdum a perfectione abesse, quae ei impertiri possit. Sed hoc iter naturae est. Sensim et pedetentim, per gradus minutos ad culmen arcis ascenditur. Merentur tamen laudem, qui gradus ponunt infimos hujus veluti scalae; neque minorem illam, quam qui summos. Tectum imponi nequit, nisi fundamentum sit jactum. Tametsi perquam molesta est et plurimorum plena taediorum haec multorum librorum unius voculae causa pervolutatio, fructus tamen ea mihi cum alios multos attulit, tum hunc non contemnendum, ut sic inciperem magni facere, et summa veneratione prosequi studia majorum nostrorum, qui tametsi cruda quaedam et impolita reliquissent, suo tamen labore planius nobis iter reddiderunt. Sine eorum face nos in his tantis tenebris pedem non eramus promoturi. Mirifica quoque haec est palaestra ingenii solertis. Saepe enim e foedis illis mirificeque detortis et corruptis vestigiis lectionum vetustarum

ſtarum radii quidam lucis emicant, unde oculus, ſagax quidem ille et acutus, abſtruſas colligat ſententias elegantiſſimas, in quas ingenium vel ſagaciſſimum, ſponte ſua, nunquam incidiſſet. Praeſtantiſſima, et tutiſſima, et paene unica haec eſt via veterum auctorum vulnera ſanandi. quod planum teſtatumque omnibus aliquando faciam, cum mihi licebit, quod meditor, in Ciceronem opus condere atque in medium proferre. Sed hoc quidem penes fata eſt.

Scholia interlinearia codicis Lipſienſis, ſi non omnia, vix enim tanti eſt, aliqua tamen, quae melioris ſint notae, inde repetam. Codex ille chartaceus eſt, ex Vffenbachiana, ſi bene commemini, bibliotheca ab Ampliſſimo Civitatis Lipſienſis Senatu redemtus et in bibliothecam illatus, quam ſtudioſorum commodis Ampliſſimus Ordo aperuit. Vſus eo quondam fuit Jo. Henricus Leiche, Profeſſor nuper Lipſienſis, homo pro annis iſtis ſuis doctiſſimus, et ante tempus bonis literis ereptus. Trigeſimum aetatis annum agens acerbam diem obiit. Ille lectiones iſtius codicis a ſe excerptas in oras editionis Oxonienſis retulerat, quam Jo. Fell, Epiſcopus Oxonienſis, homo literatiſſimus, Anno 1676. e Theatro Sheldoniano publicavit. Exemplum hoc Leichianum ab ejus exceſſu in poteſtatem meam venit. Ego vero ſatis non habui fidei et ſolertiae Leichii acquieſcere, ſed ipſe quoque codicem eundem, ante hoc decennium ferme, excuſſi, et lectiones ex eo enotavi Leichio praeteritas. Reperi in eodem, quod Leichii quondam fuit, exemplo Theocriti Oxonienſis annotatas lectiones quaſdam, quas liber Lipſienſis non agnoſceret, his ſiglis *P.* et *M.* diſtinctas. quarum ſiglarum illam interpretor *Princeps*, aut *Prima*. nam lectiones, quibus haec litera P. a Leichio adſcripta eſſet, plerumque exſtabant in Aldina. *M.* autem interpretor *manuſcriptum*.

Sed

Sed nescio quem librum ea sigla significarit vir doctissimus. Semel aut bis reperi etiam *M. R.* quod interpretor *manuscriptum regium*. Dresdanum quidem nullum. Dum haec ipsa commentor calamo, Codicis Lipsiensis copiam mihi facit Jacobus Henricus Bornius, vir honoribus, quos in republ. summos gerit, et literis et civili prudentia, et antiquitate generis nobilis, ludi literarii, in quo stipendia mereo, ut hoc unum de caeteris ejus quam plurimis clarissimisque ornamentis hoc loco commemorem, Curator sapientissimus et nostrarum literarum amantissimus. Data mihi sic est facultas codicem hunc, non antiquissimum quidem illum, non tamen plane spernendum, iterum diligentius, quam ante decennium feceram, inspiciendi; confidoque, ex ea diligentia non parum fructus ad Theocritum esse redituram. Tenet nil, praeter prima octo Idyllia.

Vsus quoque sum varietate lectionum, quas Andreas Schottus, S. I. vir aetate sua celeberrimus, neque male de literis meritus, e codice membraneo, quem Toleti, una cum Petro Pantino, ad editionem Camerarianam exegerat, excerptas cap. 46. et 48. Observationum suarum p. 96. et 98. exhibuit. Operae pretium erat diligentius illum codicem a Schotto fuisse tractatum, et omnes lectionum varietates ex eo annotatas. Vtinam viri docti pro conjecturis suis, quarum magna pars haud raro est supervacanea, varietates lectionum e codicibus, si qui penes eos sint, expromerent, quae uberrimam et certissimam correctionum materiam praebent. Verum non cujusque est his partibus fungi. Vsus item sum varietate lectionis in margine Henr. Stephani exposita, quae tametsi plerumque est e libro aut Aldino, aut Romano, non raro tamen affert lectiones in nullo meorum librorum deprehensas, quarum ideo quoque natales nondum potui indagare. Quamquam videntur in

illis

illis lectionibus marginis Stephanini multae esse non verae lectiones librorum, sed conjecturae ipsius Stephani.

Extrema pars operae meae Theocrito navatae versata est in verborum Theocriteorum indicibus locupletibus construendis. Necessarius erat ille, sed idem perquam molestus labor. a quo cum refugeret animus, commisi eum atque demandavi exantlandum alicui meo familiari, meae disciplinae nuper alumno, qui saepe mihi, si non ingenium, navitatem certe et adversus duriſſimos labores pertinacem patientiam approbavit. Exsecutus ille mandatum est fortiter atque fideliter, indicem confecit verborum Theocriteorum plenum, sed jejunum et exsanguem, mera verba complexum, sine interpretatione, sine ordine, praeter illum brutum mechanicum, quem ipsa series idylliorum praeit; sine ullo flore literaturae, ad modum illius Lexici Lucianei a Reitziis constructi. Et poterunt futuri Theocriti editores huic indici tanquam fundamento superstruere, eumque augere, corrigere, melius digerere atque expolire, manumque ei postremam imponere. Dabo tamen operam, si otii satis suppetet, ut arida haec ossa carnibus vestiantur. Quod si negabitur hoc quidem, vel sic tamen non carebit haec opera, quamvis cruda, neque laude, neque utilitatibus suis. Multum enim minuet Theocriti studiosis quaerendi laborem, si quod verbum Theocriteum e re ipsorum sit investigare. tametsi haud infitiabor, indicem ab homine docto artificiose ex subtilitate philosophica adornatum, multo uberiores fructus afferre. Lexicon Doricum Porti, non caret id quidem laude sua. Sed neque plenum est, nam praeter Dorismos nil exhibet, et ne hos quidem omnes, et loquacitate idem fatigat inani, et nugaci, qua oneratum est, farragine, ex Etymologico M. Hesychio, et nescio unde, stolide consarcinata.

Quo

Quo de indice habeo affirmare, ut sit elementum magis indicis, quam index, utilem tamen vel sic esse, id idem velim de universa hac nostra Theocriti editione statui; ut multum absit ab ea perfectione, quam ingenii major vis et solertia, et acrior atque diuturnior animi contentio, et otii aliquanto plus, ei poterat impertire, nihilominus tamen eam, in hac, de qua queruntur omnes, editionum Theocritearum penuria, sic satis tolerabilem, neque plane poenitendam, et nonnullis tamen propriis ornamentis insignem esse. In re magna et perardua, est tamen aliquid, vel aliquatenus profeciſſe.

In illis, quae huic editioni propria sunt ornamenta, habete haec. Primum, idque facile primarium, quod ego, homo haud vanus, affirmare nil dubitem, verba graeca Theocriti in hac editione multo emendatiora esse exhibita, quam in ulla alia superiorum, quotquot sunt, omnium fuere. Praeter quosdam errores in spiritibus et accentibus, eosque paucos et leves, nihil observavi gravius admissum quam haec duo, Idyll. 15. 9 ἐκ (pro ἀκ) et 18, 48. ἀνγοίη (pro ἀνγοίη.) Nam παοσάμενος id. 15. 90. quod in omnibus libris regnat, non operarum est peccatum, sed meum, qui παοσάμενος debebam reformare, altero sigmate detracto. nunc sero errorem video. Alterum, quod in libellis Animadversionum nostrarum varietates lectionum e libris Theocriti optimis quibusque, quotquot e prelo typographico exierunt, reperietis diligenter excerptas et uno loco coacervatas; ut nil admodum sit futurum, cur vetustos libros a primordiis artis typographicae proximos magnopere desideretis. Tertium, invenietis in iisdem libellis virorum doctorum vetustiorumque,

ut Jo. Camerarii, Gu. Xylandri et aequalium, junio-rumque, super locis Theocriteis cogitata uno loco conſtructa et expoſita, brevique oratione concluſa. nam facile non erit liber, hoc quidem ſaeculo proditus, in quo aliquid novum ad Theocritum pertinens eſſet proditum, quod in ſchedas meas non retuliſſem. Invenietis item multas meas ſuper corruptis locis Theocriteis conjecturas, alias ipſi texto graeco intextas, quarum indicem paulo ante exhibui, multo autem plures conjecturas meas reſervavi libellis animadverſionum, paucos poſt menſes edendis. Habetis ibidem locorum Theocriteorum adhuc male ab interpretibus acceptorum, meliores expoſitiones, aut alias obſcurorum declarationes. Quartum, in ſe quidem minutum, non tamen ſpernendum, in quo vel ſolo alius quisque editor non parum ſe jactaſſet, addidi Idyllio XVIII. Scholia ex primigenia editione, quae ſcholia poſt inſecutis, Heinſianae quidem et ea iunioribus, deerant. Nam ſunt etiam in Salamandrina et Brubachiana. Integrum dedi epigramma Theocriti nonum, hexaſtichum, quod in omnibus ſuperioribus editionibus adhuc fuit ſolummodo diſtichum. Epigrammatibus Theocriti unum addidi, quod eius eſſe, adhuc ignotum fuerat. Auxi fragmenta poetae uno fragmento ex eius Berenice, quod Athenaeus dabat, ſuperiores editores praetervideranT. Quod illa brevia et levia opuſcula de genere Theocriti, et de natura atque inventione carminis bucolici, quae edd. pleriſque praemittuntur, inſtruxi variis lectionibus Aldinae. Sed haec opuſcula hoc volumen, cui conſecrata erant, ingredi non potuere, temporis anguſtia intercedente, per quam operis non licuit haec expedire, nundinis urgentibus et moram haud concedentibus. Quare alteri volumini reſervata ſunto.

to. Quod Securis et Ala et Arae et Syrinx huic editioni desunt; id mea factum non est, neque culpa, neque consilio. Desunt iamdudum editionibus Theocriti in Anglia curatis, ut Oxoniensi, a Jo. Fello profectae, et huic Londinensi, quam operae nostrae reddiderunt. Et facile fero, quin laudo etiam factum. Satius erat ejusmodi nugas, cum Stratonis Eroticis, Batrachomyomachia et Hymnis Homericis, aliisque huius farinae multis, periisse, eorumque loco praestantiora et fructuosiora opera servata ad nos pervenisse, quorum jacturam nunquam desinemus deplorare. Quinto denique et ultimo loco indicem verborum Theocriteorum dedi, in quo et vulgaris vetustae et novae a me invectae ratio pariter habita est. Haec si sum omnia consecutus, satis multum mihi ad gloriam meam, et ad utilitatem publicam, videor, in hac ingenii mei mediocritate, et in hac, qua conclusus fui, contentionis festinatione consecutus esse. Scripsi Lipsiae d. 25. Martii 1765.

THEO-

THEOCRITI IDYLLIORVM INDEX.

α'. Εἰδύλλιον, Θύρσις, ἢ Ὠδή.
β'. Φαρμακεύτρια.
γ'. Λίπόλος ἢ Ἀμαρυλλὶς, ἢ Κωμαστής.
δ'. Νομῆς.
ε'. Ὁδοιπόροι, ἢ βυκολιασταί.
ς'. Βυκολιασταί.
ζ'. Θαλύσια, ἢ Ἐαρινὴ ὁδοιπορία.
η'. Βυκολιασταί.
θ'. Νομεῖς, ἢ Βυκόλοι.
ι'. Ἐργατίναι, ἢ Θερισταί.
ια'. Κύκλωψ.
ιβ'. Λίτης.
ιγ'. Τλας.
ιδ'. Κυνίσκας Ἔρως, ἢ Θυώνιχος.
ιε'. Συρακούσιαι, ἢ Ἀδωνιάζουσαι.
ις'. Χάριτες, ἢ Ἱέρων.
ιζ'. Ἐγκώμιον εἰς Πτολεμαῖον.
ιη'. Ἑλένης ἐπιθαλάμιος.
ιθ'. Κηριοκλέπτης.
κ'. Βυκολίσκος.
κα'. Ἁλιῆς.
κβ'. Διόσκουροι.
κγ'. Ἐρασὴς, ἢ Δύσερως.
κδ'. Ἡρακλίσκος.
κε'. Ἡρακλῆς λεοντοφόνος, ἢ κατά τινα ἀντίγραφα, Αὐγέου κλῆρος.
κς'. Λῆναι, ἢ Βακχαί.
κζ'. Ὀαριστὺς Δάφνιδος καὶ Κόρης.
κη'. Ἡλακάτα.
κθ'. Παιδικά.
λ'. Εἰς νεκρὸν Ἀδωνιν.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

τῦ Πρώτυ Εἰδύλλυ.

Ἐν τύτῳ τῷ εἰδυλλίῳ διαλέγονται πρὸς ἀλλήλους Θύρσις ποιμὴν, καὶ Λίπόλος. ὁ δὲ Θύρσις βυκολικῶς ᾄδει τὸν ὑπ' ἔρωτος τηκόμενον καὶ ἀποθνήσκοντα Δάφνιδα καὶ ἀντὶ τύτυ αἶγα ἐς τρὶς ἀμέλξαι, καὶ καλὸν κισσύβιον παρὰ τῦ Λίπόλυ γέρας λαμβάνει.

ARGUMENTUM

IDYLLII I.

In hoc Idyllio colloquuntur inter se Thyrsis pastor & Caprarius: Thyrsis autem Bucolico carmine canit Daphnidem pra amore contabescentem atque morientem: & pro eo capram ter mulgendam, & pulcrum pastorale poculum a Caprario pramii loco refert.

ΘΥΡ-

ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ

ΘΥΡΣΙΣ, ἢ ΩΔΗ,

Εἰδύλλιον ά.

ΘΥΡΣΙΣ ΠΟΙΜΗΝ, καὶ ΛΙΠΟΛΟΣ.

Ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ὁ πίτυς, αἰπόλε, τήνα,
Ἁ ποτὶ ταῖς παγαῖσι μελίσδεται· ἁδὺ δὲ καὶ τὺ

THYRSIS Pastor, & CAPRARIUS.

DULCEM susurrum & pinus
ista, o pastor caprarie,
Quæ est juxta fontes, resonat:
suaviter vero & tu

Ἀδύ. Ψιλᾶται τὸ α. οἱ γὰρ Δωριᾶς τρέποντες τὸ η τὸ δασὺ, εἰς α ψιλύμενον τρέπουσιν, ὑπεξομορυμένων τῶν ἄρθρων. τὸ γὰρ ἡ τὸ ἅρθρον τραπὲν εἰς α, ὑ ψιλᾶσιν, ἀλλὰ δασύνουσιν. Ἐν ἄλλῳ ὕτω. Τὸ ἁδύ τινες λέγουσιν ὅτι ψιλᾶται, τῇ ἡ τρεπομένῃ εἰς α, Δωρικῶς. καὶ ὁ μὲν ὕτοι ἀληθεύουσι, ψεύδεται δ Θεόκριτος, πάνθ' ἅλιος γράφων· καὶ Οὐχ' ἁμῖν τὸν ἔρωτα· καὶ' τί ποθ' ἁδύ· καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα ἐναντιούμενα τῷ κανόνι. ΨΙΘ. Ψιθυρίζουσι γὰρ αἱ πίτυς πρὸς τὰς πνοὰς τῶν ἀνέμων σχιζόμενοι. Ψιθύρισμα δὲ, ἢ τὸ μέλισμα, ἢ τὸ σύριγμα, ἢ τὸ κρῦμα. Ἄλλως. Ψιθύρισμα, τὸ μινύρισμα. * ὠνομαστοπεποίηται δὲ ἡ λέξις παρὰ τὴν τῆ ἦχα ἰδιότητα, κατὰ μίμησιν τῆς φωνῆς. ψιθύρισμα, μέλισμα, λάλημα. Θεν καὶ ψίθυρος, ὁ λάλος. ἡ δὲ φωνὴ τῶν κατὰ μίμησιν, καθάπερ καὶ τὸ κελαρύζειν. Ὁμηρος — κατιβόμενον κελαρύζει. Γίνεται δὲ ἀπὸ τῦ ψίω, τὸ λεπτύνω, ἐξ ὦ καὶ ψιὰς παρ' Ὁμήρῳ. κυρίως δὲ λέγεται ψιθυρίζειν, τὸ ἐν τοῖς ὠσὶ τινὰ λεπτὸν ἦχον ἠχεῖν, παρὰ τὸ ψίειν ἐν ταῖς θύραις, ἤγουν ταῖς ἀκοαῖς. καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν δένδρων. ψιθυρίζουσι γὰρ αἱ πίτυς, ὅταν ῥιπισθῶσι, τῇ πενότητι τῶν φύλλων σχιζομένης τῆς πνοῆς. ὡς Αριστοφάνης ἐν Νεφέλαις, — Τῆμος χάιρων δ πόταν πλάτανος ψιθυρίζῃ. Η δὲ διάνοια καὶ τὸ ἑξῆς ἔχει ὕτως, αἰπόλε, καὶ ἡ πίτυς ἐκείνη, ἥτις ἐγγὺς περὶ ταῖς πηγαῖς, ἡδύ τινα μελίζει, ἤγουν μετὰ μέλους καὶ ῥυθμῦ τινος ἀφίησι, τὴν τῶν φύλλων λεπτὴν ἐπιχυσιν. τῦτο γὰρ νῦν τὸ ψιθύρισμα μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων. ἡδὺ δὲ μέλος καὶ σὺ τῇ σύριγγι μέλπεις, αἰπόλε. Ἄλλως. Ἡδὺ μὲν τὸ τῆς πίτυος ψιθύρισμα ἐκείνης

*Ed. Ven. leg. ὀνοματοπεποίηται.

Συρίσδες. μετὰ Πᾶνα τὸ δεύτερον ἆθλον ἀποισῇ.
Αἶκα τῆνος ἔλῃ κεραὸν τράγον, αἶγα τὺ λαψῇ.

Fistula canis: post Pana proximum præmium feres.
Si ille acceperit cornutum hircum, tu capram capies:

τῆς παρὰ ταῖς πηγαῖς λιγυρῶς ᾀδέσης. ἡδὺ δὲ καὶ σὺ, ὦ αἰπόλε, ψιθυρίζεις. Ἀλλ᾽ ὡς. Τὸ ψιθυρίζειν τινὲς ὀνοματοποιεῖσθαί φασιν, ὡς τὸ, κρίκε ζυγὸν, καὶ τὸ, σίζε δὲ ὀφθαλμός. κυρίως δὲ ἐπὶ τῶν ψευδομένων τὸ ψιθυρίζειν λαμβάνεσι. ψίθυρ ψίθυρος, ὡς μάρτυρ μάρτυρος· καὶ ψίθυρος ψιθύρω, ὡς μάρτυρος μαρτύρω. τὸ δὲ ψίθυρ παρὰ τὸ ψίθος, ὃ σημαίνει τὴν λοιδορίαν. ἢ παρὰ τὸ ψίω, τὸ λεπτύνω, καὶ τῇ θύρᾳ· σημαίνει δὲ τὰ χάλη περιφρασικῶς. τὸ δὲ ψίθος, ἀπὸ τῆ ψεῦδος, ἀποβολῇ τῆ υ, καὶ τροπῇ τῆ ε εἰς ι, καὶ τῆ δ εἰς θ, ψίθος. Αἰπόλοι δέ εἶσιν οἱ ἐν τοῖς ἄιπεσι, τυτέσιν ὑψηλοῖς τόποις καὶ τραχέσι, τὰς αἶγας νέμοντες. ὕτω γὰρ φιλεῖ τὸ ζῶον. ΤΗΝΑ. Εὐθεῖα ἀντὶ τῆ ἐκείνη. οἱ γὰρ Δωριεῖς τὸ ἐκεῖνος τῆνος λέγυσι· καὶ τὸ ἐκείνη, τήνα, ἀκολόγως τὰ θηλυκά. Καὶ ἄλλως. Τήνα Δωρικῶς ὕτω λέγεται ἀντὶ τῆ ἐκείνη. οἱ γὰρ Δωριεῖς ποτὲ μὲν γράφυσι τὸ τ ἀντὶ τῆ κ, ὡς ἐνταῦθα· ποτὲ δὲ τὸ κ ἀντὶ τῆ τ. ἐκείνη γὰρ ἦν, καὶ κατὰ ἀφαίρεσιν τῆ ε, κείνη. ἐκβολῇ τῆ ι, καὶ τροπῇ τῆ ε εἰς η, καὶ τῆ κ εἰς τ, καὶ τῆ η εἰς α, τήνα.

πρόσωπα τῶν ῥημάτων τὰ εἰς εις λήγοντα, εἰς ες ποιοῦσι, τὸ ι μόνον ἐκβαλόντες. τὸ συρίζεις γὰρ συρίσδες γράφυσι· ὡς καὶ ἐν τοῖς ἀπαρεμφάτοις τὸ συρίζειν, συρίσδειν. διαλύυσι δὲ τὸ ζ, εἰς τὰ, ἐξ ὧν ἦν συγκείμενον, τοιχεῖα. Ἄλλως. Συρίζειν τὸ διὰ σύριγγος μέλπειν· ὥσπερ σαλπίζειν τὸ διὰ σάλπιγγος φωνεῖν, καὶ αὐλεῖν, τὸ δὲ αὐλεῖ μέλπειν, ὡς ἀπὸ τύτων δῆλον, — Χ᾽ ὦ μὲν τῷ σύριγγ᾽, ὁ δὲ τῷ καλὰν αὐλὰν ἔδωκεν, Αὔλει Δαμοίτας, σύρισδε δὲ Δάφνις ὁ βώτας. Συρίζω καὶ τὸ κατὰ Σύρης λέγω, ἢ φρονῶ· συρίττω δὲ ἐπὶ συρισμῦ τὸ διὰ τῆ τόματος ἀμεταβάτως. καὶ συρίττω ἐπὶ χλευασμῦ μεταβατικῶς, οἷον, συρίττω τινὰ, ἀντὶ, τῆ χλευάζω, καὶ τῶν συριττομένων ἐστὶν, ἥγυν τῶν ἐμπαιζομένων. διαφέρει τὸ ᾄδειν, τῆ συρίζειν, καὶ τῆ αὐλεῖν, καὶ τῶν τοιύτων, τῷ τὰ μὲν μέλος ἔχειν μόνον· τὸ δὲ ᾄδειν ἐπὶ λόγυ λέγεται ἐμμελῆς. ΜΕΤΑ. Ηγυν, ἀπολαξέων οἴσεις, τυτέσιν, ἐν τῇ μολπῇ τῇ διὰ τῆς σύριγγος, τὰ δευτερεῖα τῆ Πανὸς ἕξεις. τῶν δὲ ἄλλων τὰ πρωτεῖα. ΠΑΝΑ. Τὸν Πᾶνα οἱ μὲν λέγυσιν υἱὸν Πηνελόπης καὶ πάντων τῶν μνηστήρων, καὶ διὰ τῦτο λέγεσθαι καὶ Πᾶνα. Επιμενίδης δὲ ἐν τοῖς ποιήμασιν αὐτῆ, Διὸς καὶ Καλλιστῦς, Πᾶνα καὶ Αρκάδα διδύμης. Αρίσιππος δὲ ἐν τῷ Αρκαδικῷ, Διὸς καὶ νύμφης Οἰνηίδος. οἱ δὲ λέγυσι διὰ τῦτο Πᾶν, ὅτι τῆς ὥρας ἐστὶ σημεῖον τυτέσι, τῦ παντός. ὅθεν κυρίως προσαγορεύεται Πάν. συνοικειῦται γὰρ ἡ μορφὴ τῆ θεῦ τῷ περιέχοντι,

2. ΜΕΛΙΣΔ. Αἰολικὸν ἐστιν ἀντὶ τῆ μελίζει, ἔστι, λιγυρῶς ἠχεῖ καὶ ᾄδει. μέλη γὰρ τὰς ᾠδὰς ἔλεγον. ὡς καὶ Πίνδαρος τὸν Πᾶνα φάσκων, τὸ σαυτῆ μέλος γλάζεις. τυτέσιν, ἑαυτῷ ᾠδὴν ᾄδεις.

3. ΣΤΡΙΣΔΕΣ ἀντὶ τῆ συρίζεις, Δωρικῶς. οἱ γὰρ Δωριεῖς τὰ δεύτερα

Αἶκα δ' αἶγα λάβῃ τῆνος γέρας, ἐς τὲ καταῤῥεῖ
Ἃ χίμαρος. χιμάρῳ δὲ καλὸν κρῆς, ἔς τε κ' ἀμέλξῃς.

Si vero capram acceperit ille præmium, ad re defluet
Capella. Capellæ autem caro bona est, donec mulseris.

περιέχοντι, καὶ τὸ μὲν τῶν κεράτων ἀπομίμημα ἡλίῳ καὶ σελήνῃ, καὶ μυήσεως φασὶν εἶναι, τὸ δὲ πάρδαλιν εἰλῆφθαι, τῆς γῆς φαντασίας εἵνεκα. τὰ δὲ κάτω λάσια, τῶν τῆς γῆς μερῶν, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πεφυκότων· τὴν δὲ σύριγγα, τῶν ἐν τῷ κόσμῳ πνευμάτων μίμησιν εἶναι, τὸ δὲ αἰγωπὸν, τῶν καταιγίδων τὰς ἀφνειὰς ταραχὰς, καὶ τῶν ἀπὸ νεφῶν γενομένων περὶ τὸν ἀέρα μεταβολῶν· καὶ τὰ κάτω, τυτέτι τὰς μηρὰς δασεῖς, σημαίνοντας τὰς ὑλώδεις τόπους· καὶ τὰ κάτω βραχέα, σημαίνοντα τῶν ὀρῶν τὰ τραχέα. ἔχει δὲ καὶ τῇ μιᾷ χειρὶ τὸ δρέπανον, σημαῖνον τὴν ἐργασίαν· τῇ δὲ ἄλλῃ τὴν σύριγγα, σημαίνουσαν τὰς ἀνέμους. Τὸ δὲ δεύτερον, ἐνίοτε μὲν ἐπὶ τάξεως λέγεται, ἐνίοτε δὲ ἐπὶ ἀριθμήσεως, καθὰ καὶ τὸ πρῶτον, καὶ τὸ τρίτον, καὶ τὰ τῆς ἀκολουθίας ταύτης. ἐνταῦθα δὲ τὸ δεύτερον κατὰ τὸ πρότερον σημαινόμενον λέγεται. ΑΠΟΙΣΗ. Κομίσῃ. ὡς τὸ λαψῇ, ἀντὶ τοῦ λήψῃ, τὰς γὰρ μέλλοντας περισπῶσιν οἱ Δωριεῖς, δεξῇ, λαψῇ, γραψῇ, καὶ τὰ ὅμοια.

4. ΑΙΚΑ τὸ αἶκα ἀντὶ τοῦ εἶκεν ἐστὶ· τὴν γὰρ ει διφθογγον τρέπουσιν οἱ Δωριεῖς εἰς τὴν αι. τὸ δὲ ε ψιλὸν, εἰς α βραχύ. οἷον, εἶκεν, αἶκα, ἄρτεμις, ἄρταμις. κακῶς οὖν ὁ Θεόκριτος ἐξέτεινε τὸ α νῦν. τῶν γὰρ Δωριέων εἰς α βραχὺ τὸ ε τοῦ δυνητικοῦ συνδέσμου τρεπόντων, ὅτος ἐξέτεινεν, ὃ καὶ παρακατιὼν συνέστειλε, ΔΑΨΗ. Ἐκτέταται τὸ λα, διὰ τὸ εἶναι

Capella. Capellæ autem caro bona est, donec mulseris.

Δωριικὸν, ὡς φησιν Ἀσκληπιάδης, ἐπὶ φησιν ὅτι καὶ βραχύ ἐστιν.

5. ΑΙ. Ἤγων, ὁ μὴ ἔχει τις τράγον διδόναι τῷ Θεῷ, καὶ δώσει αἶγα Θηλειᾶν, σὺ λήψῃ χίμαρον, ἐπὶ Θηλυκοῦ. χίμαρος γὰρ ἀρρενικῶς μὲν ὁ τράγος, Θηλυκῶς δὲ, ἡ ἐνιαυσιαία αἶξ, ἡ ἑνὸς χειμῶνος ὄσα. μᾶλλον δὲ ἀδύνατον μὴ ἔχειν τινὲ τράγον, ἀλλ' εἰ θελήσει ὁ Θεὸς αἶγα λαβεῖν, σοὶ δοθήσεται χίμαρος. Τὸ δὲ καταῤῥῇ μεταφορικῶς ἀντὶ τοῦ κατενεχθήσεται. τὸ σύντονον τῆς δόσεως διὰ τοῦ καταῤῥῇ δηλοῖ.

6. ΕΣΤΕ Ἀντὶ τοῦ ἀγάμελκτος. ἐκ δὲ τούτου τὴν μήπω τετοκυίαν δηλοῖ. ὅτι δὲ πᾶς μήπω τετοκυίας τὸ κρέας ἥδιόν ἐστι, φησὶ καὶ Ἡσίοδος, — καὶ βοὸς ὑλοφάγοιο κρέας μήπω τετοκυίας. Γράφεται καὶ ἔς τ' ἂν ἀμέλξῃς.

Εν ἄλλῳ· αἶκα τῆνος.] Ἐὰν ἐκεῖνος λάβῃ κεφασφόρον τράγον (κεραὸς γὰρ καὶ κερασφόρος, τὸ αὐτὸ, πλὴν ὅτι τὸ μὲν ποιητικὸν ἐστι, τὸ δὲ κερασφόρος, κοινὸν) αἶγα σὺ λήψῃ. ἐὰν δὲ αἶγα λάβῃ ἐκεῖνος γέρας, ἃς σὲ καταῤῥῇ καὶ καταῤῥεύσει, ἥξων εἰσελεύσεται, ἡ χίμαρος. ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ ὕδατος. τὸ σύντονον δὲ τῆς δόσεως διὰ τοῦ καταῤῥεῖ δηλοῖ. XI. Τῇ χιμάρῳ δὲ καλὸν κρέας ἐστὶν, ἕως ἂν ἀμέλξῃς αὐτήν. Ἐρίφος, μέχρι τριῶν καὶ τεττάρων μηνῶν. Χίμαροι ἐπὶ Θηλυκοῦ, ἕως ἐνιαυτοῦ, τυτέσιν, ἕως ἂν τέκωσι καὶ ἀμελχθῶσιν. ἀφ' ἧ δὲ τέξεται ἡ χίμαρος, οὐκέτι χίμαρος λέ-

ΑΙΠΟΔΟΣ.

Ἄδιον, ὦ ποιμὰν, τὸ τεὸν μέλος, ἢ τὸ καταχὲς
Τᾶν' ἀπὸ τᾶς πέτρας καταλείβεται ὑψόθεν ὕδωρ.
Αἴκα ταὶ Μῶσαι τὰν οἰΐδα δῶρον ἄγωνται,
Ἄρνα τὺ σακίταν λαψῇ γέρας. αἰ δέ κ' ἀρέσκῃ
Τήναις ἄρνα λαβεῖν, τὺ δὲ τὰν ὄϊν ὕστερον ἀξεῖς.

CAPRARIUS.

Dulcius, o pastor, tuum carmen est, quam effusa
Illa quæ de rupe ex alto defluit unda.
Si Musæ oviculam præmium abducant,
Agnum tu stabularium pro præmio accipies. Si vero placuerit Illis agnum capere, tunc tu postea ovem abduces.

γεται, ἀλλὰ χίμαιρα, ἢ αἶξ. ταὐτὸ γὰρ αἶξ, καὶ χίμαιρα. ἐπὶ δὲ τῶν ἀῤῥένων, ἔριφος, καὶ τράγος· οἱ δὲ ποιηταὶ καὶ ἐπὶ τῆ ἄῤῥενος τὸν αἶγα λέγουσι. καὶ ἔστιν αὐτοῖς κοινὸν ὄνομα τὸ αἶξ. ὡς ἔλαφος, ἄνθρωπος, ἵππος. ὁ δὲ ἐπὶ τούτων ἔριφοι, τοῦτο ἐπὶ τῶν προβάτων ἄρνες καὶ ἀμνοὶ, καὶ ὁ αἶγες ἐνταῦθα, τοῦτο ἐπ' ἐκείνων ὄϊες. ὁ δὲ τράγος ἐπὶ τούτων, τοῦτο ἐπ' ἐκείνων κριὸς. νομῆς δὲ οἱ τῶν προβάτων καλοῦνται ποιμένες· οἱ δὲ τῆς ἑτέρας μερίδος, αἰπόλοι. Θεοῖς δὲ ἐχρῶντο οἱ νομῆς, τῷ Πανὶ, καὶ ταῖς Μούσαις, καὶ ἔτι ταῖς Νύμφαις. καὶ ταῖς μὲν Νύμφαις, καὶ τῷ Πανὶ, ὡς ἐν τοῖς ὄρεσι διατρίβοντες, ἀγρόταις θεοῖς καὶ αὐτοῖς ὖσι, καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι διατρίβουσι· τῷ δὲ Πανὶ, ὡς χρωμένῳ σύριγγι, καὶ ἐπισήμονι, καὶ ἐφόρῳ αὐτῆς ὄντι, ἧς καὶ αὐτοὶ ἐπιμελοῦνται· ταῖς δὲ Μούσαις διὰ τὸ μέλειν αὐταῖς ᾠδῶν, ὧν αὐταὶ ἔφοροι.

7. ΗΤΟ. Κατωφερὲς ἢ ἠχῶν ἢ καταχὲς, τὸ καταχεόμενον, ἢ ὑπηχῶν, καὶ ὑποῤῥοιζῶν ἐν τῷ καταφέρεσθαι. Ἐν ἄλλῳ. Η τὸ καταχές. Εἰ μὲν μετὰ τὸ ὕδωρ ἐπῆγε τὸ τὸ, ταὐτὸ δύναμενον τῷ ὃ, ἄχεν ἂν ὁ λόγος σαφέστερον ὕτω. ἡδύτερον, ὦ ποιμὴν, τὸ σὸν μέλος, ἢ ἐκεῖνο τὸ ὕδωρ, ὅπερ ὑψόθεν ἀπὸ τῆς πέτρας καταφέρεται μετὰ ἠχῆς. νῦν δὲ προτάττει αὐτὸ, καὶ δυσνόητον ποιεῖ τὸν λόγον, τῷ ὑποτακτικῷ ἄῤῥρῳ συνεπαγόμενον. σύνηθες δὲ τὸ τοιοῦτον καὶ τῷ πεζῷ λόγῳ.

9. ΑΙ. Παραβέβληται ὁ μὲν αἰπόλος τῷ Πανὶ· ὁ δὲ ποιμὴν ταῖς Μούσαις. ὁ δὲ νῦς ὕτως· ἐὰν αἱ Μοῦσαι τὴν ᾠδὴν, ἣν ἐγὼ τὴν ὄϊν, τὸ θῆλυ πρόβατον, δῶρον ἄγωνται, ἀντὶ τοῦ λάβωσιν, ἄρνα σὺ σακίταν λήψῃ γέρας. σακίται δὲ ἄρνες, ὡς ἔτι γάλακτος δεομένης, οἱ νομῆς τῶν μητέρων χωρίζοντες, ἰδίᾳ βόσκωσι, καὶ ἐν ἰδίῳ σηκῷ κλείουσιν· ἐὰν δὲ ἀρέσκῃ ἐκείναις ἄρνα λαβεῖν, σὺ δὲ τὴν ὄϊν ὕστερον ἀξεῖς, τουτέστιν ἐν τῇ ᾠδῇ τὰ δευτερεῖα τῶν Μουσῶν ἕξεις.

12. ΔΗΣ.

ΘΥΡΣΙΣ.

Λῆς ποτὶ τᾶν νυμφᾶν, λῆς, αἰπόλε, τῆδε καθίζας,
Ὡς τὸ κάταντες τῦτο γεώλοφον, ἄμμε μυρῖκαι,
Συρίσδεν; τὰς δ' αἶγας ἐγὼν ἐν τῷδε νομευσῶ.

ΑΙΠΟΛΟΣ.

Οὐ θέμις, ὦ ποιμὰν, τὸ μεσαμβρινὸν, ὲ θέμις ἄμμιν

THYRSIS.

Visne per nymphas, visne, Caprarie, hic assidens
Ad acclivem hunc tumulum, ubi sunt myricæ,
Canere fistula? ego autem interea capellas pascam.

CAPRARIUS.

Non fas est, o pastor, jam circa meridiem, non fas est nobis

12. ΛΗΣ. Αντὶ τῦ βάλει καὶ θέλεις, ἀπὸ θήματος τῦ λῶ, τὸ θέλω. Θέν καὶ λῶον τὸ ἐπωφελὲς, ὃ πάντες θέλομεν. ἢ Δωρικὸν τὸ λῆς, κατὰ ἀφαίρεσιν τῆς θε συλλαβῆς. ὁ θύρσις δὲ τῦτο λέγει. Τῇδε, ἐνθάδε ἢ ἐκᾶσε. Τὸ δὲ καθίξας Δωρικὸν, τροπῇ τῦ ε εἰς ξ. οἱ γὰρ Δωριᾶς τὸν μέλλοντα τῆς τετάρτης συζυγίας τῆς λαγύσης θς ζ, διὰ τῦ ξ ἐκφέρυσιν. Ἄλλως. Λῆς ποτὶ τᾶν νυμφᾶν. Θέλις ὦ αἰπόλε πρὸς τῶν νυμφᾶν ὧδε ἐλθεῖν, καὶ καθίξας εἰς τὸν ἀνετηκότα τῦτον τόπον καὶ κατάντη, ἤγεν ὀξύν, ὅπυ αἱ μυρίκαι, τῇ σύριγγι μέλπειν, τὰς δὲ αἶγας ἐγὼ ἐν τῷδε τῷ τόπῳ βοσκήσω. Τὸ κάταντες, τὸ κατωφερὲς, ὅπερ ἐστὶν ἐναντίον τῷ ἄναντες, λέγεται δὲ ἐπὶ τῦ αὐτῦ. ὁ γὰρ ἀνάντης τόπος ὁ αὐτὸς δήπυ ἐστὶ καὶ κατάντης, καὶ ἀνωφερὴς ἐπὶ τῦ αὐτῦ καὶ κατωφερής. λέγεται δὲ καὶ ἀνάντη ξύλα καὶ κατάντη, τὰ ἄνω φερόμενα καὶ κάτω, καὶ ἀνωφερῆ καὶ κατωφερῆ, ἐπὶ τῶν αὐτῶν. Γεώλοφον δὲ ὁ ἐν τῇ ὁμαλῇ πέδῃ ὑπερανεστηκὼς ὄχθος, ὃς καὶ κολωνὸς καλῆται· πῶς τῆς γαίας διφθογγογραφυμένης, ψιλογραφῆται τὸ γεώλοφον, τὸ ὃς ἀνώγεων, καὶ κατώγεον; καὶ φαμὲν ὅτι παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἡ γαῖα ἐψιλογράφατο, ὡς καὶ τὰ παρ' αὐτῆς συγκείμενα· νῦν δὲ οἱ νέοι διφθογγογραφοῦντες, οὐκ ἠθέλησαν τὴν παλαιὰν συνήθειαν τελέως ἀπολιπεῖν, ἀλλ' ἔθεσαν καί τινα ψιλογραφούμενα.

13. ΜΥΡΙΚΑΙ. Ὅπυ αἱ μυρσῖναι, ἐφ' αἷς μεσημβρίζειν ἐώθασιν.

15. ΜΕΣΑΜΒΡ. Τὸ μεσημερινὸν, ἐκ τῦ μεσημερινῦ, ἐκβολῇ τῦ ε, καὶ προσθέσει τῦ β.

ΟΤ. Οὐ πρέπον ἐστὶν ὦ ποιμὴν, κατὰ τὸ μέσον τῆς ἡμέρας τῇ σύριγγι χρῆσθαι. Τὸν Πᾶνα δεδοίκαμεν, ὄντως γὰρ πικρός ἐστιν. ἀντὶ τῦ βαρὺς καὶ ὀργίλος· ἡνίκα ἀπὸ τῆς ἄγρας σχολάσας ἀναπαύεται, κεκοπιακὼς ἐν αὐτῇ δηλονότι· καὶ ἀπὸ πρὸς τῇ ῥινὶ αὐτῦ, ἤτοι ἐν τῇ ῥινὶ, δριμεῖα χολὴ κάθηται· τυτέστι, καὶ λίαν ὀργίλος ἐστίν.

Canere fistula? ego autem interea capellas pascam.

CAPRARIUS.

15 Non fas est, o pastor, jam circa meridiem, non fas est nobis

Συρίσδεν· τὸν Πᾶνα δεδοίκαμες. ἢ γὰρ ἀπ' ἄγρας
Ταγίκα κεκμακὼς ἀμπαύεται· ἐντί γε πικρὸς,
Καί ὁι ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται.
Ἀλλὰ (τὺ γὰρ δὴ, Θύρσι, τὰ Δάφνιδος ἄλγεα οἶδες,
Καὶ τᾶς βωκολικᾶς ἐπὶ τὸ πλέον ἵκεο μούσας)
Δεῦρ' ὑπὸ τὰν πτελέαν ἐσδώμεθα, τῶ τε Πριήπω

Fistula canere: Pana metuimus: namque is a venatione
Tunc fessus requiescere solet, estque amarulentus,
Et illi semper acerba bilis in naribus sedet.
Verum (tu enim, o Thyrsi, Daphnidis dolores nosti,
Et bucolicae ad summum perveniſti Musae)
Huc age, sub ulmo consideamus, Priapi

19. ΑΛ. Ηγεν, τὸ περὶ τᾶ Δάφνιδός μοι λέγε. Τὸ ἄλγε' ἄειδε, τριχῶς εὑρομεν γεγραμμένον ἐν τοῖς παῤ ἡμῖν ἀντιγράφοις, δηλονότι, ἄλγε' ἄειδες· καὶ λέγει τὸ ἄειδες, ἀντὶ τᾶ λέγοις ἄν, Δωρικῶς, καὶ ὅτι τὸ γὰρ παρέλκει καὶ ἄλγε' ἄειδε, ἀντὶ τᾶ λέγε. καὶ ἄλγεα εἶδες, ὃ καὶ βέλτιον. Αλλως. Αλλὰ τὺ γὰρ δὴ Θύρσι] τὸ σὺ καὶ τὸ γὰρ, ἐπὶ τὸν δεύτερον ἀφορᾷ στίχον. ὀφέλει καὶ τὸ τύ, καὶ ἐπὶ τᾶ προτέρᾳ λέγεσθαι ἀπὸ κοινᾶ. ὥτω γὰρ ἂν ἦν ὁ λόγος ἀκόλουθος, ἔχων ὥτως· Αλλά τὺ, ὦ Θύρσι, ᾄδε τὰ ἄλγη τᾶ Δάφνιδος· σὺ γὰρ ἀφίκεο καὶ ἐπὶ τὸ πλέον τᾶς βωκολικᾶς μούσης. ὐκ ἀντιπίπτει δὲ ἑαυτῷ, μὴ πρέπειν εἰπὼν συρίζειν κατὰ τὸ μέσον τᾶς ἡμέρας διὰ τὸν Πᾶνα, εἶτα τὸν Θύρσιν προτρεπόμενος ᾄδειν. ὁ γὰρ τὰυτόν ἐστι τὸ συρίζειν τῷ ᾄδειν, ἀλλὰ συρίζειν μέν ἐστι, τὸ διὰ σύριγγος μέλπειν· ᾄδειν δὲ, τὸ κοινῶς τραγωδᾶν. τὸ τᾷ σύριγγι δὲ χρῆσθαι φησὶ μὴ πρέπον εἶναι κατὰ τὸ μεσημβρινὸν, διὰ τὸν Πᾶνα, τᾷ σύριγγι χρώμενον· ἐπὶ τὴν ᾠδὴν δὲ προτρέπεται, ὡς ἄλλο τι ὄσαν, καὶ ὑ * μέλον αὐτῆς τῷ Πανί.

21. Τ Ω. Τὸν Πρίηπον νύμφης Νάϊδος, ἢ Χίονης καὶ Διονύσω φασὶν υἱὸν, ὃν καὶ κτίσαι περὶ Λάμψακον ὁμώνυμον αὐτῷ πόλιν φασί. παῤ ἐνίοις δὲ, ὁ αὐτός ἐστι τῷ Διονύσῳ. ἐκ τῆς ἐτυμολογίας γὰρ φαίνεται. ἔστι γὰρ οἶονεὶ βριήπους, διὰ τὰς ἐν ταῖς βακχείαις καὶ μέθαις ἐκβυήσεις. ἢ πρίηπος, προϊέμενος τὸ σπέρμα. τὸ δὲ κρανιάδων, ἀντὶ τᾶ κρηνῶν. εἰ μή πως τὰς νύμφας κρηνίδας λέγει, ὡς τῶν νυμφῶν συγκαθεζομένων τῷ Πριήπῳ· τινὲς δὲ τὸ κρανιάδων, κρανέας ἀπεδέξαντο, ἃ ἔστι δένδρα ὥτω καλούμενα. Εν ἄλλῳ. ΔΕΥΤ' ἄγε ὑπὸ τὴν πτελέαν ἐσδώμεθα ἀντὶ τᾶ καθεζώμεθα, ἢ καθίσωμεν, ἀπεναντίας τᾶ ἀγάλματος τᾶ Πριάπε, καὶ τῶν πηγῶν, ὅπου ἡ καθέδρα ἐκείνη ἡ ποιμενικὴ, καὶ αἱ δρῦς. ἐὰν δὲ ᾖσθα ὥσπερ ἦσας ποτὲ ἐρίζων πρὸς τὸν Χρόμιν τὸν Λιβύαθεν, τυτέστι τὸν ἀπὸ τᾶς Λιβύης, αἰγά τέ σοι δώσω δίδυμα τετοκυῖαν, ὥτε μέχρι τρίτου ἀμέλξαι αὐτὴν, ἥτις δύο ἔχουσα ἐρίφους,

* Ven. μέλλον ὃν αὐτῆς.

πρα-

Καὶ τᾶν κράνιάδαν κατεναντίον, ᾇπερ ὁ Θῶκος
Τᾶνος ὁ πωμενικός. καὶ ταὶ δρύες· αἰ δέ κ' ἀείσῃς,
Ὥς ποκα τὸν Λιβύαθε ποτὶ Χρόμιν ᾇσας ἐρίσδων,
Αἶγά τέ τοι δωσῶ διδυματόκον ἐς τρὶς ἀμέλξαι,
Ἃ δύ' ἔχοισ' ἐρίφως, ποταμέλξεται ἐς δύο πέλλας·
Καὶ βαθὺ κισσύβιον κεκλυσμένον ἀδέϊ καρῷ,
Ἄμφωες, νεοτευχὲς, ἔτι γλυφάνοιο ποτόσδον.

Et fontanarum Nympharum ex adverſo, ubi ſedes eſt
Illa paſtoralis & quercus. Si veto cecineris,
Sicut olim cum Libyco paſtore Chromide cantaſti certans,
Tunc & capram tibi dabo gemellorum matrem, ut ter mulgeas,
Quæ geminos hædos lactans, duas interea mulctras lacte complet:
Et profundum poculum *dabo* dulci cera collutum,
Geminis anſulis, novum, recentem adhuc ſculpturam redolens;

προσαμέλξεται, καὶ ἀμελχθήσεται εἰς δύο πέλλας· ποιμενικὸν δὲ ἀγγεῖον ἡ πέλλα. λέγεται δὲ ὕτω καὶ ἡ μέλαινα.

25. ΔΙΔ. Δίδυμα τετοκυῖαν, ὥστε τρὶς ἀμέλξαι. πολὺ γὰρ ἔχουσι γάλα αἱ διδυματόκοι· ὅθεν φησὶν, ἡ ἄὶξ περιουσιάζεται τῷ γάλακτι, ὥστε καὶ μετὰ τὴν τῶν ἐρίφων τροφὴν καὶ δύο πέλλας πίμπλησι· τὰς δὲ ἀμελγὰς πέλλας καλοῦσι, παρὰ τὸ πίνειν ἐν αὐτοῖς, ὅ ἐστι γαλακτοδόχον ἀγγεῖον.

27. ΚΙΣ. Κισσύβιον, ποτήριον παρὰ τὸ χέσθαι ἐν αὐτῷ τὸ πίνειν, χισσύβιον ὄν. ἢ ξύλινον ἔκπωμα κεκοσμημένον γόμφοισι πολλοῖς. ἢ καινὸν ξύλινον ποιμενικὸν, τὸ οἱονεὶ χισσύβιον. Ἀλλως. Κισσύβιον, ποτήριον ἀγροικικὸν, ἴσως ἀπὸ τῆ κισσῆ, ἐξ ἧ κατεσκευάζοντο τὰ ποτήρια. κοινοτέρως δὲ καὶ ἐπὶ πάντων τῶν ξυλίνων ποτηρίων ὁ λόγος τίθεται, παρὰ τὸ κεχύσθαι εἰς αὐτὸ τὸν οἶνον, οἷον χόω, χύσω, χυσίβιον, καὶ κισσύβιον. Ησίοδος. — ὀλίγον δὲ ἔσται κισσυβίῳ. ἢ κισσύβιον, ποτήριον, παρὰ τὸ χᾶσθαι ἐν αὐτῷ τὸ πίνειν, χυσσίπιδν τι ὄν. ΚΕΚ. Ηγουν λελυμένον κηρῷ, κεχρισμένον, ἢ κεκονισμένον οἱ κοινοὶ φασιν, ἀπὸ τῆ κλύζω· λέγεται δὲ τὸ κλύζειν, ἐπὶ δύο· ἐπί τε τῆ διὰ κλυσῆρος ἰατρεύειν, καὶ ἐφ' ὑγρῶν, ὁτάν τε ἐπέρχωνται καὶ ἐπικαλύπτωσι, καθὸ λέγεται ἐνταῦθα.

28. ΑΜΦ. Τὸ ἀμφοτέρωθεν ἔχον ὠτία τινά. διὰ δὲ τοῦτο τὸ μέγεθος παρίσησιν. ΝΕΟ. Νεωστὶ κατεσκευασμένον. ΓΛΥ. Αντὶ τῆ προσόζον, ὁσμὴν πέμπον, καὶ μυρίζον. Γλυφάνοιο δὲ, τυτέστι γλυφῆς. ὥσπερ δὲ γίνεται ἀπὸ τῆ τέφω, τέφανος, καὶ ἀπὸ τῆ λέβω, λέιβανος· ὕτω καὶ ἀπὸ τῆ γλύφω, γλύφανος, ποιητικῶς.

Τῶ περὶ μὲν χείλη μαρύεται ὑψόθι κισσὸς,
Κισσὸς ἐλιχρύσῳ κεκονισμένος. ἁ δὲ κατ' αὐτὸν
Καρπῷ ἔλιξ εἱλεῖται ἀγαλλομένα κροκόεντι.
Ἔντοσθεν δὲ γυνά τις, θεῶν δαίδαλμα, τέτυκται,
Ἀσκητὰ πέπλῳ τε καὶ ἄμπυκι· πὰρ δέ οἱ ἄνδρες
Καλὸν ἐθειράζοντες ἀμοιβαδὶς ἄλλοθεν ἄλλος

Cui circum labra innectitur superne hedera,
Hedera helichryso adglutinata: & circa illam
Fructu capreolus volvitur gestiens croceo.
Intus vero mulier, divina quædam imago, sculpta est,
Ornata peplo reticuloque: juxta vero ipsam viri
Pulchris capillis vicissim, hinc ille, inde alter,

29. ΤΩ. Οὕτινος περὶ μὲν τὰ χείλη ὑψόθι κισσὸς μαρύεται, ἀντὶ τῦ πέπλεκται.

30. ΕΛΙ. Ο ἑλίχρυσος εἶδος φυτῆ, ὃ τὸ ἄνθος ὅμοιον κρόκῳ, καὶ οἷον χρυσοειδές. ἄλλοι δὲ τὸν ἑλίχρυσον βοτάνην λέγυσι κροκοειδῆ καὶ χρυσίζυσαν. ΚΕ. Κονία, ἢ ἄσβεστος. ἀφ' ὃ κονιάω κονιῶ, τὸ ἀσβέστῳ χρίω, καὶ κεκονιαμένος τοῖχος, ὁ ἀσβέστῳ κεχρισμένος. ἐνταῦθα δὲ τὸ κεκονισμένος ἴσως ἀντὶ τῦ κεχρισμένος ἁπλῶς, ἀπὸ τῦ κεκονιαμένος κατὰ συγκοπήν. ΑΥ. Τὸν κισσὸν δηλονότι. ἕλιξ, ἤγυν πλοκὴ εἱλῆται, τυτέστι, στρέφεται τὴν ἑαυτῆς τροφήν.

31. ΑΓΑ. Αντὶ τῦ θάλλυσα. ΚΡΟ. Ηγυν, κρόκυ χροιὰν ἔχοντι.

32. ΕΝ. Αντὶ τῦ ἔνδον γυνά τις κατεσκέυασεν θεῶν δαίδαλμα, τυτέστιν ἔργον ὕτω ποικίλον, ὡς μὴ δοκεῖν ἄνθρωπον αὐτὸ κατασκευάσαι, ἢ ποικίλαι, ἀλλὰ θεύς. τινὲς τὴν Πανδώραν φασὶν εἶναι. γράφεται καὶ γυνά τι. τὸ δὲ τι περὸς τὸ δαίδαλμα.

33. ΑΣΚ. Ασκητὴ, ἢ κεκοσμημένη πέπλῳ, τυτέστιν ἐνδύματι, καὶ περικεφαλαίᾳ. τῦτο γὰρ τὸ ἄμπυκι, ἢ ἄμπυκι, τῷ συνδέοντι τὰς τρίχας, ἀπὸ τῦ ἀμπέχειν.

34. Ηγυν, κόμην τρέφοντες· κομᾶν γὰρ καὶ ἐθειράζειν ταὐτὸ, πλὴν ὅτι τὸ μὲν κομᾶν ἐπὶ κοινῶν, τὸ δὲ ἐθειράζειν ποιητικόν. Αλλως. Εθειράζοντες, κομῶντες, εὐτριχοι. ἔθειρα γὰρ αἱ ἐξ ἕδυς γινόμεναι τρίχες, ἢ ἐθειράδες, καὶ καθήκοντες, τὰ γένεια, ἢ κομῶντες. ἔθειρα δὲ ἡ θρὶξ, ἡ ἐξ ἕδυς τημελυμένη. Αλλος. Κομῶντες τὰς τρίχας, ὑ γενειῶντες ὥς τινες· ἔθειρα γὰρ ἡ τῆς κεφαλῆς θρὶξ. ὅθεν Αριστοτέλης ἐν Ομήρῳ ἔγραψεν.

—— Κυάνεαι δ' ἐγένοντο γενειάδες ἀμφὶ γένυσιν, ὧν ἐθειράδες. ΑΜΟΙ. Απὸ τῦ ἄλλυ μέρυς. Αμοιβαδὶς νεκίυσιν ἐπέεσσιν, ἤγυν λόγοις ἐρίζυσι πρὸς ἀλλήλυς κατὰ ἀμοιβήν· περὶ αὐτῆς τὴν ἔριν δηλονότι ποιύμενοι.

35. ΤΑ.

Νεικείσσ' ἐπέεσσι. τὰ δ' ἐ φρενὸς ἄπτεται αὐτᾶς·
Ἄλλοκα μὲν τῆιον ποτιδέρκεται ἄνδρα γελεῦτα,
Ἄλλοκα δ' αὖ ποτὶ τὸν ῥίπτεῖ νόον· οἱ δ' ὑπ' ἔρωτος
Δηθὰ κυλοιδιόωντες ἐτώσια μοχθίζοντι.
Τοῖς δὲ μέτα γριπεύς τε γέρων, πέτρα τε τέτυκται
Λεπρὰς, ἐφ' ᾇ σπεύδων μέγα δίκτυον ἐς βόλον ἕλκει·

35 Verbis altercantur: id vero nihil movet ipsam:
Verum jam hunc aspicit virum ridens,
Jam vero ad alterum applicat se,
Illi vero præ amore
Diu oculis tumentes, incassum laborant.
Inter hæc piscator senex, & rupes fabrefacta est
40 Aspera, in qua festinans magnum rete ad jactum trahit

35. ΤΑ. Ταῦτα δὲ, ἃ αὐτοὶ φιλονεικεῦσιν, ἤγων, αἱ φιλονεικίαι δὲ αὐτοῖ καὶ ἔριδες, ἃς αὐτοὶ φιλονεικεῦσι περὶ αὐτῆς, τῆς φρενὸς αὐτῆς ἔχ ἅπτονται.

36. ΑΛΛΟΚΑ. Τὸ μέντοι νοήσεως ἐστὶ, τὸ δὲ ὁράσεως. ἀδύνατον γὰρ δμολογημένως, ἐν γραφῇ κίνησιν εἶναι ζωτικὴν, ἀλλὰ τῶν γλυπτῶν εἰκόνων κατάλληλοι ἦσαν τοῖς λελεγμένοις. ταῦτα καθ' ὑπερβολὴν Ομηρος ἔλεγεν ἀληθέστερον. — Χρύσεον ζωῇσι νεανίσιν ἰοικυῖαι. Αλλως. Αλλοτε μὲν πρὸς ἐκεῖνον βλέπει ἄνδρα γελῶσα· ἄλλοτε δὲ πρὸς τοῦτον ῥίπτει τὸν νοῦν, ἤγων τρέπει.

38. ΚΤΛ. Οἰδοῦντες τὰ κοῖλα τὰ ὑπὸ τὰς ὀφθαλμούς. συμβαίνει γὰρ τοῖς ἀγρυπνοῦσιν ὰς ἐπίπαν οἰδαίνειν τὰ κοῖλα· ὅπερ οἱ πολλοὶ ἀναγκαίως δὶ ἔρωτα πάσχουσι· γίνεται δὲ παρὰ τὸ τὰ κοῖλα οἰδαίνειν· κοῖλα δὲ, τὰ ὑποκάτω τῶν ὀφθαλμῶν. ΕΤΩ. Αντὶ τοῦ μάτην κάμνουσι. τίς γὰρ ἂν ἄγαλμα πῆσαι δυνήσεται; Αλλως. ὁ νοῦς· οἱ δὲ ὑπ' ἔρωτος κατὰ πολὺ κυλοιδιόωντες, ἤγουν κυλοιδιῶντες, τυτέστι τὰς ὀφθαλμὰς ἐξογκούμενοι, ἐτώσια καὶ μάταια μοχθίζοντι, ἀντὶ τοῦ μοχθίζουσι καὶ κοπιῶσι. μοχθίζω, ποιητικόν· μοχθῶ, κοινόν.

39. ΓΡΙΠ. Γριπεὺς, ὁ ἁλιεύς. καὶ γρίπος τὸ δίκτυον, παρὰ τὸ τοὺς ἰχθύας ἀγρεύειν.

40. ΛΕΠΡ. Τραχεῖα, ἢ λευκὴ, ἢ ὑπὸ τῶν κυμάτων λευκαινομένη, ἢ ὑψηλή· ἐπεὶ καὶ λέπας τὸ ὄρος τὸ ἄκρον φασίν. ἢ λευκὴ, καὶ λέπρα ἐπικυῖα. τινὲς δὲ τὴν τραχεῖαν ἔφασαν, τὴν ἐκλεπρωθεῖσαν, καὶ ἐκπιλωθεῖσαν εἶον καὶ ῥωθεῖσαν. Αλλως. ὁ νοῦς· γριπεύς τις γέρων, ἤγουν δικτυοθήρας· καὶ πέτρα λέπρας, τυτέστι ῥυᾶς, ἔχουσα· ἐφ' ᾇ, καὶ ἐν ᾗ πέτρᾳ σπεύδων ὁ πρέσβυς, μέγα δίκτυον ἕλκει ἐς βόλον, ἤγουν, εἰς ἄγραν, εἰς τὸ ῥίψαι ἐπὶ ἄγραν, ὡμοιωμένος ἀνδρὶ μοχθοῦντι κατὰ τὸ καρτερὸν, ἤγουν κατὰ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ἰσχύν· ἢ, τὸ ἰσχυρὸν τῆς δυνάμεως, ἀνδρὶ ἀκμάζοντι ὅμοιον ἔχων.

Ὁ πρέσβυς, καάμενοντι τὸ καρτερὸν ἀνδρὶ ἐοικώς·
Φαίης κεν γυιῶν νιν ὅσον θέλος ἐλλοπιεύειν·
Ὧδέ οἱ ὠδήκαντι κατ' αὐχένα πάντοθεν ἶνες,
Καὶ πολιῷ περ ἐόντι· τὸ δὲ θένος ἄξιον ἅβας.

Senex, valde laboranti viro similis:
Diceres ipsum totis membrorum viribus piscari:
Nam venæ illi undique in collo tument,
Quamvis jam cano: robur vero illi est etiam juventa dignum.

Ex monte luctum, non Penthea, reportantes.

Οὐκ ἀλέγω, (μηδ' ἄλλος ἀπεχθέμεναι Διονύσῳ
Φροντίζοι,) μηδ' εἰ χαλεπώτερα τῶνδ' ἐμόγησεν,
Εἴη δ' ἐνναέτης, ἢ καὶ δεκάτῳ ἐπιβαίνοι.
Αὐτὸς δ' εὐαγέοιμι, καὶ εὐαγέεσσιν ἄδοιμι.
Ἐκ Διὸς αἰγιόχω τιμὰν ἔχει αἰετὸς ἔτος.
Εὐσεβέων παίδεσσι τὰ λῴϊα, δυσσεβέων δ' ἕ.
Χαίροι μὲν Διόνυσος, ἐν ἐν Δρακάνῳ νιφόεντι
Ζεὺς ὕπατος μεγάλαν ἐπιγυνίδα θήκατο λύσας·
Χαίροι δ' εὐειδὴς Σεμέλα, καὶ ἀδελφεαὶ αὐτῆς
Καδμεῖαι, ποικαῖς μεμελημέναι ἡρωΐναις,
Αἵ τόδε ἔργον ἔρεξαν ὀρίναντος Διονύσε,
Οὐκ ἐπιμωμητόν. μηδεὶς τὰ θεῶν ὀνόσαιτο.

Non moror, neque alius infensus esse Baccho
Curet, neque si quis atrociora hisce patret,
Sitque vel novem annorum, aut decimum ingressus *annum:*
Ipse vero sancte agam, & sancte agentibus placeam.
A Jove honorem sortitur hæc avis, *i. hoc augurium.*
Piorum liberis bona *eveniunt*, impiorum vero non.
Lætetur Bacchus, quem in Dracano nivoso
Jupiter summus in magno femore posuit, *a matre* solutum.
Lætetur & specioſa Semele, ipsiusque sorores,
Cadmi filiæ a multis celebratæ heroïdibus:
Quæ hoc factum perfecerunt, incitante Baccho,
Non reprehendendum: nemo facta Deorum vituperet.

ARGU-

ARGUMENTUM

IDYLLII XXVII.

Singularis ſuavitas eſt & facilitas hujus Idyllii; ut non a Theocrito, ſed ab alio quopiam authore ſcriptum eſſe videatur: continet autem colloquium inter duos amantes, Daphnidem procum & puellam, cujus nomen non ponitur. Hi poſt oſcula de conjugio diſputant; & tandem cum puella perſuaſa eſſet, faciunt furtivas nuptias. Præcipuus igitur in hoc Idyllio locus eſt, antitheſis commodorum & incommodorum conjugii.

ΟΑΡΙΣΤΥΣ ΔΑΦΝΙΔΟΣ καὶ ΚΟΡΗΣ,

Εἰδύλλιον κζ'.

ΔΑΦΝΙΣ ΚΟΡΗ.

Κ. ΤΑΝ πινυτὰν Ἑλέναν Πάρις ἥρπασε βωκόλος ἄλλος·
Δ. Μᾶλλον ἐμὴ δ' Ἑλένα τὸν βωκόλον ἐστὶ φιλεῦσα.
Κ. Μὴ καυχῶ σατυρίσκε· κενὸν τὸ φίλαμα λέγεσιν.
Δ. Ἔστι καὶ ἐν κενεοῖσι φιλάμασιν ἁδέα τέρψις.
Κ. Τὸ στόμα μευ πλύνω, καὶ ἀποπτύω τὸ φίλαμα.
Δ. Πλύνεις χείλεα σεῖο; δίδε πάλιν ὄφρα φιλάσω.
Κ. Καλόν σοι δαμάλας φιλέειν, ἐπὶ ἄζυγα κώρων.
Δ. Μὴ καυχῶ· τάχα γάρ σε παρέρχεται, ὡς ὄναρ, ἦβη.

COLLOQUIUM DAPHNIDIS & PUELLÆ,

IDYLLION XXVII.

DAPHNIS & PUELLA.

P. Prudentem Helenam Paris rapuit bubulcus alius:
Magis vero hæc Helena eſt, quæ me bubulcum oſculatur.
Puella. Ne gloriare Satyriſce: inane oſculum eſſe dicunt.
Daph. Eſt etiam in inanibus oſculis dulcis voluptas.
P. Lavo os meum, & oſculum deſpuo.
D. Lavaſne labra tua? da mihi iterum ut oſculer.
P. Decet te vitulas oſculari, non innuptam puellam.
D. Ne ſuperbi: ſtatim tibi tranſibit, ſicut ſomnium, flos ætatis.

Ἁ σαφυλὶς σαφὶς ἔσαι, καὶ ῥόδον αὖον ὀλεῖται.
Δεῦρ' ὑπὸ τὰς κοτίνους, ἵνα σοί τινα μῦθον ἐνίψω.
Κ. Οὐκ ἐθέλω· καὶ πρίν με παρήπαφες ἡδεῖ μύθῳ.
Δ. Δεῦρ' ὑπὸ τὰς πτελέας, ἵν' ἐμᾶς σύριγγος ἀκούσῃς.
Κ. Τὴν σαυτῆ φρένα τέρψον· ὀΐζυον ἄδεν ἀρέσκῃ.
Δ. Φεῦ φεῦ· τᾶς Παφίας χόλον ἄζεο καὶ σύ γε κώρα.
Κ. Χαιρέτω ἁ Παφία· μόνον ἵλαος Ἄρτεμις εἴη.
Δ. Μὴ λέγε, μὴ βάλλῃ σε, καὶ ἐς λίνον ἄκλιτον ἔλθῃς.
Κ. Βαλλέτω ὥς ἐθέλεις. πάλιν Ἄρτεμις ἄμμιν ἀρήγοι.
Μὴ 'πιβάλῃς τὴν χεῖρα, καὶ εἰσέτι χεῖλος ἀμύξω.
Δ. Οὐ φεύγεις τὸν Ἔρωτα, τὸν ὃ φύγε παρθένος ἄλλη.
Κ. Φεύγω ναὶ τὸν Πᾶνα· σὺ δὲ ζυγὸν αἰὲν ἀείρεις.
Δ. Δειμαίνω μὴ δή σε κακωτέρῳ ἀνέρι δώῃς.
Κ. Πολλοί με μνώοντο, νόον δ' ἐμὸν ἄ τις ἔαδε.
Δ. Εἷς καὶ ἐγὼ πολλῶν, μνηστὴς τεὸς ἐνθάδ' ἱκάνω.
Κ. Καὶ τί, φίλος, ξέξαιμι; γάμοι πλήθουσιν ἀνίας.
Δ. Οὐκ ὀδύνην, ἀκ ἄλγος ἔχει γάμος, ἀλλὰ χορείην.
Κ. Ναὶ μὰν φασὶ γυναῖκας ἐὸς τρομέειν παρακοίτας.

P. Quæ prius uva erat, paſſula eſt: & roſa arida *tamen* non perit.
D. Huc veni ſub oleaſtros, ut tibi aliquid dicam.
P. Non volo: nam & antea me dulci ſermone fefelliſti.
D. Huc *veni* ſub ulmos, ut meam fiſtulam audias.
P. Tuum animum oblecta: nihil quod moleſtum eſt mihi placet.
D. Ah, ah, reverere Veneris iram & tu puella.
P. Valeat Venus, ſaltem Diana ſit mihi propitia.
D. Ne dixeris, ne te feriat, & in laqueum inextricabilem incidas.
P. Feriat ut voluerit: rurſum Diana nobis opituletur.
Ne mihi injicias manum; etiam labrum tibi Ianiabo.
D. Non effugies amorem, quem non ulla effugit puella.
P. Effugiam per Pana, tu vero jugum ſemper attollis.
D. Metuo, ne te pejori viro jungat, *ſ. Amor.*
P. Multi meas nuptias ambierunt, ſed nullus animo meo placuit.
D. Et ego unus ex multis procus tuus huc venio.
P. Quid autem faciam amice? nuptiæ plenæ ſunt moleſtiarum.
D. Non dolorem, non triſtitiam afferunt nuptiæ, ſed choream.
P. Certe dicunt, mulieres ſuos maritos metuere.

D. Imo

Δ. Μᾶλλον ἀεὶ κρατέουσι· τοὶ δὲ τρομέουσι γυναῖκας.

Κ. Ὠδίνειν τρομέω· χαλεπὸν βέλος Εἰλειθυίης.

Δ. Ἀλλὰ τεὴ βασίλεια μογοστόκος Ἄρτεμίς ἐστιν.

Κ. Ἀλλὰ τεκεῖν τρομέω, μὴ καὶ χρόα καλὸν ὀλέσσω.

Δ. Ἢν δὲ τέκῃς φίλα τέκνα, νέον φάος ὄψεαι υἷας.

Κ. Καὶ τί μοι ἔδνον ἄγεις γάμε ἄξιον, ἢν ἐπινεύσω;

Δ. Πᾶσαν τὰν ἀγέλαν, πάντ' ἄλσεα καὶ νόμον ἕξεις.

Κ. Ὄμνυ', ἐμ' εἰμετὰ λέκτρα λιπὼν ἀέκοισαν ἀπέλθῃς.

Δ. Οὔ μ' αὐτὸν τὸν Πᾶνα καὶ ἢν κ' ἐθέλῃς με διῶξαι.

Κ. Τεύχεις μοι θαλάμους, τεύχεις καὶ δῶμα καὶ αὐλάς;

Δ. Τεύχω σοι θαλάμους, τὰ δὲ πώεα καλὰ νομεύω.

Κ. Πατρὶ δὲ γηραλέῳ τίνα μεν τίνα μῦθον ἐνίψω;

Δ. Αἰνήσει σέο λέκτρον, ἐπὴν ἐμὸν οὔνομ' ἀκούσῃ.

Κ. Οὔνομα σὸν λέγε τῆνο. καὶ ὄνομα ποικάκι τέρπει.

Δ. Δάφνις ἐγὼ, Λυκίδας δὲ πατὴρ, μήτηρ δὲ Νεμαίη.

Κ. Ἐξ εὐηγενέων· ἀλλ' ἃ σέθεν εἰμὶ χερείων.

Δ. Οὐδ' ἄρ' ἀτιμήεσσα· πατὴρ δέ σοι ἐστὶ Μενάλκας.

Κ. Δεῖξον ἐμοὶ ἔθεν ἄλσος, ὅπῃ σέθεν ἵσαται αὐλις.

D. Imo potius dominantur: quem enim metuunt mulieres?

P. A pariendi doloribus mihi metuo: grave vulnus est Lucinæ.

D. Verum regina tua Diana obstetricatrix est.

30 *P.* Sed parere horreo, ne mihi & pulcra forma pereat.

D. Si vero pepereris caros liberos, videbis filios novam lucem.

P. Sed quam mihi dotem affers nuptiis dignam, si annuero?

D. Universum gregem, omnia nemora & pascua habebis

P. Jura igitur, ne post concubitum abeas, me invitam relinquens.

35 *D.* Non per ipsum Pana, etiamsi velis abigere.

P. Extrues mihi thalamos; extrues & domum & stabula?

D. Extruam tibi thalamos, *boves* pulcros ovium greges pascо.

P. Patri seni quemnam, quem sermonem dicam?

D. Probabit connubium tuum, ubi meum nomen audierit.

40 *P.* Dic nomen illud tuum: *nam* & nomen sæpe delectat.

D. Daphnis ego sum, Lycidas vero mihi pater *est*, mater Nomæa.

P. Ex bene natis *ortus* es: sed non sum te ignobilior.

D. Neque summe *es* honorata: pater enim tibi est Menalcas.

P. Ostende mihi tuum nemus, ubi tuum est stabulum.

45 *D.* Veni,

Δ. Δεῦρ' ἴδε πῶς ἀνθεῦσιν ἐμαὶ ῥαδιναὶ κυπάρισσοι.
Κ. Αἶγες ἐμαὶ βόσκεσθε· τὰ βωκόλω ἔργα νοήσω.
Δ. Ταῦροι καλὰ ν' μεθ', ἵνα τἄλσεα παρθένι δείξω.
Κ. Τί ῥέζεις σατυρίσκε; τί δ' ἔνδοθεν ἄψαο μαζῶν;
Δ. Μᾶλα τεὰ πρώτισα τάδε χνοάοντα δενδράζω.
Κ. Ναρκῶ ναὶ τὸν Πᾶνα· τεὴν πάλιν ἔξελε χεῖρα.
Δ. Θάρσει κῶρα φίλα· τί μοι ἔτρεμες, ὡς μάλα δειλά;
Κ. Βάλλεις εἰς ἀμάραν με, καὶ ἔματα καλὰ μιαίνεις.
Δ. Ἀλλ' ὑπὸ σὲς πέπλως ἀπαλὸν νάκος ἤνιδε βάλλω.
Κ. Φεῦ φεῦ, καὶ τὰν μίτραν ἀπέστιχες. ἐς τί δ' ἔλυτας;
Δ. Τᾷ Παφίᾳ πρώτιστον ἐγὼ τόδε δῶρον ὀπάζω.
Κ. Μίμνε τάλαν. τάχα τις τοι ἐπέρχεται· ἦχον ἀκούω.
Δ. Ἀλλήλαις λαλέοντι τεὸν γάμον αἱ κυπάρισσοι.
Κ. Τὠμπέχονον ποίησας ἐμὸν ῥάγος· εἰμὶ δὲ γυμνά.
Δ. Ἄλλην ἀμπεχόνην τῆς σῆς τοι μείζονα δωσῶ.
Κ. Φής μοι πάντα δόμεν, τάχα δ' ὕστερον ὐδ' ἄλλα δοίης.
Δ. Αἴθ' αὐτὰν δυνάμαν καὶ τὰν ψυχὰν ἐπιβάλλειν.
Κ. Ἄρτεμι μὴ νεμέσα· σὺ δὲ τίμας κὠκέτι πισήν.

45 *D.* Veni, vide ut florent meæ proceræ cupressi.
P. Capellæ meæ pascimini, *dum* bubulci opera viso.
D. Tauri bene pascimini, dum nemora virgini ostendo.
P. Quid facis Satyrisce? quid mamillas intus tetigisti?
D. Mala tua primum hæc florescentia cognoscam.
50 *P.* Stupeo per Pana, manum tuam rursum extrahe.
D. Confide chara puella: quid tremis? ut valde timida.
P. Conjicis me in sordes, & vestes pulcras contaminas.
D. At pellem mollem vestibus tuis ecce substerno.
P. Heu, heu, & mitram amovisti. Quare vero solvisti?
55 *D.* Veneri primum hoc ego donum offero.
P. Expecta miser. Forte aliquis supervenit: strepitum audio.
D. Inter se colloquuntur de nuptiis tuis cupressi.
P. Amiculum mihi lacerum feciſti, sumque jam nuda.
D. Aliud amiculum tuo majus tibi dabo.
60 *P.* Ais te mihi omnia daturum: forte postea ne salem *quidem* dederis.
D. Utinam possem ipsam etiam animam tibi immittere.
P. O Diana, ne succense: tua *illa* solitaria non amplius *tibi* fidelis est.

D. Faciam

Δ. Ῥέξω πόρτιν Ἔρωτι, καὶ αὐτᾷ Βῶν Ἀφροδίτᾳ.
Κ. Παρθένος ἔνθα βέβηκα, γυνὴ δ' εἰς οἶκον ἀφέρψω.
Δ. Ἀλλὰ γυνὴ, μήτηρ, τεκέων τροφὸς, ἠκέτι κώρα. 65

Ὡς οἱ μὲν χλοεροῖσιν ἰαινόμενοι μελέεσσιν,
Ἀλλήλοις ψιθύριζον· ἀνίστατο Φώριος ἐυνή.
Χἠ μὲν, ἀνεγρομένη, διέσιχε μᾶλα νομεύειν,
Ὄμμασιν αἰδομένη, κραδίη δέ οἱ ἔνδον ἰάνθη·
Ὃς δ' ἐπὶ ταυρείας ἀγέλας, κεχαρημένος ἐυνᾶς. 70

D. Faciam vitulam Amori, & bovem ipsi Veneri.
P. Virgo huc veni, mulier vero domum redibo.
65 *D.* Imo mulier mater, liberorum nutrix, non amplius puella.
Sic illi florentibus oblectati membris,
Inter se blande susurrabant: Consurgit furtivum cubile.
Ipsaque cum surrexisset, ibat ad oves pascendas,
Oculis pudore suffusis; cor autem illi intus gestiebat:
70 Ille autem ad armenta boum, concubitu lætus, *f.* *abibat.*

ARGUMENTUM

Idyllii XXVIII.

Theocritus ad amicum Niciam, medicum Milesium, quem ante aliquot Idyllîis celebravit, profecturus, uxori ejus Theugenidi, laborioſæ matrifamilias, adfert pro munere hoſpitali colum eburneam. Cui adjungit hoc carmen, quo colum modeſte commendat, & matronæ induſtriam virtutemque celebrat. Eſt igitur argumentum hujus Idyllii οἰκονομικὸν atque ἠθικὸν, & tamen eruditum ac ſuave. Genus carminis eſt choriambicum pentametrum, ſicut illud apud Catullum,

Alphene immemor atque unanimis falſe ſodalibus, &c.
Nec facta impia fallacum hominum cœlicolis placent.

Primam ſedem ſpondæus regulariter occupat; ſecundam choriambus, qui ex prima longa, mediis duabus brevibus, & ultima rurſum longa, conſtat: tertiam & quartam, idem pes obtinet: quinto loco iambus eſt, nam ultima ſyllaba libera cenſetur.

ΗΛΑΚΑΤΑ,

Εἰδύλλιον κή.

Γλαυκᾶς ὦ Φιλέριθ' ἁλακάτα δῶρον Ἀθαναίας,
Γυναιξὶ νόος οἰκωφελέεσσι σὸς ἐπήβολος·
Θαρσεῦς' ἄμμιν ὁμάρτει πόλιν ἐς Νείλεω ἀγλαὰν,
Ὄππα Κύπριδος ἱρὸν καλάμω χλωρὸν ὑφ' ἁπαλῶ.
Τῆδε γὰρ πλόον εὐάνεμον αἰτεύμεθα παῤ Διὸς,
Ὄππως ξεῖνον ἐμὸν τέρψομ' ἰδὼν κἀντιφιλήσομαι,
Νικίαν, Χαρίτων ἱμεροφώνων ἱερὸν φυτόν.
Καί σε τὰν ἐλέφαντος πολυμόχθου γεγενημέναν,

COLUS,

Idyllion XXVIII.

O Colus, amica lanificii, donum glaucæ Minervæ,
Matronarum mens, quæ domum augent, tui eſt compos:
Sequere nos confidenter in illuſtrem urbem Nilei,
Ubi Veneris delubrum viride in rrundineto tenero.
Eo enim navigationem proſperam petimus a Jove,
Ut hoſpitem meum oblectem videns, & viciſſim oblecter,
Niciam, Gratiarum ſuave loquentium ſacram ſtirpem:
Teque ex elaborato ebore factam

Munus

Δῶρον Νικιέας εἰς ἀλόχω χέῤῥας ὀπάσσομεν.
Σὺν τᾷ πολλὰ μὲν ἔργ' ἐκτελέσεις ἀνδρέϊοις πέπλοις,
Πολλὰ δ' οἷα γυναῖκες Φορέοισ' ὑδάτινα βράκη.
Δὶς γὰρ ματέρες ἀρνῶν μαλακȣ̀ς ἐν βοτάνᾳ πόκους
Πέξαιντ' ἀυτοετεὶ, Θευγενίδος γ' εἵνεκ' ἐϋσφύρω.
Οὕτως ἀνυσιεργός· φιλέει δ' ὅσσα σαόφρονες.
Οὐ γὰρ εἰς ἀκιρὼς ȣδ' ἐς ἀεργὼς μὲν ἐβαλλόμαν
Ὀππάσαι σε δόμως, ἁμετέρας εὖσαν ἀπὸ χθονός.
Καὶ γάρ σοι πατρὶς, ἃν ὡξ Ἐφύρας κτίσσε ποτ' Ἀρχίας,
Νάσω Τρινακρίας μυελὸν, ἀνδρῶν δοκίμων πόλιν.
Νῦν μὰν οἶκον ἔχȣσ' ἀνέρος, ὃς πόλλ' ἐδάη σοφὰ
Ἀνθρώποισι νόσȣς φάρμακα λυγρὰς ἀπαλαλκέμεν,
Οἰκήσεις κατὰ Μίλατον ἐραννὰν μετ' Ἰαόνων·
Ὡς ἐυαλάκατος Θευγενὶς ἐν δαμότισιν πέλῃ,
Καὶ οἱ μνᾶστιν ἀεὶ τῶ φιλαοιδῶ παρέχῃς ξένω.
Κεῖνο γάρ τις ἐρείτω, ποτιδών σ', Ἦ μεγάλα χάρις
Δώρῳ ξὺν ὀλίγῳ· πάντα δὲ τιμᾶντα τὰ πὰρ φίλων.

Munus in conjugis Niciæ manus præbebimus.
Cum ea multa opera perficies, ad viriles vestes *pertinentia:*
Multa & ad braccas quas mulieres gerunt, aquatiles.
Bis enim matres agnorum, mollem in pascuis lanam
Tondentur eodem anno, propter Theugenidem pulchris talis.
Adeo illa operosa est, amatque ea quæ amant *matronæ* sapientes.
Neque enim in ignavam aut otiosam decrevi
Te dare domum, existentem ex nostra terra.
Nam tibi patria est ea, quam condidit olim Archias Ephyræus,
Insulæ Trinacriæ pinguem præstantium virorum urbem.
Nunc sane domum tenens viri, qui multa novit salutaria
Remedia ad arcendos ab hominibus tristes morbos,
Habitabis in Mileto amabili inter Ionas;
Ut puchram colum habens Theugenis sit inter populares,
Et illi memoriam hospitis carminum amantis semper renoves.
Hoc enim quispiam dicat, te aspiciens, Certe magna gratia
Exiguo muneri adest: omnia honorem merentur quæ *veniunt* ab amicis.

ARGUMENTUM

Idyllii XXIX.

Querela & expostulatio cum amico, propter inconstantiam in amore; qua nihil crebrius neque vulgarius est in communi vita. Πολυφιλία, *id est, subinde mutare amicos, veteres fastidire & novos amplecti, id olim perinde probrosum atque infame habebatur, ut si qua mulier subinde alios atque alios viros admitteret. Hoc vitium & hic amico suo Theocritus exprobat; atque in fine concludit, eum qui bene audire apud homines honestos velit, non levem neque inconstantem in colendis amicitiis esse oportere. Genus carminis est Dactylicum Pentametrum: prima tamen sede etiam aliquando Trochaus est.*

ΠΑΙΔΙΚΑ,

Εἰδύλλιον κθ'.

Οἶνος, ὦ Φίλε παῖ, λέγεται, καὶ ἀλάθεα·
Κἄμμες χρὴ μεθύοντας ἀλαθέας ἔμμεναι.
Κήγὼ μὲν τὰ φρενῶν ἐρέω κέατ' ἐν μυχῷ·
Οὐχ ὅλας φιλέειν μ' ἐθέλησθ' ἀπὸ καρδίας·
Γινώσκω. τὸ γὰρ ἥμισυ τᾶς ζωΐας ἔχω,
Ζᾷ ταὶν σὰν ἰδέαν, τὸ δὲ λοιπὸν ἀπώλετο.
Χὤταν μὲν σὺ θέλῃς, μακάρεσσιν ἴσαν ἄγω
Ἀμέραν· ὄκκα δὲ μὴ ἐθέλεις τύ, μάλ' ἐν σκότῳ.
Πῶς ταῦθ' ἅρμενα, τὸν φιλέοντ' ἀνίαις διδῶν;

AMORES,

Idyllion XXIX.

Vinum, o care puer dicitur, & Veritas:
Et nos ebrios oportet veraces esse.
Egoque ea dicam quæ in recessu pectoris condita sunt.
Non integro me pectore voluisti amare:
Intelligo. Nam hoc dimidium vitæ *quod* habeo,
Vivit ex tua forma; reliquum interiit.
Et si tu voles, diis immortalibus similem agam
Vitam: sin minus velis, valde in tenebris.
Quomodo hæc congruunt, amantem molestia afficere?

Ἀλλ' εἴ μοι τι πίθοιο, νέος προγενεστέρῳ,
Τῷ καὶ λωΐων αὐτὸς ἔχων ἔμ' ἐπαινέσαις,
Ποίησαι καλιὰν μίαν εἰν ἑνὶ δενδρίῳ,
Ὄππη μηδὲν ἀπίζεται ἄγριον ἑρπετόν.
Νῦν δὲ τῶδε μὲν ἄματος ἄλλον ἔχεις κλάδον,
Ἄλλον δ' αὔριον· ἐξ ἑτέρω δ' ἕτερον ματεῖς.
Κ' αἰ μὲν σεῦ τὸ καλόν τις ἰδὼν εἴθος αἰνέσαι,
Τῶ δ' εὐθὺς πλέον ἢ τριέτης ἐγένευ φίλος·
Τὸν πρᾶτον δὲ Φιλεῦντα, τριταῖον ἐθήκαο.
Ἀνδρῶν τῶν ὑπερηνορέων δοκέεις πνέειν.
Φίλει δ', ὥς κε ζώης, τὸν ὅμοιον ἔχειν ἀεί.
Αἰ γὰρ ὧδε ποῆς, ἀγαθὸς μὲν ἀκούσεαι
Ἐξ ἀστῶν· ὁ δέ τοι ἔρος ὐ χαλεπῶς ἔχοι·
Ὅς ἀνδρῶν φρένας εὐμαρέως ὑποδάμναται,
Κἠμὲ μαλθακὸν ἐξεπόνασε σιδαρέᾳ.
Ἀλλὰ πέριξ ἀπαλῶ τόματός σε πεδέρχομαι.

10 At si mihi obtemperes, juvenis seniori,
Tunc & tibi melius quum sit, me laudaris:
Fac nidum unum una in arbore:
Quo nullum accedat sævum reptile:
Nunc vero hodie alium tenes ramum,
15 Cras alium, alium post alium requiris:
Et quidem aliquis faciem tuam pulchram aspiciens laudaverit:
Hujus statim amicus factus es pluiquam triennis:
Primum vero amantem tertio loco posuisti.
Hominum superborum *more* videris spirare.
20 Ut vero vivas, ama consimilem semper habere.
Si sic feceris, bene audies.
Apud cives, & amor tibi iste non gravis erit;
Qui virorum mentes facile superat,
Et me ex ferreo mollem fecit.
25 Verum circa tenefum os te amplector.

ARGUMENTUM

IDYLLII XXX.

Genus carminis hujus Idyllii est Anacreontion, vocaturque dimidium Iambicum: sunt enim diametra Iambica Catalectica, id est, quibus in fine una syllaba deest. Recipiunt ubique Iambum, prima tamen & secunda sede aliquando Spondeum est. Est autem, sicut in aliis, ita hic quoque, Poëtica imaguncula. Aper interfector Adonidis jussu Veneris ab Amoribus captus adducitur. qui a Venere graviter increpatus, respondet, Se amore Adonidis incensum, cum femur ipsius nudum osculari vellet, incendio amoris victum, infelici casu altius impressisse dentem. Offert igitur se, cum peccaverit, ad perferendum quodvis supplicium, etiam si vivus cremandus sit: praecipue dentes, ut qui cædis instrumentum fuerint, pœnæ devovet. Venus commiseratione mota, ut ipsa amoris non ignara, ignoscit illi, & vincula laxari denique jubet. Sequitur tamen ille deinde Veneris chorum, ut captivus. Hac imagine fortasse significare Poëta voluit: Venerem non tantum in homines, verum etiam in feras bestias imperium obtinere. Etsi in fine cum dentes amatorios exurit aper, hoc videtur indicare voluisse, has flammas sine ordine vagantes, recta ratione refrænandas ac coërcendas esse.

ΕΙΣ ΝΕΚΡΟΝ ΑΔΩΝΙΝ,

Εἰδύλλιον λ'.

Ἄδωνιν ἡ Κυθήρη
Ὡς εἶδε νεκρὸν ἤδη,
Στυγνὰν ἔχοντα χαίταν,
Ὠχρέάν τε τὴν παρειάν,
Ἄγειν τὸν ὗν πρὸς αὑτὴν
Ἔταξε τὼς Ἔρωτας.
Οἱ δ' εὐθέως ποτανοὶ
Πᾶσαν δραμόντες ὕλαν,
Στυγνὸν τὸν ὗν ἀνεῦρον,
Δῆσάν τε κἀπέδησαν.

IN MORTUUM ADONIDEM,

IDYLLION XXX.

Adonidem Cytherea
Ut vidit jam mortuum,
Horridam comam habentem,
Et pallidas genas,
Ducere ad se aprum
Jussit Amores.
Illi vero statim ut volucres
Per omnem currentes sylvam,
Tristem aprum invenerunt,
Ligaveruntque & alligaverunt.

Et

Χὠ μὲν, βρόχῳ καθάψας,
Ἕσυρεν αἰχμάλωτον·
Ὁ δ', ἐξόπισθ' ἐλαύνων,
Ἔτυπτε τοῖσι τόξοις.
Ὁ θὴρ δ' ἔβαινε δειλῶς·
Φοβεῖτο γὰρ Κυθήρην.
Τῷ δ' εἶπεν Ἀφροδίτα·
Πάντων κάκιστε θηρῶν,
Σὺ τόνδε μηρὸν ἧπω;
Σύ μ' τὸν ἄνδρ' ἔτυψας;
Ὁ θὴρ δ' ἔλεξεν ὧδε.
Ὄμνυμί σοι, Κυθήρη,
Αὐτήν σε, καὶ τὸν ἄνδρα,
Καὶ ταῦτά μ' τὰ δεσμὰ,
Καὶ τώσδε τὼς κυναγώς,
Τὸν ἄνδρα τὸν καλόν σευ
Οὐκ ἤθελον πατάξαι·
Ἀλλ' ὡς ἄγαλμ' ἐσεῖδον·
Καὶ μὴ φέρων τὸ κοῦμα,
Γυμνὸν, τὸν εἶχε, μηρὸν
Ἐμαιόμην φιλᾶσαι.
Κ' ἄμμευ κατεσυγνάζευ,
Τέτους λαβοῦσα Κύπρι,
Τέτες κόλαζε, τέμνε
(Τί γὰρ φέρω περισσὸς)
Ἐρωτικὸς ὀδόντας.
Εἰ δ' ἐχί σοι τάδ' ἀρκεῖ,
Καὶ ταῦτ' ἐμοῦ τὰ χείλη.
Τὸν δ' ἠλέησε Κύπρις,
Εἶπέν τε τοῖς Ἔρωσι
Τὰ δεσμά οἱ πιλῦσαι.
Ἐκ τῶ δ' ἐπηκολούθει,
Καὶ ὕλαν οὐκ ἔβαινε,
Καὶ τῷ πυρὶ προσελθὼν
Ἔκαιε τὼς Ἔρωτας.

Et unus fune innectens
Trahebat captivum:
Alter a tergo agens
Percutiebat arcu.
Fera incedebat miserabiliter:
Metuebat enim Venerem.
Huic vero dixit Venus:
Omnium ferarum pessime,
Tune istud femur læsisti?
Tun' meum virum percussisti?
Fera autem sic dixit:
Juro tibi Venus
Per ipsam te, & virum,
Et ista mea vincula,
Et hosce venatores,
Tuum formosum virum
Non volebam ferire;
Sed velut simulacrum aspexi,
Et non ferens *amoris* incendium,
Femur quod illi nudum erat,
Insano furore osculari cupiebam:
Idque mihi nocuit.
Hos igitur accipiens *dentes*, o Venus,
Hos puni, excide.
Quid enim gero supervacaneos
Amatorios dentes?
Et hoc si minus tibi sufficit,
Etiam isthæc mea labra.
Hujus autem misserta est Venus:
Et dixit Amoribus,
Ut vincula illi solverent,
Ex eo tempore *Venerem* sequebatur,
Neque in sylvam rediit:
Et accedens ad ignem,
Exussit amores.

ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ
ΤΟΥ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΟΥ

Επιγράμματα.

α.

Τὰ ῥόδα τὰ δροσόεντα, καὶ ἡ καταπύκνος ἐκείνα
Ἕρπυλλος κεῖται ταῖς Ἑλικωνιάσι·
Τὰ δὲ μελάμφυλλοι δάφναι τὶν, Πύθιε Παιάν·
Δελφὶς ἐπεὶ πέτρα τᾶτό τοι ἀγλαΐσε.
Βωμὸν δ' αἱμάξει κεραὸς τράγος ὅστος ὁ μάχλος,
Τερμίνθω τρώγων ἔσχατον ἀκρέμονα.

ΑΛΛΟ. β'.

Δάφνις ὁ λευκόχρως, ὁ καλᾷ σύριγγι μελίσδων
Βακολικὰς ὕμνους, ἄνθετο Πανὶ τάδε·
Τὰς τρισσὰς δόνακας, τὸ λαγωβόλον, ὀξὺν ἄκοντα,
Νεβρίδα, τὴν πήραν, ᾇ ποκ' ἐμαλοφόρει.

THEOCRITI
SYRACUSII

Epigrammata.

I.

Rosæ illæ roscidæ, & densum illud
Serpyllum dicatum est Heliconiadibus [Musis:]
At nigra folia habentes lauri tibi,
o Pythie Apollo:
Delphica enim petra his te ornavit
Aram autem cruentabit cornutus
iste villosus,
Terebinthi comedens ultimum
ramum.

ALIUD. 2.

Daphnis ille candidus, ille qui pulchra fistula modulabatur
Bucolicos hymnos, hæc dedicavit
Pani:
Tres tibias, pedum, acutum jaculum,
Pellem cervinam, & peram qua
olim poma ferebat.

ALIUD

ΑΛΛΟ. γ'.

Εὕδεις Φυλλοστρώτι πέδῳ Δάφνι, σῶμα κεκμακὸς
Ἀμπαύων· σταλικες δ' ἀρτιπαγεῖς ἀν' ὄρη.
Ἀγρεύει δέ τυ Πὰν, καὶ ὁ τὸν κροκόεντα Πρίηπος
Κισσὸν ἐφ' ἱμερτῷ κρατὶ καθαπτόμενος,
Ἀντρον ἔσω στείχοντες ὁμόφρονες. ἀλλὰ τὺ φεῦγε,
Φεῦγε μεθεὶς ὕπνῳ κῶμα καταγρόμενον.

ALIUD. 3.

Dormis in ſolo foliis conſtrato, o Daphni, corpus defeſſum
Quieti dans: at furculæ nuper compactæ [ſunt] in montibus.
Venatur te Pan, & Priapus qui croceam
Hederam pulchro capiti circumligatam habet,
Antrum ingredientes unanimes. Verum tu fuge,
Fuge (inquam) deſerens ſomni ſoporem nutantem.

ΑΛΛΟ. δ'.

Τήναν τὰν λαύραν, τὼς αἱ δρύες, αἰπόλε, κάμψας,
Σύκινον εὑρήσεις ἀρτιγλυφὲς ξόανον,
Τρισκελὲς, αὐτόφλοιον, ἀνέατον· ἀλλὰ Φάλητι
Παιδογόνῳ δυνατὸν Κύπριδος ἔργα τελεῖν.
Σακὸς δ' εὖ ἱερὸς περιδέδρομεν· ἀέναον δὲ
Ῥεῖθρον ἀπὸ σπιλάδων πάντοσε τηλεθάει
Δάφναις καὶ μύρτοισι καὶ εὐώδει κυπαρίσσῳ·
Ἔνθα πέριξ κέχυται βοτρυόπαις ἕλικι
Ἄμπελος. εἰαρινοὶ δὲ λιγυφθόγγοισιν ἀοιδαῖς
Κόσσυφοι ἀχεῦσιν ποικιλότραυλα μέλη·

ALIUD. 4.

Per illum vicum, ubi quercus [ſunt] o capratie, deflectens,
Ficulneam invenies recens ſculptam ſtatuam,
Tripedem, cum ipſo cortice, ſine auribus: ſed Priapo
Generatori poſſibile [eſt] Veneris opera perficere.
Ædes autem ſacra pulchre circumcurrit, & perenne
Fluentum e ſaxis undique viret
Lauris & myrtis, & odorata cupreſſo;
Ubi circumcirca diffuſa eſt racemoſa cum capreolis
Vitis: vernæ autem ſtridulis cantibus
Merulæ modulantur varie ſonora carmina;

Flavæ

Ξυθαὶ ἀηδονίδες μινυρίσμασιν ἀντιαχεῦσι,
Μέλπεσθαι τόμασιν τὰν μελίγηρυν ὄπα.
Ἔξεο δὴ τηνεὶ, καὶ τῷ χαρίεντι Πριήπῳ
Εὔχεο ἀποστέρξαι τὰς Δάφνιδός με πόθους·
Κἠυθὺς ἐπιρρέξειν χίμαρον καλόν. ἢν δ' ἀνανεύσῃ, 15
Τᾶδε τυχὼν ἐθέλω τρισσοθύην τελέσαι.
Ῥέξω γὰρ δαμάλαν, λάσιον τράγον, ἄρνα, τὸν ἴσχω
Σακίταν· αἴοι δ' εὐμενέως ὁ θεός.

ΑΛΛΟ. 6.

Λῆς ποτὶ τᾶν νυμφᾶν διδύμοις αὐλοῖσιν ἀείσαι
Ἀδύ τι μοι; κἠγὼν παντὶδ' ἀειράμενος
Ταξεῦμαί τι πρέκειν· ὁ δὲ βουκόλος ἄμμιγα θελξεῖ
Δάφνις, καροδέτῳ πνεύματι μελπόμενος.
Ἐγγὺς δὲ στάντες λασιαύχενος ἄντρα ὄπιθεν,
Πᾶνα τὸν αἰγιβάταν ὀρφανίσωμες ὕπνω.

ΑΛΛΟ. 5.

Ἄ δείλαιε τὺ Θύρσι, τί τὸ πλέον εἰ καταταξεῖς
Δάκρυσι διγλήνως ὤπας ὀδυρόμενος;

Flavæ luscinïæ sibilis ex adverso canunt,
Cantantes gutture suaviſſimum ſonum.
Sede igitur illic, & amabilem Priapum
Precare ut ego poſſim renuntiare Daphnidis amoribus:
Et mox ſacrificaturum me *dic* pulchrum caprum: at ſi abnuerit,
Hoc adeptus volo tres hoſtias offerre
Sacrificabo enim juvencam, hirſutum hircum, agnum quem habeo
Stabularium: audiat autem benevole Deus,

A-LIUD. 5.

Viſne, per nymphas, duplicibus tibiis cantare
Suave aliquid mihi? & ego pectidem ſumens
Incipiam aliquid ſonare: bubulcus autem ſimul oblectabit
Daphnis, cera compacto ſpiritu [i. fiſtula] modulans.
Stantes vero prope hirſutam quercum poſt antrum,
Pana caprarium privaverimus ſomno.

ALIUD. 6.

Ah miſer tu Thyrſi: quid proderit ſi contabeſacias
Lacrymis geminos oculos lugendo?

abiit

Οἴχεται ἡ χίμαιρος, τὸ καλὸν τέκος, οἴχετ' ἐς ᾅδαν·
Τραχὺς γὰρ χαλαῖς ἀμφεπίαξε λύκος·
Αἱ δὲ κύνες κλαγγεῦντι· τί τὸ πλέον, ἀνίκα τήνας
Οστέον, ἠδὲ τέφρα λείπεται οἰχομένας;

ΕΙΣ ΑΓΑΛΜΑ ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ. ζ.

Ἦλθε καὶ ἐς Μίλητον ὁ τῦ Παιήονος υἱὸς,
Ἰητῆρι νόσων ἀνδρὶ συνεσσόμενος
Νικίᾳ· ὅς μιν ἐπ' ἦμαρ ἀεὶ θυέεσσιν ἱκνεῖται,
Καὶ τόδ' ἀπ' εὐώδες γλύψατ' ἄγαλμα κέδρῳ,
Ἠετίωνι χάριν γλαφυρᾶς χερὸς ἄκρον ὑποσὰς
Μισθόν· ὁ δ' εἰς ἔργον πᾶσαν ἀφῆκε τέχνην.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ ΟΡΘΩΝΟΣ. η.

Ξεῖνε, Συρηκόσιός τοι ἀνὴρ τόδ' ἐφίεται Ὄρθων,
Χειμερίης μεθύων μηδαμὰ νυκτὸς ἴοις.
Καὶ γὰρ ἐγὼ τοιῦτον ἔχω πότμον· ἀντὶ δὲ πολλᾶς
Πατρίδος ὀθνείην κεῖμαι ἐφεσσάμενος.

ΑΛΛΟ. θ.

Ἄνθρωπε, ζωῆς περιφείδεο, μηδὲ παρ' ὥρην
Ναυτίλος ἴδῃ· ὡς ἡ πολὺς ἀνδρὶ βίος. *

Abiit capella, præclara soboles, abiit ad inferos.
Nam durus ungulis (eam) comprehendit lupus:
Canes vero clamant: quid prodest, quum illius
Nec os (quidem) neque cinis relictus sit abeuntis?

In STATUAM ÆSCULAPII. 7.

Venit & Miletum Pæonis filius,
Cum viro sanatore morborum conversaturus
Nicia: qui ipsum quotidie semper sacrificiis adiit,
Et illud ex odorata sculpsit (ei) simulacrum cedro,
Eetioni propter scitam manum magnum pollicitus
Præmium: ille vero ad opus omne sum contulit artificium.

EPITAPHIUM ORTHONIS. 8.

Hospes, Syracusanus vir Orthon hoc tibi præcipit,
Hyberna nocte ebrius ne iter facias.
Nam ego talem habeo interitum: & pro magna
Patria (mea) peregrina (terra) jaceo coopertus.

ALIUD. 9.

O homo, vitæ parce, neque præter anni tempus
Nauta sis: quia non est magna homini vita.

* Reliqua hujus epigrammatis v. in fine hujus editionis, p. 295.

Εις ΑΓΑΛΜΑ ΜΟΥΣΩΝ. ι.

Ὑμῖν τᾶτο, θεαὶ, κεχαρισμένον ἐννέα πάσαις
Τῶγαλμα Ξενοκλῆς θῆκε τὸ μαρμάρεον,
Μᾶσικός· ἀχ ἕτέρως τις ἐρεῖ· σοφίη δ' ἐπὶ τῇδε
Αἶνον ἔχων, Μᾶσέων ἐκ ἐπιλανθάνεται.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ ΕΥΣΘΕΝΟΥΣ
τᾶ φυσιογνώμονος. ια.

Εὐθενέος τὸ μνᾶμα· Φυσιγνώμων ὁ σοφιςὴς,
Δεινὸς ἀπ' ὀφθαλμᾶ καὶ τὸ νόημα μαθεῖν.
Εὖ μιν ἔθαψαν ἑταῖροι ἐπὶ ξείνης ξένον ὄντα·
Χύμνοθέτης αὐτοῖς δαιμονίως φίλος ἦν.
Πάντων, ὧν ἐπέοικεν, ἔχει τεθναὼς ὁ σοφιςὴς,
Καί περ ἄκικυς ἐών· εἶχ' ἄρα κηδεμόνας.

Εις ΤΡΙΠΟΔΑ ΤΩ ΔΙΟΝΥΣΩ,
ἀπὸ Δημοτέλους. κβ'.

Δαμοτέλης ὁ χορηγὸς, ὁ τὸν τρίποδ', ὦ Διόνυσε,
Καί σε τὸν ἥδιςον θεῶν μακάρων ἀνέθηκε,
Μέτριος ἦν ἐν παισὶ· χορῷ δ' ἐκτήσατο νίκην
Ἀνδρῶν, καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ πρεσῆκον ὁρῶν.

In SIMULACRVM MVSARVM. 10.

Vobis hoc, o deæ, gratum novem omnibus
Simulacrum Xenocles erexit marmoreum,
Muſicus: non aliter quiſpiam dicet: & propter hanc ſcientiam
Laudem habens, Muſarum non obliviſcitur.

EPITAPHIVM EVSTHENIS *phyſiognomonis.* 11.

Euſthenis hoc (eſt) monumentum: phyſiognomon (eſt) philoſophus,
Peritus ex oculo mentem etiam cognoſcere.
Honeſte ipſum ſepelierunt ſocii in peregrina (terra) peregrinum exiſtentem:
Et poëta ipſis mire gratus erat.
Omnia quæ par eſt habet mortuus philoſophus,
Quamvis nihil virium habens: habuit ergo qui curam ſui gererent.

In TRIPODEM BACCHO *dedicatum nomine Demotelis.* 12.

Demoteles choragus, qui tripodem, o Bacche,
Et te jucundiſſimum deorum beatorum conſecravit,
Moderatus erat in omnibus: in choréa vero obtinuit victoriam
Virorum, & quod pulchrum & quod decens (eſt) videns.

In

Εις ΑΓΑΛΜΑ τῆς ἐρανίας Αφροδίτης. ιγ'.

Ἡ Κύπρις ἡ πάνδημος. ἱλάσκεο τὴν θεὸν εἰπὼν
Οὐρανίαν, ἁγνᾶς ἄνθεμα Χρυσογόνας
Οἴκῳ ἐν Αμφικλέος, ᾧ καὶ τέκνα καὶ βίον εἶχε
Ξυνόν· ἀεὶ δέ σφιν λώϊον εἰς ἔτος ἦν
Ἐκ σέθεν ἀρχομένοις, ὦ πότνια· κηδόμενοι γὰρ
Αθανάτων αὐτοὶ πλεῖον ἔχουσι βροτοί.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ ΕΥΡΥΜΕΔΟΝΤΟΣ. ιδ'.

Νήπιον υἱὸν ἔλειπες, ἐν ἡλικίᾳ δὲ καὶ αὐτὸς,
Εὐρύμεδον, τύμβε τῶδε θανὼν ἔτυχες.
Σοὶ μὲν ἕδρα θείοισι μετ' ἀνδράσι· τὸν δὲ πολῖται
Τιμασεῦντι, πατρὸς μνώμενοι ὡς ἀγαθῦ.

ΕΙΣ ΤΟ ΑΥΤΟ. ιε'.

Γνώσομαι εἴ τι νέμεις ἀγαθοῖς πλέον, ἢ καὶ ὁ δειλὸς
Ἐκ σέθεν ὡσαύτως ἶσον, ὁδοιπόρ, ἔχει.
Χαιρέτω ἔτος ὁ τύμβος, ἐρεῖς· ἐπεὶ Εὐρυμέδοντος
Κεῖται τῆς ἱερῆς κεφος ὑπὲρ κεφαλῆς.

In SIMULACRUM *cœlestis Veneris*, 13.

Venus ista non (est) vulgaris: propitiam redde deam, vocans [eam]
Cœlestem, castæ donarium Chrysogonæ
In domo Amphiclis, cum quo & liberos & vitam habuit
Communem: semper autem ipsis melius quotannis erat
A te incipientibus, o veneranda: nam dum curant
Immortales, ipsi plus habent mortales.

EPITAPHIUM EURYMEDONTIS, 14.

Parvulum filium reliquisti; & tu ipse etiam in flore ætatis,
O Eurymedon, hoc sepulcrum mortuus obtinuisti.
Tibi quidem sedes (est) inter divinos viros; hunc autem cives
Honorabunt, patris memores utpote boni.

In IDEM, 15.

Cognoscam siquid amplius bonis (viris) tribuas, an etiam improbus
A te, o viator, itidem æqualem habet (honorem.)
Salveat iste tumulus, inquies: nam Eurymedontis
Jacet sacrum levis super caput.

Εις ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ ΑΝΔΡΙΑΝΤΑ. ις'.

Θᾶσαι τὸν ἀνδριάντα τῦτον, ὦ ξένε,
Σπεδᾷ, καὶ λέγ', ἐπὰν ἐς οἶκον ἔνθης,
Ανακρέοντος εἰκόν' εἶδον ἐν Τέῳ,
Τῶν πρόθ' εἴ τι περισσὸν ὠδοποιῶν.
Προθεὶς δὲ χὤτι τοῖς νέοισιν ἄδετο,
Ερεῖς ἀτρεκέως ὅλον τὸν ἄνδρα.

Εις ΕΠΙΧΑΡΜΟΝ. ιζ'.

Ἅ τε Φωνὰ Δώριος, χὠνὴρ ὁ τὰν κωμῳδίαν
Εὑρὼν Επίχαρμος.
Ὦ Βάκχε, χάλκεόν νιν ἀντ' ἀλαθινᾶ
Τὶν ὧδ' ἀνέθηκαν
Τοὶ Συρακόσσαις ἐνίδρυνται, πέλωρι σᾷ πόλει,
Οἳ ἀνδρὶ πολίτᾳ,
(Σωρὸν γὰρ εἶχε χρημάτων) μεμναμένοι
Τελεῖν ἐπίχειρα.
Πολλὰ γὰρ ποττὰν ζωὰν τοῖς παισὶν εἶχε χρήσιμα·
Μεγάλα χάρις αὐτῷ.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ ΚΛΕΙΤΑΣ, τροφῦ Μηδέω. ιή.

Ὁ μικκὸς τοδ' ἔτευξε τᾷ Θρειΐσσᾳ

In ANACREONTIS *ſtatuam*. 16.
Contemplare ſtatuam hanc o hoſpes
Diligenter, & dic, quum domum redieris,
Anacreontis ſimulacrum vidi in Teo,
(Excellentis) ſiquid antiquorum poëtarum præſtans fuit.
Addens vero quod juvenibus delectabatur,
Dices vere totum virum.
In EPICHARMUM. 17.
Et vox Dorica (eſt) & vir qui comœdiam
Invenit (eſt) Epicharmus.
O Bacche, æneum ipſum pro vero
Tibi hic dicarunt:
Quem Syracuſis collocarunt in prægrandi civitate,
Ut virum civem [decet.]
Acervum enim habebat rerum utilium iis qui memores erant
Rependere mercedem.
Multa enim ad vitam pueros docuit utilia:
Magna gratia illi [habenda eſt.]
EPITAPHIUM CLITAE, *nutricis Medei*, 18.
Parvulus iſtud ſtruxit Threiſſæ Medeus

Μήδειος τὸ μνᾶμ' ἐπὶ τᾷ ὁδῷ, κἠπέγραψε Κλείτας.
Ἐξεῖ τὴν χάριν ἡ γυνὴ ἀντὶ τήνων,
Ὧν τὸν κῦρον ἔθρεψ'· ἔτι μὴν ἔτι χρησίμη καλεῖται.

Εἰς ΑΡΧΙΛΟΧΟΝ. ιθ'.

Ἀρχίλοχον καὶ τᾶθι καὶ εἴσιδε τὸν πάλαι ποιητάν
Τὸν τῶν ἰαμβῶν· ὃ τὸ μυρίον κλέος
Διῆλθε κἠπὶ νύκτα καὶ πρὸς αὦ.
Ἦ ῥά μιν αἱ Μοῦσαι καὶ ὁ Δάλιος ἠγάπευν Ἀπόλλων,
Ὡς ἐμμελής τ' ἔγεντο καὐπιδέξιος
Ἐπεά τε ποιεῖν, πρὸς λύραν τ' ἀείδειν.

Εἰς ΑΝΔΡΙΑΝΤΑ ΠΕΙΣΑΝΔΡΟΥ, τῶ τ�ὰν Ἡράκλειαν ποιήσαντος. κ'.

Τὸν τῶ Ζανὸς ὅδ' ὕμιν υἱὸν αἰνῆ,
Τὸν λεοντομάχαν, τὸν ὀξύχειρα,
Πρῶτος τῶν ἐπαίνωθε μεσοποιῶν
Πείσανδρος ξυνέγραψεν ὠκ Καμείρᾳ,
Χὤσσες ἐξεπόνασεν εἶπ' ἀέθλες.
Τῦτον δ' αὐτὸν ὁ δᾶμος (ὡς σάφ' εἰδῆς)
Ἔσασ' ἐνθάδε, χάλκεον ποιήσας,
Πολλοῖς μασὶν ὄπιθε κηνιαυτοῖς.

Medeus monumentum in via, & inscripsit Clitæ.
Habebit gratiam mulier pro eo
Quod puerum nutrivit: adhuc nempe adhuc utilis vocatur.

In ARCHILOCHUM. 19.

Consiste, & Archilochum aspice, veterem poëtam,
Iambographum, cujus celeberrima fama
Permanavit & ad occidentem & ad orientem.
Certe ipsum Musæ & Delius Apollo amaverunt:
Adeo exactus erat ac dexter
Carminaque componendo, et ad lyram cantando.

In STATUAM PISANDRI, *qui Herculeam carmine scripsit.* 20.

Jovis iste vobis filium vir,
Eum qui cum leone pugnavit, promptum manu,
Primus superiorum poëtarum
Pisander conscripsit [oriundus] ex Camiro,
Et quotquot laborando confecit, recensuit labores.
Hunc vero ipsum populus (ut certe scias)
Collocavit hic, æneum quum fecisset,
Multis mensibus postea & annis.

In

ΕΙΣ ΙΠΠΩΝΑΚΤΑ. κα.

Ὁ μισοπονὸς ἐνθάδ' Ἱππώναξ κεῖται.
Εἰ μὲν πονηρὸς, μὴ ποτέρχευ τῷ τύμβῳ·
Εἰ δ' ἐσσὶ κρήγυός τε καὶ παρὰ χρηστῶν,
Θαρσέων καθίζευ· κἢν θέλῃς, ἀπόβριζον.

ΤΕ ΑΥΤΟΥ εἰς τὴν ἑαυτῦ βίβλον. κβ'.

Ἄλλος ὁ Χῖος· ἐγὼ δὲ Θεόκριτος, ὃς τάδε γράψα,
Εἶς ἀπὸ τῶν πολλῶν ἐμὶ Συρηκοσίων,
Υἱὸς Πραξαγόραο περικλειτῆς τε Φιλίνης·
Μῶσαν δ' ὀθνείην ἔποτ' ἐφελκυσάμην.

In Hipponactem. 21.
Poëta hic Hipponax jacet:
Si quidem improbus es, ne accedas sepulchrum:
Sin autem es bonus, & ex probis (natus,)
Confidens sede; &, si volueris, dormi.

Eiusdem *in suum ipsius librum.* 22.
Alius est (Theocritus) Chius: ego autem Theocritus qui hæc scripsi,
Unus ex plebe sum Syracusana,
Filius Praxagoræ inclytæque Philinæ:
Musam verò alienam nunquam attraxi.

Carmina quædam hactenus desiderata, ad finem Παιδικῶν, *sumta ex notis Is. Casauboni ad Diogenem Laërtium.*

Ἀλλὰ πέριξ μ' ὀνάσθην, ὅτι πέρυσιν ἤθα νεώτερος,
Χὤτι γηραλέοι πέλομες πρὶν ἀποπτύσαι,
Καὶ ῥυσσοί, νεόταται γ' ἔχειν παλινάγρετον
Οὐκ ἔστι· πτέρυγας γὰρ ἐπωμαδίας Φορεῖ·
Κἄμμες βαρδύτεροι τὰ ποτήμενα συλλαβεῖν.
Ταῦτα χρὴ νοέοντα πέλειν ποτιμώτερον,
Καί μοι τωὐραμένῳ συνεραῖν ἀδόλως σέθεν,
Ὅπως ἀνίκα τὰν γένυν ἀνδρείαν ἔχῃς,

Ἀλλά-

Ἀλλάλοισι πελώμεθ' Ἀχιλλῆϊοι φίλοι.
Αἱ δὲ ταῦτά γε φέρειν ἀνέμοισιν ἐπιτρέπεις,
Ἐν θυμῷ δὲ λέγεις, Τί με δαιμόνι ἐνοχλεῖς;
Νῦν μὲν δὴ κήπι τὰ χρύσεα μᾶλ' ἔνεκεν σέθεν
Βαίην, καὶ φύλακον νεκύων πέδα Κέρβερον.
Τόκα δ', ὅδε καλεῦντος ἐπ' αὐλείαις θύραις
Προμόλοιμί κε, παυσάμενος χαλεπῶ πόθω.

Epigramma Theocriti, cujus initium supra p. 289. numero nono legitur, integrum ex J. G. Grævii Comment. ad Hesiodi Oper. et Dier. versum 619 cujus hæc sunt verba: „Quam periculosi sint circa occasum Plejadum cursus maritimi, insigni exemplo ostendit Theocritus in epigrammate in Cleonicum, qui circa occasum Plejadum in mari periit. Hujus epigrammatis quatuor versus nunc primi edimus ex codice Palatino veterrimo, quem Fridericus Sylburgius contulit cum Anthologia; in qua, ut in Theocriti editionibus, prius solum distichon extat.

Ἄνθρωπε ζωῆς περιφείδεο, μηδὲ παρ' ὥρην
Ναυτίλος ἴθι, ὡς ὀλίγος ἀνδρὶ βίος.
Δειλαῖε Κλεόνικε, σὺ δ' εἰς λιπαρὴν Θάσον ἐλθεῖν
Ἠπείγευ κοίλης ἔμπορος ἐκ Συρίης.
Ἔμπορος, ὦ Κλεόνικε, δύσιν δ' ὑπὸ Πλειάδος αὐτὴν
Ποντοπόρος ναύτης Πλειάδι συγκατέβης.

Homo, parce vitæ, neque tempore alieno
Naviga; quia vita hominis est brevis.
Miser Cleonice, tu in opimam Thasum venire
Properasti, mercator e Cœlesyria.
Mercator, Cleonice, sub ipsum Plejadis occasum
Mare-transiens nauta cum Plejade simul occidisti.

Fragmen-

Fragmentum ex Berenice Theocriti, ſervatum ab Athenaeo, L. VII. p. 284.

Καί τις ἀνὴρ αἰτεῖται ἐπαγροσύνην τε καὶ ὄλβον
Ἐξ ἁλὸς, ᾧ ζώει, τὰ δὲ δίκτυα κείνῳ ἄροτρα·
Σφάζων ἀκρόνυχος ταύτῃ θεῷ ἱερὸν ἰχθῦν,
Ὃν λευκὸν καλέσσιν, (ὁ γὰρ ἱερώτατος ἄλλων,)
Καί κε λινᾶ σήσαιτο καὶ ἐξερύσαιτο θαλάσσης
Ἔμπλεα.

Et ſi quis precibus flagitat (ab hac Dea Berenice puta) felicem captūram & copias
E mari, unde victitat, quippe cui retia loco ſunt aratrorum,
Mactando, non ferro, ſed ſummis unguibus, illo piſce, quem, huic Deae ſacrum,
Leucum appellant, (namque is ef Deae præ aliis piſcibus omnibus conſecratus eſt, ut ſacerrimus,)
Tum ille retia, licet, conſtituat, eaque e mari retrahat
Plena piſcibus.

Quod epigramma in vulgaribus editionibus Anthologiæ (p. 28. H.St.) adſcribitur Leonidae, in trapezitam Caicum (l. 1. c. 21. fine.) et incipit ἀσοῖς καὶ ξείνοισιν ἴσον νέμει ἅδε τράπεζα *id in editione principe, a Conſtantino Laſcari curata, Theocrito adſcribitur hunc in modum.* Θεοκρίτου ἐπίγραμμα ὡς εὕρηται ἔν τινι ἀρχαιοτάτῳ ἀντιγράφῳ Παύλου τοῦ Βυκάρεω ἐν Πατραβίῳ. *hac verba exemplo Anthologiæ, quod in Bibl. Senatus Lipſienſis ſervatur, adſcripſerat neſcio quis.*

THEOCRITI

RELIQVIAE

VTROQVE SERMONE

CVM SCHOLIIS GRAECIS

ET COMMENTARIIS INTEGRIS

HENRICI STEPHANI, IOSEPHI SCALIGERI

ET

ISACI CASAVBONI.

CVRAVIT HANC EDITIONEM

GRAECA AD OPTIMOS CODICES EMENDAVIT

LIBRVM ANIMADVERSIONVM

INDICEMQVE VERBORVM THEOCRITEORVM

ADDIDIT

IO. IACOBVS REISKE.

TOMVS SECVNDVS.

VIENNAE ET LIPSIAE

SVMTVS EROGAVIT IO. FRID. IAHN

MDCCLXVI.

THEOCRITI

VIRO

NOBILI ATQVE ILLVSTRI

GERARDO MEERMANNO

EQVITI

REIP. ROTERODAMENSIS CONSILIARIO ET SYNDICO, SOCIETATIS REGIAE LONDINENSIS AC GOETTINGENSIS, ITEMQVE ANTIQVARIORVM APVD ANGLOS, AC LATINAE IENENSIS, SOCIO

ET

VIRIS

CELEBERRIMIS ATQVE ERVDITISSIMIS

CASPARO LVDOVICO VALKENARIO

LITERARVM HVMANIORVM APVD FRANEKERANOS PROFESSORI

ITEM

ABRAHAMO GRONOVIO

BIBLIOTH. VNIVERSIT. LEIDANAE PRAEFECTO

S. P. D.

ET

THEOCRITEVM HOC ALTERVM VOLVMEN

D. D. D.

IO. IACOBVS REISKE.

GERARDO MEERMANNO

ET

GUILIELMO VINIO

CASPARO LUDOVICO VALKENARIO

Studium erga VOS meam, VIRI AMPLISSIMI ATQVE CELEBERRIMI, publice declarare cum dudum gestierit animus, non possum non vehementer laetari, eius rei locum mihi nunc datum esse. Non enim possum, neque fas est, recurrentem identidem atque ingerentem sese Leidae *recordationem animo expellere, quae suavissima Musarum sedes, VESTRA,* GRONOVI *et* MEERMANNE, *patria, TIBIque,* VALKENARI, *communis mecum alma nutrix, nos aliquot per annos coniunctos animisque studiisque habuit, et TE,* VALKENARI, *quod, cum haec ipsa literis mando, audio, doctorem brevi habebit, discipulum et successorem magni nostri communis magistri. Qua de re TIBIque et Leidae maiorem in modum congratulor. Annus ad fi-*

nem vergit octavus a decimo, ex quo terris VESTRIS exceſſi, invitus, ita me Deus amet, atque reluctans, ut ſi filius matris amans ab amplexibus matris propitiae, ad quam rediturum ſe plane deſperet, avellatur, ſed fatis reflantibus impar, et velut praeſentiens malorum, quae me domi exceperunt. Tam inſigniter Leida de me eſt merita, Leida, quam quoties cogito, toties ſentio mentem velut commoveri et exſultare, ut facere non poſſim, quin iterum atque iterum, pro re nata, ſenſum hunc praecordiis penitus infixum pietatis meae erga caram matrem publice ſignificem, teſterque, haud paucos a me ſoles candidos in illa VESTRA beata Batavia, ſed Leidae inprimis, in ſtudiis literarum et in conſuetudine amicorum literatiſſimorum conditos eſſe, quorum amicorum alii ſeniores exemplis praeceptisque me regerent, alii iuniores, aequales mei, aemulatione me accenderent. Quo factum eſt, ut magnam adoleſcentiae partem ita iucundam peregerim, ut memoriam huius aetatis meae cum vita ipſa depoſiturus, aut, ut rectius dicam, cum conſcientia mei in beatas illas ſedes mentium a moleſtiis terreſtribus liberatarum illaturus mihi videar. Saepe occurrit optare, id quod etiam praeſtabat eveniſſe, ſi per fata licuiſſet, ut aut nunquam adiſſem Ba-

taviam,

taviam, aut in ea ſedes fortunarum mearum ſtabiles inveniſſem, vitaeque fabulam peregiſſem. Sed ſecus cecidit, ut ferendum ſit deſiderium, quod Batavia ſui penes me reliquit acerrimum, praeſertim, cum ea me domi tempora exceperint, quae deſiderii illius aculeos non tantum non retunderent, ſed vel magis etiam acuerent. Ingratus ſim et plane excors, ſi obliviſci poſſim illius urbis, quae, ut caetera eius ornamenta taceam, quae ſunt numeroque plurima, et pondere graviſſima, peregrinum me fortunisque nudatum omnibus, benigna veluti quaedam mater ſinu ſuo exceperit, per octennium aluerit atque foverit, diſceſſumque parantem, non ſine viatico, ſed illis artibus inſtructum, eoque titulo gratuito decoratum a ſe dimiſerit, quae vitae non obſcurae degendae, et quaeſtui mediocri faciendo ſufficerent. Artes Leida retuli illas, quibus exercendis, et ore calamoque tradendis hoc ſum conſecutus, ut et victus neceſſarii, quod ſatis ſit, et famae, quod non poeniteat, mihi pararem, et rempublicam literariam, pro ingenii mei mediocritate, ornarem iis monumentis, quae cum huic aetati non omnino diſplicerent, tum ſpem quoque facerent haud improbabilem, fore, ut poſteris quoque nonnullo videantur loco habenda. Longum poſſim edere ordi-

ordinem nominum clariſſimorum, quos Leidae magiſtros et rectores adoleſcentiae meae habui, SCHVLTENSIOS, HEMSTERHVSIOS, BVRMANNOS, HAVERCAMPOS, DORVILLIOS, ALBINOS, GAVBIOS, ROYENOS, MVSCHENBRVCKIOS. *Paſſim alios addere, aequales paene meos, quorum conſuetudine ardor meus diſcendi et inclareſcendi nutritus et excitatus eſt,* SCHVLTENSIVM, *dignum magno patre filium,* HOLLEBEEKVM, RVHNKENIVM, BERNARDVM, *medicum Amſtelodamenſem,* RÖVERVM, LALLEMANDVM, ASKEWVM, KEMPERVM, *ut alios taceam, quos poſteaquam habui in artis medicae diſciplina commilitones, habet nunc Anglia, Helvetia, Germania, Pruſſia, dextros et felices Aſclepiadas. Sed VOS inprimis, VIRI CLARISSIMI, ad quos hunc libellum mitto, earum me artium amore impleviſtis, quae poſt diſceſſum a VOBIS meum, omnem meam aetatem occupatam et exercitam habuerunt, et habebunt. Auctoritas TVA,* GRONOVI, *curſum ſtudiorum meorum iuvenilium rexit, VESTRA,* MEERMANNE *atque* VALKENARI, *exempla, adhortatio, familiaritas ſtimulavit. Tametſi temporum inſecutorum varia et adverſa, locorumque, quibus dividimur, immania intervalla, noſtrum conſortium crebris interpellationibus diſtinxere,*

xere; certus tamen sum constantis VESTRAE *erga me voluntatis, quam documentis haud dubiis planam mihi testatamque feciſtis, et laudes* VESTRAS *literarias, quae ita neminem fugiunt, ut praedicationem meam nullam desiderent, nil minus absens, quam si praesens essem, summi facio.*

Sed sunt alia praeterea, quae me, ut secundum hoc Theocriti, qualicunque meo studio expoliti, volumen clarissimis VESTRIS *nominibus inscriberem, impellerent. E bibliotheca TVA,* GRONOVI *Humanissime, quae libris TVISque et patriis, et avitis adeo, est instructissima, collationes codicum Theocriti mediceorum ultro ad me misisti; quae res huic editioni decoris et commendationis haud parum attulit. TV autem,* VALKENARI *Doctissime, edenda illa admirabili epistola ad* MATTHIAM RÖVERVM, *I. C. virum literis magis, quam splendore generis, quod ei antiquissimum et nobilissimum contigit, excellentem, ita praeclare Theocritum ornasti, ut, secundum Casaubonum, ad hoc diei nemo magis. TVO itaque iudicio meas ad Syracusanum poetam commentationes, quas subitarias et ex tempore natas esse, TE meminisse velim, submitto.*

Quod

Quod cum facio, auctor TIBI *sum, maioremque in modum* TE *hortor, ut eas ad limam iudicii* TVI, *quod acerrimum, et veri aequique tenacissimum est, revoces, poetaeque huic, quem in sinu et in oculis fers, facem doctrinarum* TVARVM *clarissimam admoveas. Praesagit mens, fore, ut novae Theocriti editioni, quam apud VOS e schedis Dorvillianis parari audio, novum a* TE, VALKENARI *Literatissime, lumen accendatur, eaque in re* TV TVVM *ipse exemplum, in Herodoto nuper propositum, imiteris, et vel superes etiam.*

Theocrito TV *quidem,* MEERMANNE, *VIR ILLVSTRIS, proprium nil contulisti; sunt tamen laudes* TVAE *reliquae tam uberes et tam excellentes, quae se non patiantur hoc loco silentio premi. Quarum laudum magnitudo et ingens numerus, et latissime pervagata fama, tametsi ingenii mei mediocritatem excedit, et orationis ieiunitatem aspernatur, non possum tamen facere, quin unam saltim commemorem, illam* TVAM *erga literatos munificentiam, qua Lucullos, Peirescios, Dorvillios, imitaris et refers. Bibliothecam non condidisti modo lectissimam, et locupletissimam, et libris praestantissimis*

inven-

inventuque rariſſimis mirifice refe rtam, ſed aperuiſti quoque laudabili facilitate literarum ſtudioſis, ut ſperandum ſit, brevi fore, ut ex ea monumenta literarum prodeant, quae nomen TVVM immortalitati conſecratum per omnes terrarum partes differant. Acceſſit interea, dum haec literis conſigno, novum TVAE erga me voluntatis pignus, et novum nomen, quo TIBI obſtrictus teneor. Munus egregium TVO nomine mihi redditur, volumen primum Originum TVARVM Typographicarum. Dici vix poteſt, quanta me admiratione ſplendor, quem huic operi adventitium, pulcherrimis typis, chartis nitidiſſimis, ſculpturis faberrimis exhibendis, addidiſti, quanta item opes ingenii TVI, quas eo in opere uberrimas de TVO peculio depromtas expoſuiſti, perculerint. Video lumen TVAE mentis acerrimum in rei obſcuriſſimae tenebras penetrans; video ardorem veritatis e puteo protrahendae et cum gloria Batavica conciliandae; video aſſiduitatem indagationis TVAE a benignitate fortunae ſublevatam, vetuſtorum documentorum, e quorum velut teſtimonio controverſia diſceptari poſſit, copias, manusque artificum dociles, dextras, felices, et in contentione coepta atque mandata TVA exſequendi conſpirantes, largiter ſup-

peditantis. *Faxit Deus, ut praeclarum hoc ingenii TVI monumentum admiranti avideque flagitanti civitati literariae perfectum absolutumque numeris omnibus brevi tradas.*

Conservet idem Deus senium TVVM, VENERANDE GRONOVI, *et vegetam VESTRAM aetatem,* MEERMANNE *atque* VALKENARI, *VIRI ORNATISSIMI, ut studiis VESTRIS salutem reipublicae, gloriamque patriae VESTRAE quam diutissime et quam felicissime tueamini. Scripsi Lipsiae d.* V. *Febr.* CIↃ IↃ CCLXVI.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

IO. IAC. REISKE.

Post praefationem ad primum volumen huius Theocriti, vix nova ad hoc alterum opus esse videbatur. Sunt tamen pauca quaedam, de quibus admoneri lectores in secundi huius voluminis ingressu par sit; primum, de indice verborum Theocriteorum, secundum de libro Vimariensi, cuius mentio crebra fit in meis animadversionibus, tertium de sphalmatibus, quae cavere quominus in hanc nostram Theocriti editionem irreperent, diligentia mea nulla potuit.

Non dubito, fore multos, qui molem indicis abnormem mirentur et improbent. A quibus ipsemet non dissideo, tametsi haud diffitear, quicquid hoc est vitii, id ab imprudentia quadam mea profectum esse. Mentem meam secius, atque volueram, ille, cui negotium conficiendi indicis commiseram, accepit. Literarium in hac Vrbe ludum ad D. Nicolai, cui praesum, frequentabat superioribus annis iuvenis Lipsiensis, *Heslerus*, qui, cum insatiabili discendi ardore, voluntatem quoque mihi parendi meisque studiis inserviendi paratissimam prae se ferebat. Quo factum, ut chartas, si quas praelo excudendas haberem, ei in ordinem redigendas et in exemplum mundius, quod

operis typographicis in manus daretur, transscribendas, aliaque minuta negotia literaria, a quorum taedio et molestia animus refugeret, exsequenda mandarem. In quibus cum fidem ille mihi suam solertiamque approbasset, commisi ei quoque negotium Theocritei indicis conficiendi, sed eo cum praecepto, ut ne satis haberet nuda poetae singula verba cum nudis Idylliorum et versuum indiciis ponere, sed, ubi opus esset, nonnihil etiam interpretationis latinae, eumque circumsitorum verborum complexum adspergeret, unde lectori de vocabuli cuiusque vi, quae quoque loco esset, facile constare posset. Quibuscum dictis ei Aemilii Porti Lexicon Doricum in manus dedi, quo adminiculo laboris et rectore ordinis uteretur. Sed ille nimis sedulus, et nimis anxius, inconsulta et servili, paene dixerim, diligentia confecit indicem, plenum illum quidem, sed multis eundem supervacaneis oneratum; quem cum mihi traderet, dicere non habeo, hominisne infatigabilis navitas et laborum patientia, an moles voluminis in stuporem me coniecerit. Sed actum erat, quod mutari iam non poterat. Horrebat animus ad laborem omnia illius indicis supervacanea delendi. Quapropter satis habui, quoties folium quodque a praelo musteum mihi exhiberetur perlustrandum, si quos locos Heslerus meus, seu sua sponte, seu Porti, seu vulgaris denique interpretationis auctoritate motus, perperam latine reddidisse videretur, eos corrigere; tametsi vereor, ne sint in hoc quoque genere, quae meam diligentiam in ista festinatione effugerint. Factum itaque est, ut in lucem prodeat index in minutum poetam vaegrandis; quamquam optandum erat, in multos auctores graecos exstare indices ea sedulitate conditos, qua nostri auctor usus est.

Venio nunc ad alterum huius praefationis argumentum. Commentationes nostras ad Theocritum perlustranti passim occurret commemoratio *annotatoris Vimarienſis* a me facta. Quem hominem, quia qui sit, perinde scio, atque

que ignorantiſſimi, ſic appellare neceſſe habui. Miſit nempe ad me *Greinerus*, Vir Illuſtris, Ducis Vimarienſis Conſiliarius, et *Bartholomaeus*, V. C. Bibliothecae Ducali, quae Vimariae eſt, praefectus, ut cognoverant, Theocritum typis Lipſienſibus renovatum eſſe, exemplum editionis minoris Commelinianae, ex illa bibliotheca ducali depromtum, in cuius marginibus manus docta nonnulla exaraverat, ut lectiones e codice *Nicolai Stopii* cuiusdam, Belgae, ni fallor, alias e codice F. V. hoc eſt *Fulvii Vrſini*, ut interpretor, alias ex editione Florentina, (cuius lectiones ſi quas affero, eas omnes aut indicio Henrici Stephani, aut libri Vimarienſis debeo;) item coniecturas, et animadverſiones alius generis. Eſt idem ille codex, quo ante me uſus eſt *Nicolaus Niclas*, V. C. de quo ſatis in praefatione ſuperiori dixi, ſed falſus in eo, quod perperam tradidi, Romanam eſſe editionem, (nam Commeliniana eſt) cui iſta allita eſſent, et Marquardum Gudium olim libri dominum fuiſſe; quod ſecus eſt. Farrago iſta a quo profecta ſit, haud conſtat. Nullus equidem dubitem, *Gerardo Falkenburgio* eam in acceptis referre. Sed quisquis eſt, penes me *annotator Vimarienſis* audit, quod nomen convenientius nullum occurreret. Quicquid alii his de copiolis Vimarienſibus ſtatuant, mihi quidem videbantur non plane contemnendae. Quare quicquid in illo libro Vimarienſi reperiebam, id omne in meas animadverſiones, non diſſimulato auctoris nomine, tranſtuli, praeter unum locum, quem bibliopegi culter praeciderat. Nobiliſſimo virorum pari, quod paulo ante nominabam, cum ipſe memorem animum publice profiteor, tum gratias debebunt omnes, ſi qui ab eorum humanitate ornamenti nonnihil ad Theocritum acceſſiſſe exiſtimabunt.

Animadverſionibus noſtris e praelo paene iam eluctantibus, miſit ad me Pariſiis ſuas quasdam ad Theocritum animadverſiones *Io. Bernardus Koehlerus*, V. C. Lubecenſis, nuper deſignatus in Academia Kilonienſi Hiſtoriarum Profeſſor.

fessor. Quas animadversiones ab editione nostra abesse passus non essem, si mei res arbitrii fuisset. Nos vero, qui librariis mercenariam praestamus operam, in potestate conductorum sumus, qui certam libris suis molem, numerumque paginarum, quem excedi non patiuntur, praefiniunt. Quare amicum optimum rogo, ut aegre ferre nolit, quod eius voluntati servire mihi non licuerit, neque contemtum se putet. Praeterea sero veniebant illa auxilia, sub initium huius anni, maxima nostrarum Animadversionum parte iam typis excusa. Reservata itaque ista oportuniori loco sunto.

Sphalmata denique non adeo multa, quae mihi, Theocritum meum rursus, sed obiter, perlustranti occurrerunt, indicanda sunt; quorum veniam haud facile lector, paullo quidem ille aequior, neget. Tot enim sunt, et tam obviae, et tam ad vulgus notae molestiae, quibus septa est opera libros inter manus typothetarum versantes emendandi, ut plane sim vitae imperitus, si esse putem, qui aut usu, aut fama saltim, eas non compertas habeat; otioque meo, et lectorum patientia sim abusurus, si molesta illarum molestiarum expositione meam, seu fortunam, seu fidem excusare laborem. Praeterea praeivit editio Londinensis, unde nostra derivata est, haud raro vitium, et scabiem suam nobis affrixit, dum nimis securi dormitamus. Observavi itaque haec: Idyll. I, 66. sic corrige πᾶ ποκ' et ποκα, sine accentu. II, 61. δέδεμαι. III, 9. ποιησεῖς. 33. ποιῇ. IV, 12. ποθεῦντι. V, 16. τᾶς. 78. post λέγεις adde comma. VII, 144. τοῖόνδε. *penult.* αὔθις. VIII, 6. λῆς. 14. ἰσομάτορα. 70. ὦρνες cum iota subscripto. IX, 4. πλανῶντο cum iota subscripto. X, 9. ἁδαμὰ. *ult.* τᾷ. XI, 68. πᾷ πόχ'. 74. τάχα. XII, 24. ἁκ. XIII, 62. τις sine accentu. *ult.* Φᾶσιν cum circumflexo. XV, 9. ἁκ οἰκησιν. 14. ἀπφῦς. 87. ὦ. XVI, 107. Μοίσαισι. XVII, 94. χαλκῷ. XVIII, 48. ἀνγνοίη. XXI, 59. θεῖναι. XXIII, 36. εἵματα cum spiritu aspero. XXV, 41. τοιοῖδε. 66. post πολλοῖς adde comma. *post diuturnam ab agris absentiam.* XXX, 31. ἐμαινόμην. Scripsi d. 6. Febr. 1766.

Ο ΒΙΟΣ ΤΟΥ ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΒΟΥΚΟΛΙΚΩΝ ΠΟΙΗΤΩΝ ΠΕΡΙ, ΕΚ ΤΟΥ ΣΟΥΙΔΑ.

ΘΕΟΚΡΙΤΟΣ Χῖος, ἢ τῶρ, μαθητὴς Μητροδώρε τῦ Ισοκρατικῦ, ἔγραψε χρείας. Ἀντεπολιτεύσατο δὲ Θεοπόμπῳ τῷ ἱστορικῷ· Φέρεται δὲ αὐτῦ ἱστορία Λιβύης, καὶ ἐπιστολαὶ θαυμάσιαι. Ἐστὶ δὲ καὶ ἕτερος Θεόκριτος Πραξαγόρε καὶ Φιλίννης, ὁ δὲ Συμμίχε, Συρακόσιος· οἱ δέ φασι Κῷον· Μετῴκησε δὲ ἐν Συρακόσαις. Οὗτος ἔγραψε τὰ καλόμενα Βυκολικὰ ἔπη Δωρίδι διαλέκτῳ. Τινὲς δὲ ἀναφέρουσιν εἰς αὐτὸν καὶ ταῦτα, Προτίδας, Ελπίδας, Ὕμνους, Ηρωΐνας, Επικήδεια μέλη, Ελεγείας καὶ Ιάμβους, Επιγράμματα. Ἰστέον δὲ ὅτι τρεῖς γεγόνασι βυκολικῶν ἐπῶν ποιηταὶ, Θεόκριτος ὁ τοσὶ, Μόχος Σικελιώτης, καὶ Βίων ὁ Σμυρναῖος, ἐκ τινος χωριδίε καλεμένε Φλώσσης.

ΓΕΝΟΣ ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ.

ΘΕΟΚΡΙΤΟΣ ὁ τῶν βυκολικῶν ποιητὴς, Συρακόσιος ἦν τὸ γένος, πατρὸς Συμιχίδε, ὡς αὐτός φησι·

Συμι-

1. Συμιχίδε] Lipsiensis codex Συμιχι. qui potest Simichidae filius esse is, qui ipse se in epigrammate, quod ipsi tribuitur,

Σιμιχίδα [2] πᾷ δὴ [3] τὺ μεσαμέριον πόδας ἕλκεις; Ενιοι δὲ το [4] Σιμιχίδα ἐπώνυμον εἶναι λέγεσι. δοκεῖ γὰρ [5] σιμός [6] τις τὴν πρόσοψιν εἶναι, πατέρα δὲ ἐχηκέναι [7] Πραξαγόραν, καὶ μητέρα Φιλίναν. ἀκεστὴς δὲ γέγονε [8] Φιλιππίδᾳ, καὶ [9] Ασκληπιάδᾳ, ὧν μνημονεύει. ηκμασε δὲ κατὰ τὸν Πτολεμαῖον, τὸν ἐπικληθέντα [10] Λαγωὸν, [11] περὶ δὲ τὴν τῶν βεκολικῶν ποίησιν εὐφυὴς [12] γενόμενος, ποικίλης

tur, si ejus est, de quo valde dubito, & quod in epigrammatibus ejus extremum ponitur, filium Praxagorae perhibet. Totum hoc nugax est. Locus ex Idyllio septimo, quem auctor hujus vitae ad sententiam suam confirmandam affert, nil probat. Nam idyllium illud non est Theocriti, sed Simichidae Coi poetae egregii, sed omnibus omnino ignorati, & a nemine adhucdum in poetis numerati. Cujus etiam est idyllium XVII. encomium in Ptolemaeum.

2. πᾶ Lipsius.

3. τυ] Ald. συ. Z. C. (hoc est Zacharias Calliergus) τὸ, item Lipsius. πόδας est in Aldina. Sed πόδα in Z. C. & Lipsius plura dicam hoc de loco in Animadv. ad Theocritum.

4. Σιμιχίδα Z. C. σιμιχίδης Ald. σιμμιχίδα rursus Lipsius.

5. γὰρ Ald. Z. C. δὲ Lipsius.

6. σιμὸς τις τὴν πρόσοψιν ἄνωι. Z. C. & sic quoque Lipsius nisi quod ἄνωι deest. Aldina sic dat. σιμὸς ἄνωι τὴν πρόσοψιν.

7. Πραξαγόραν Ald. Z. C. πραξιγ. Lipsius vir doctus in codice Vimarienſi annotavit poetam horum mentionem facere Idyllio 7.

8. Φιλιππίδᾳ] φιλιτιάδᾳ Ald. φιλατᾶ Z. C. φιλητιάδᾳ Flor. φιλιπιάδᾳ Sal. Farr. φιλεύτα Lipsius. Andreas Schottus Observat. Human. p. 97. e codice Toletano lectionem profert, ut meliorem vulgata, hanc: ἀκεστὴς δὲ γέγονε Φιλάτα, ὡς Ἀσκληπιάδης μνημονεύει. Significatur Asclepiades ille, qui commentarios in Theocritum scripsit.

9. Ασκληπιάδᾳ ὧν μνημονεύει Z. C. ἀσκληπιάδᾳ ὡς μν. Ald. Ἀσκληπιάδας μν. Lipsius.

10. Λαγωὸν Ald. Z. C. λαγὼν Lipsius.

11. Περὶ δὲ τὴν Z. C. καὶ περὶ τὴν Ald.

12. Γενόμενος Ald. Z. C. γέγονε καὶ Lipsius.

πολλῆς δόξης ἐκ τούτων ἐπέτυχε. κατὰ γοῦν τινας Μόχος καλούμενος, Θεόκριτος ἐπεκλήθη.[13]

13. Post v. ἐπεκλήθη sequuntur in Aldina haec, quae desunt editioni Romanae; seu Z. C. Andreas Schottus l. c. locum hunc, qui est in Aldina, pro inedito ex codice Toletano protulit, *ut* (verba eius sunt) *in suum quisque codicem harum rerum studiosus referre queat.* Locus ille sic habet. Ἐγένετο δὲ ἰσόχρονος τοῦ τε Ἀράτου καὶ Καλλιμάχου καὶ τοῦ Νικάνδρου. ἐγένετο ἐπὶ τῶν χρόνων Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου. κέχρηται δὲ ἰάδι διαλέκτῳ καὶ δωρίδι τῇ νέᾳ δύο γάρ εἰσι, παλαιὰ καὶ νέα. καὶ ἡ μὲν παλαιὰ τραχεῖά τίς ἐστι καὶ ὑπέρογκος, καὶ οὐκ εὐνόητος. ἡ δὲ νέα, ᾗ καὶ Θεόκριτος χρῆται, μαλθακωτέρα παρὰ Ἐπιχάρμου καὶ Σώφρονος. οὐ μὴν ἀπολιμπάνεται καὶ Αἰολίδος.

Ἀρτεμιδώρου γραμματικοῦ.

Βουκολικαὶ μοῖσαι σποράδην πόκα, νῦν δ' ἅμα πᾶσαι
Ἐντὶ μιᾶς μάνδρας, ἐντὶ μιᾶς ἀγέλας.
Ἄλλος ὁ χῖος, ἐγὼ δὲ Θεόκριτος ὃς τάδε γράψας
Εἷς ἀπὸ πολλῶν εἰμὶ Συρακοσίων.
Υἱὸς Πραξαγόραο περικλυτῆς τε Φιλίνης,
Μοῦσαν δ' ὀθνείην οὔ τιν' ἐφελκυσάμην.

Εἰς βουκολικὴν.

Ὥσπερ σκύφος γάλακτος ἢ καὶ κισσύβη
Ἡ βουκολικὴ πᾶσιν ἔγκειται βίβλος.
Τοὶ γὰρ ῥοφῶμεν οἱ θέλοντες τὸν λόγον
Στόμασι λάβροις εἰ κελεύουσι φρένες.

Memorabile in hoc loco, cum aliis, hoc est, quod versus Ἄλλος ὁ χῖος, ἐγὼ δὲ Θεόκριτος, ὁ τάδε γράψας (nam sic leg. videtur) Artemidoro grammatico tribuuntur, & recte id quidem. non enim sunt Theocriti, cui per errorem adhucdum sunt imputati. Habet etiam Schottus hunc locum, sed praeter duos primos Artemidori versus, & postremum ineptum carmen jambicum, nil aliud; seu quod quatuor illos versus posteriores in Toletano non reperiret, seu quod omitteret eos, existimans vulgari errore, Theocriti esse, non Artemidori. Exhibet hos Artemidori versus etiam Z. C. sed alio loco, et inter secundum atque tertium versum interserit hunc titulum Θεοκρίτου εἰς τὴν ἑαυτοῦ βίβλον. Posteriori carmini Senario ὥσπερ praescriptum habet Schottus hunc titulum ἄδηλον εἰς βουκολικὴν. In emendando tam absurdo & illepido carmine bonum otium non perdam. Praestabat id plane suppressum esse.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΟΥ ΚΑΙ ΠΩΣ ΕΥΡΕΘΗ ΤΑ ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ.[14]

ΤΑ βυκολικὰ φασιν ἐν Λακεδαίμονι εὑρεθῆναι, καὶ περισσῶς προκοπῆς τυχεῖν. τῶν γὰρ Περσικῶν ἐνεστώτων ἔτι καὶ Φόβῳ πᾶσαν τὴν Ελλάδα ταρασσόντων, ἐνέστη[15] καὶ ἑορτὴ Αρτέμιδος Καρυάτιδος. τῶν δὲ παρθένων ἀποκεκρυμμένων διὰ τὴν ἐκ τοῦ πολέμου ταραχὴν, ἀγροῖκοί τινες εἰσελθόντες εἰς τὸ ἱερὸν, ἰδίαις ᾠδαῖς τὴν Αρτεμιν ὕμνησαν· τῆς δὲ τότων μόσης[16] ἀρίστης γενομένης, παρέμεινε τὸ ἔθος καὶ ἐφυλάχθη.[17] Αλλοι δὲ τοῦτον τὸν τρόπον ἐν Τυνδαρίδι τῆς Σικελίας ἀχθῆναι λέγουσι τὰ βυκολικά. Ορέστῃ γὰρ ἐκνομίζοντι[18] τὸ τῆς Αρτέμιδος ξόανον ἐκ Ταύρων τῆς Σκυθίας, χρησμὸς ἐξέπεσεν, ἐν ἑπτὰ ποταμοῖς ἐκ μιᾶς πηγῆς ῥέουσιν ἀπολέσαθαι. ὁ δὲ πορευθεὶς εἰς Ρήγιον τῆς Ιταλίας, τὸ ἄγος ἀπενίψατο ἐν τοῖς λεγομένοις διαχώροις ποταμοῖς· ἔπειτα εἰς τὴν Τυνδαρίδα τῆς Σικελίας ἦλθεν· οἱ δὲ

14. Περὶ τοῦ ποῦ καὶ πῶς εὑρέθη τὰ βυκολικὰ Z. C. περὶ εὑρέσεως τῶν βυκολικῶν. Ald.

15. καὶ habet Aldina, non item Z. C. & Lipſ.

16. Ἀρίστης dant Ald. Z. C. Lipſ. ſed ſine dubio leg. eſt ἀρεστῆς. *cum acceptus fuiſſet deae cantus eorum.*

17. Ἄλλοι δὲ τοῦτον τὸν τρόπον ἐν Τυνδαρίδι τῆς Σικελίας ἀχθῆναι λέγουσι τὰ βυκολικὰ. Z. C. quae lectio ſi ſervatur, neceſſe eſt ut ἀρχθῆναι legatur, a verbo ἄρχειν. Sed Aldina ſic dat. ἄλλοι δὲ ἐν Τυνδαρίδι τῆς Σικελίας πρῶτον ἀχθῆναι λέγουσι τὰ βυκολικὰ. Lipſ. denique locum hunc ſic correptum dat. ἄλλοι δέ φασιν ἐν Σικελία γενέσθαι.

18. Τὸ τῆς Ἀρτέμιδος. Z. C. τῇ Ἀρτέμιδι Ald.

δὲ ἐπιχώριοι [19] τὴν Θεὸν ἰδίοις [20] ὄσμασι καθυμνήσαντες, ἔθει τὴν πρώτην παρέδωκαν εὕρεσιν.

ΕΤΕΡΟΝ [21] ΑΛΗΘΕΣΤΕΡΟΝ.

Ὁ δὲ ἀληθὴς λόγος [22] τοιοῦτος. Στάσεώς ποτε γενομένης ἐν ταῖς Συρακόσαις, καὶ πολλῶν πολιτῶν φθαρέντων, εἰς ὁμόνοιαν [23] τῷ πλήθει λοιπὸν ἐλθόντος, ἔδοξεν Ἀρτεμις αἰτία γεγονέναι τῆς διαλλαγῆς. οἱ δὲ ἀγροῖκοι [24] δῶρον ἐκόμισαν, καὶ τὴν Θεὸν γεγηθότες ἀνύμνησαν· [25] ἔπειτα δὲ ταῖς ἀγροίκοις ᾠδαῖς τόπον [26] ἔδοσαν συνήθη.

ΠΕΡΙ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΤΩΝ ΒΟΥΚΟΛΙΚΩΝ. [27]

Τὰ [28] βουκολικὰ ἔχει διάφορον τὴν τῶν ποιημάτων ἐπιγραφήν. καὶ γὰρ αἰπολικά ἐστι, καὶ ποιμενικὰ,

19. Τὴν est in Aldina, non in Z. C. neque in Lipſ. & recte abeſt.

20. Ἄσμασιν καθυμνήσαντες Ald. ἄσμασιν ἐνυμν. Z. C. & Lipſ.

21. Titulum hunc habet Z. C. non item Aldina.

22. Τοιοῦτος. στάσεώς ποτε γενομένης ἐν ταῖς συρακούσαις. Z. C. οὗτος. ἐν τοῖς Συρακουσίοις στάσεώς ποτε γενομένης Ald.

23. Τῷ πλήθυς λοιπὸν ἐλθόντος Z. C. τῷ πλήθυς ἐλθόντες Ald.

24. Δῶρον Z. C. δῶρα Ald. recte.

25. Ἔπειτα δὲ ταῖς ἀγροίκοις Z. C. ἔπειτα τοῖς ἀγροίκοις Ald.

26. Ἔδοσαν συνήθη Z. C. ἔδωκαν καὶ συνήθειαν Ald. & tum ſequuntur in Aldino haec pauca, ἐπὶ αἰγῶν αἰπόλια, ἐπὶ βοῶν βουκόλια, ἐπὶ προβάτων ποίμνια, καὶ ἐπὶ συῶν συβόσια. & praeterea nihil omnium inſequentium, quae ſola dat editio Romana Z. C.

27. Titulus hic deeſt Lipſienſi.

28. Τὰ βουκολικὰ Z. C. τὰ δὲ βουκ. Lipſ. διαφορὰν eſt etiam in Z. C. ſed. leg. eſt διάφορον, ut correxi.

καὶ, καὶ μικτὰ. τὴν μέντοι ἀπὸ τῶν βοῶν ἔλαφεν ἐπιγραφὴν, ὡς ἀριστεύοντος τῷ ζώῳ· διὸ καὶ βουκολικὰ εἴρηται πάντα. λέγεται δὲ βουκόλος, παρὰ τὸ τὰς βόας ἐλαύνειν, ἢ ἀπὸ τὸ τὰς βόας κωλύειν ἀτιμαγελώσας, ἢ τῶν βοῶν κορεῖν καὶ ἐπιμελεῖσθαι, τροπῇ τοῦ μεταβόλου εἰς μεταβολον. ᾄδειν δέ φασιν αὐτὸς[29] ἄρτον ἐξαιτημένους, θηρίων ἐν ἑαυτῷ τύπους ἔχοντα, καὶ πήραν[30] πανσπερμίας ἀναπλεων, καὶ οἶνον ἐν αἰγείῳ ἀσκῷ, σπουδὴν νέμοντας τοῖς ὑπαντῶσι, στέφανόν τε περικεῖσθαι, καὶ κέρατα ἐλάφων προσκεῖσθαι, καὶ μετὰ χεῖρας ἔχειν λαγωβόλον. τὸν δὲ νικήσαντα λαμβάνειν τὸν τοῦ νενικημένου ἄρτον. καὶ κεῖνον μὲν ἐπὶ τῆς τῶν Συρακουσίων μένειν πόλεως, τοὺς δὲ νενικημένους εἰς τὰς περιοικίδας χωρεῖν, ἀγείραντας ἑαυτοῖς τὰς τροφάς. διδόναι δὲ καὶ ἄλλα τινὰ παιδιᾶς καὶ γέλωτος ἐχόμενα, καὶ εὐφημοῦντας ἐπιλέγειν,

Δέξαι τὰν ἀγαθὰν τύχαν,[31] δέξαι δ' ὑγίειαν,
Αν φέρομεν παρὰ τᾶς θεοῦ, ἃν ἐκαλέσσατο τήνα.[32]

ΠΕΡΙ

29. Ἄρτον Z. C. ἄρτους Lipſ. quod melius eſt. & tum leg. quoque erit, ἑαυτοῖς & ἔχοντας. Verba θηρίων ἐν ἑαυτῷ τύπους ἔχοντα deſunt Lipſ.

30. Πανσπερμία Lipſ.

31. Δέξαι τὰν ὑγίαιαν Z. C. δέξαι τὰν ὕγιαν Lipſ.

32. Verba ἃν ἐκαλέσσατο τήνα deſunt Lipſienſi. tum ſequitur in ed. Z. C. & in Lipſ. diſtichum Artemidori, paulo ante ex Aldina prolatum. Tum in Z. C. ſola (nam Lipſ. id non habet) Epigramma quod vulgo Theocrito tribuitur, ſed Artemidori eſt. ἄλλος ὁ χῖος, ἐγὼ δὲ Θεόκριτος cum hoc elogio. Θεοκρίτου εἰς τὴν ἑαυτοῦ βίβλον. Tum περὶ τῆς τῶν βουκολικῶν ἐπιγραφῆς. Θεοκρίτου εἰδύλλια βουκολικὰ. ἰστέον ὅτι εἰδύλλιον λέγεται τὸ μικρὸν ποίημα ἀπὸ τοῦ εἴδους ἡ θεωρίας. οὐκ εἰδύλ-

λιον

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΒΟΥΚΟΛΙΚΩΝ ΕΠΙΓΡΑΦΗΣ.

Εἰδύλλιον λέγεται, ὅτι εἶδός ἐστιν, ὁποῖόν ἐστι λόγος. ὑποκοριστικῶς δὲ εἴρηται εἰδύλλιον.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΗΣ ΠΟΙΗΣΕΩΣ ΧΑΡΑΚΤΗΡΩΝ.

Πᾶσα ποίησις τρεῖς ἔχει χαρακτῆρας. διηγηματικὸν, δραματικὸν, καὶ μικτόν. τὸ δὲ βουκολικὸν ποίημα, μίγμα ἐστὶ παντὸς εἴδους, καθάπερ συγκεκραμένον. διὸ καὶ [33] χαριέστατον τῇ ποικιλίᾳ τῆς φράσεως, μᾶλλον δὲ τῆς κράσεως, ποτὲ μὲν συγκείμενον ἐκ διηγηματικοῦ, ποτὲ δὲ ἐκ μικτοῦ, ἢ ἐκ διηγηματικοῦ καὶ δραματικοῦ, ὁτὲ [34] δὲ ὡς ἂν τύχῃ. Εἰς ὅσον δ' οἷόν τε ἐστὶ, αὕτη [35] ἡ ποίησις τὰ τῶν ἀγροίκων ἤθη ἐκμάσσεται, τερπνῶς πάνυ τὸν τῇ ἀγροικίᾳ σκυθρωπὸν τὸν βίον χαρακτηρίζουσα· Ἐκπέφευγε δὲ καὶ τὸ ἄγαν ἀδρὸν καὶ ὑπέρογκον τῆς ποιήσεως.

λιον παρὰ τὸ ἄδω τὸ εὐφραίνω. Ἄλλως εἰδύλλιον λέγεται &c. ut supra.

33. χαρίεν ἐστὶ τῆς ποικιλίας τῆς φύσεως. Lipſ.

34. Δὲ Z. C. ἂς Lipſ.

35. Αὕτη ἡ ποίησις deeſt Lipſ.

NOTITIA

NOTITIA CODICVM MANVSCRIPTORVM THEOCRITI, E MONTFAVCONII BIBLIOTHECA BIBLIOTHECARVM.

p. 7. Vaticana Theocriti { Idyllia octo. / Idyllia septem cum scholiis. / Idyllia.

p. 28. n. 662. Idyllia cum scholiis.

p. 187. In bibl. Cardinalis Ottoboni.

p. 231. In bibl. Olivetanorum Neapoli Theocriti quaedam.

p. 238. commemorat tres Theocriti codices in bibl. Laurentiana Medicea Florentiae visos Monfauconio. qui forte iidem sunt cum recensitis p. 303. ubi commemorantur n. V. Theocriti Idyllia sex cum scholiis & glossis interlinearibus & n. XVIII. Theocriti Idyllia quatuor & p. 304. n. XXV. Theocriti idyllia quaedam cum scholiis, & cum glosis interlinearibus in primum idyllium.

p. 306. n. XVI. Theocriti idyllia 19.

p. 307. n. XXVII. Theocriti Bucolica cum scholiaste & quibusdam glosis interlinearibus & Syringe in principio.

ibid. n. XLIII. Theocriti Bucolica cum Syringe ad finem & versiculis in Adonidem mortuum cum quibusdam scholiis & glosis interlinearibus.

p. 308. n. XLVI. Theocriti idyllia cum quibusdam scholiis & glosis interlinearibus manu ipsius Politiani cum Syringe in fine.

ibid. n. LII. Theocriti bucolica & alae cum scholiis & Ardemidori grammatici epigrammate super collectione

ctione bucolicorum poematum initio libri. in fine apponuntur verſus manu Theodori Neocaſtriotae.

pag. 353. n. XIX. Scholia in Theocritum.

p. 359. n. XXXVI. Th. idyllia.

p. 408. n. XXV. Theocriti priores eclogae. haec omnia hactenus e Bibl. medicea.

p. 416. e biblioth. monaſterii Benedictin. B. M. Florentiae, Theocriti bucolica cum ſcholiis. Saeculi XIV.

Ibid. Theocritus ejusdem ſaeculi.

p. 476. e Bibl. Cardin. Beſſarionis Venet.

p. 488. in muſeo Nicolai Triviſani Patavii.

p. 489. in muſeo Philippi Thomaſini Patavii Th. cum ſchol.

p. 504. in bibl. Ambroſiana Mediolani Theocritus eſt novies cum ſcholiis.

p. 519. Lampridii expoſitio in Theocritum. (quis ille Lampridius.) *ibid.*

p. 524. Theocriti idyllia ter cum notis. *ibid.*

p. 560. in Bibl. Auguſta Vindobonenſ. Theocriti quaedam codice 242. & 256. & 258. & 289.

p. 600. in Bibliotheca Ducis Saxoniae Gothani Theocr. idyllia.

p. 643. in Bodlejana. n. 109. Th. idyllia.

p. 651. *ibid.* n. 731. Th. id. octo.

p. 677. in Voſſianis qui nunc ſunt Leidae. Th. Id.

p. 688. in libris Io. Mori Epiſcopi Norvicenſis eſt Theocritus ex ed. Commel. 1604. donum Iſaci Caſauboni cujus manus hinc inde apparet.

p. 736. in bibl. Regia Pariſina Theocr. cum prolegom. & comment. n. 2704.

p. 741. *ibid.* n. 3312. & 3320.

p. 742. *ibid.* n. 3335. 3341. 3378.

p. 770. in libris Card. Radulphi, qui nunc ſunt in regia Pariſ. n. 21. & n. 45. 46. (p. 771.]

p. 778. *ibid.* n. 45. Th. cum ſcholiis. & 64.

p. 900. in libris Ducis Caroli de Montchal archiepiſcopi Toloſani, qui nunc ſunt in regia Pariſ. n. LXXXI. Th. id. 28.

p. 903. *ibid.* n. CXXIX.

p. 946. in Colbertina, nunc regia Pariſ. n. 1193. Theocr.

p. 1010. *ibid.* n. 4906.

p. 1057. in Coisliniana, nunc Sangermanenſi n. 169. Th.

p. 1065. *ibid.* n. 351. Th. ſcriptus anno 1516.

p. 1199. in libris Gu. Pellicerii, olim epiſcopi Monspelienſis, qui etiam nunc in bibl Epiſcopi Monſpelienſis eſſe putantur, Th. cum notis.

p. 1301. in bibl. regia Taurinenſi, Th. tres codices. in quibus eſt unus, quem Dorvillius omnium codicum Theocriteorum praeſtantiſſimum perhibet.

Sunt alibi quoque multo plures Theocriti codices, Montfauconio aut ignorati, aut praeteriti.

WILHEL-

WILHELMI XYLANDRI SCHOLIA GRAECA AD THEOCRITVM.

ΑΠΟΣΗΜΕΙΩΣΕΙΣ

AD IDYLL. XIX.

Σίμβλων. τῶν κυψέλων, τῶν σμηνῶν. συλεύμενον. κλέπτοντα λέγει. 3. ὑπένυξεν. νύττω τὸ κεντῶ. χὲρ ἐφύσση. τὴν ὀδύνην καταπαύσων δηλονότι.

AD IDYLLIVM XX.

Εντρυφθεὶς βυκόλος τις ὑπὸ κόρης ἀγυκῆς, Εὐνίκης τοὔνομα, τὸ ὑπερήφανον αὐτῆς, καὶ τὴν ἑαυτὲ ὑπερφρόνησιν διηγεῖται, καὶ ὡς ἀνάξια εἴη πεπονθώς. 2. Ἐρῷ ἀπ' ἐμεῖο. φθείρου ἀπ' ἐμοῦ. μετὰ φθορᾶς ἀπιθι. ἐπιπληκτικὸν γὰρ, καὶ τὲ ἄπαγε σφοδρότερον, καὶ παρ' Ὁμήρῳ, ἔρρε κακὴ γλήνη. Ἐρῷ ἐκ νήσου θᾶσσον. 7. Κωτίλα. φλύαρα· λαλὸν δηλοῖ. Ἡσίοδος· Αἰμύλα κωτίλλυσα, ἤγουν κολακεύουσα λαλιᾷ τινι καὶ φλυάροις. 11. τρὶς εἰς ἑὸν ἔπτυσε κόλπον. ὡς καὶ ὁ Κύκλωψ ἐν τοῖς ἄνω, ὡς μὴ βασκανθῇ. ἐνταῦθα δ' ἴσως εἴη ἀφοσιωμένης αὐτὸν, καὶ τὴν Νέμεσιν ἐμοῦ ἀποτρεπούσης 12 Καί μ' ἀπὸ τᾶς κεφαλᾶς. τᾶτο καταφρονούντων. ὥστε εἰ φαίη. καὶ μὴν ὄδὲν ἐν σοὶ καλὸν εὑρίσκω. 16. ὡς ῥόδον ἔρσαι. λείπει τὸ, φοινίζουσιν. 19. τὸ κρήγυον. τὸ ἀληθὲς καὶ ἔτυμον. Ὅμηρος. μάντι κακῶν, οὔπω ποτέ μοι τὸ κρήγυον εἶπες. 22. ἐπύκαζεν. ἐκόσμει. 26. Πακτᾶς. πηκτῆς, τετέσι τυροῦ νεωστὶ πηγνυμένυ. 29. Πανναύλῳ. τῷ ἐκ πολλῶν, οἶμαι, καὶ ποικίλων δονάκων συγκειμένῳ αὐλῷ. 34. ὅτ' ἐπ' ἀνέρι μήνατο βύτᾳ. Αγχίσῃ, ὡς ἐν τῷ α εἰδυλλίῳ δέδεικται. 40. Καὶ τὺ Ρέα κλαίεις τὸν βωκόλον. τὸν Ἄτυν, ὡς ἔοικε. 41. παῖδα βυνόμον. τὸν Γανυμήδην.

AD IDYLLIVM XXI.

1. Α πενία Διόφαντε. γνώμη· Πενίαν τὴν σοφίαν ἔλαχε. Αρξάμενος δὲ ἐκεῖθεν χαριέντως τὰς κεναῖς ἐλπίσιν ἐπτοημένυς,

καὶ βίον ἡδίω, τύχην τε λαμπροτέραν ὀνειρώττοντας διασύρει, ὥστε ὑπερευδοκιμεῖν δόξειεν ἂν πολλὰ τῶν ἄλλων ἠθικῇ ταύτῃ διδασκαλίᾳ. 10. λῆδα. τριβώνια, ἄλλως εὐτελῆ, νῦν δὲ δίκτυα ἴσως. 11. Ὁρμιαὶ δὲ, οἱ τῶν ἀγκίστρων χοῖνοι· ἐκ χοίνων λαβύρινθοι· περίφρασις, τὰ ἀμφίβληστρα. 15. ἀχ ἔνα. γράφεται καὶ ἴνα. ἵν δὲ μέτρου γένος, διττὸν τῆς ἡμίνας. ὡς Εὐσάθ. Ιλ. χ. ὥστε εἴη ἐνταῦθα ποτήριον. 17. Πενίαι δὲ παρ' αὐτὴν. αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἐκεῖ καὶ μόνη διέτριβεν ἡ Πενία. 21. ἤρεθον. ἤγειρον. 26. Ασφαλίων. διάλογος ἔσι. τὰ μὲν οὖν πρὸ τῶνδε, Ασφαλίων (τοῦτο γὰρ ἐχρημάτιζεν ὁ ἁλιεὺς) εἴρηκε· ἀποκρίνεται δὲ ὧδε ἕτερός τις ἁλιεύς. 32. ἔτος ἄριστος. ὁμοιόν πως τῷ Μάντις ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς. 36. τὸ δὲ λύχνειον ἐν Πρυτανείῳ. ταῦτα ἀσαφείας ἔχουσιν οὐκ ὀλίγον. ἐμοί γε δοκοῦν. εἰκάσειε μέν τις, ταύτην εἶναι τὴν γνώμην. Τίς φθόνος ἡμᾶς πένητάς τε καὶ ἁλιεῖς, κατὰ τὴν νύκτα οὐκ ἀπομερμηρίζειν, ἀλλὰ περὶ τῆς τῶν ἰχθύων ἄγρας μελετᾶν, ὁπότε οἱ Αθηναῖοι συνεχῶς περὶ ἄγρας τινὸς διασκοποῦσι. καὶ πλεονεκτοῦσι. Πρυτανεῖον γὰρ ἦν παρ' Αθηναίοις δημόσιον δῶμα ἐν ᾧ λύχνος ἄσβεστος. ὅτι δὲ τοῖς Αθηναίοις δυσμενῶς εἶχεν ὁ Θεόκριτος, οἷον πόλεμον κατὰ τῶν Σικελιωτῶν ἐξενηνοχόσι, σὺν ἄλλοις καὶ τὸ εἰς Λαμπριάδας σκῶμμα δεικνύει, φυλὴν Αθηναίων. Εἰδ. δ'. 40. Οὐκ ἦν μὰν πολύσιτος. δηλονότι, ὥστε μοι ἐνοχλεῖν ἐκ τῆς πολυφαγίας τὰ ἐνύπνια. 48. περικνώδαλον. Κνώδαλον, θηρίον σημαίνει θαλάσσιόν τε καὶ χερσαῖον, ὥστε διεξαλμένως ἀναγινώσκοντες περὶ κνώδαλον περὶ τὸν ἰχθὺν ἀκούσομεν. εἰ δὲ, ὑφὲν, ἴσως τὸ σφοδρὸν καὶ δεινόν, οἷον κατὰ θηρίκ, ἐννοεῖν ἐσί. 49. ἀφαυροτέροισι. ἀσθενεσέροις. πισῆρσι λινοῖς, μηρίνθῳ.

AD IDYLLIVM XXII.

Απολλώνιος β'. Αργοναυτικῶν διηγεῖται τὴν Πολυδεύκεος καὶ Αμύκου τε Βέβρυκος μάχην. 5. Θεσιάδος. Θέσιος πατὴρ ἦν Λήδας. 6. ἐπὶ ξυροῦ. Παροιμίκ, ἐπὶ ξυρῇ ἀκμῆς, περὶ τῶν τὰ ἔσχατα κινδυνευόντων. Ὅμηρος· Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυρῇ ἵσταται ἀκμῆς. Ιλιάδος κ'. 19. Αἶψα δ' ἀπολήγον-

γοντ' ἄνεμοι. Εν τῇ ἀπολήγονται, ἢ πο ἐκτείνεται, ὡς ἐν τῷ Ὁμηρικῷ ἐκείνῳ· Μῆνιν ἄποειπὼν Αγαμέμνονι ποιμένι λαῶν. Ιλ. τ. 20. Αμπέλαγος δὲ, ἀνὰ πέλαγος. οἷον τὸ ἀμπέδιον, ἀνδόνακας παρ' Ὁμήρῳ. 21. Ονων τ' ἀνὰ μεσσὸν ἀμαυρὴ Φάτνη. Αρατος· Καί τοι μὲν καλέονται ὄνοι, μέσση δέ τε φάτνη καὶ τὰ λοιπά. 27. πέτρας εἰς ἓν ξυνιάσας. τὰς Κυανέας, τὰς καὶ Συμπληγάδας. 28. Αταρτηρόν. βλαβερὸν, ἀτηρὸν, κατὰ ἐπένθεσιν. 34. Οἰνωπός. πύῤῥος. 37. λισσάδι πέτρῃ. τῇ ὑψηλῇ καὶ ἐρυμνῇ. 39. Ινδάλλοντο. ὅμοιαι ἐφαίνοντο. 49. Ολοότροχοι. κυλινδροειδεῖς. 63. Τέρσει. ξηραίνει. 85. Ιδρείῃ. τῇ ἐμπειρίᾳ. 88. Χερσὶ τιτυσκόμενος. καλασοχαζόμενος. 94. Τιτυῷ ἐναλίγκιος. δηλονότι ὑπερμεγέθη καὶ τελώριον. τοιοῦτος γὰρ ὁ Τιτυός. 97. Παῖδα Ποσειδαῶνος. Αμυκον. Ποσειδῶνος γὰρ λέγεται, καὶ Μελίης Βιθυνίδος Νύμφης. ὃν ποτε Νύμφη Τίκτε Ποσειδάωνι γενεθλίῳ εὐνηθεῖσα, Βιθυνὶς Μελίη. Απολλώνιος. β Αργον. 113. Μάσσονα γυῖα. μείζονα 115. Αδήφαγον. ἴσως διὰ τὸ εἶναι ἀθλητικόν. 118. Λιλαιόμενος. ἐφιέμενος, ποθῶν. 120. Δοχμός. πλάγιος. 139. Εσσυμένως. σπευδῆ. 158. Σισυφὶς ἀκλά. Ισθμὸς, ὃν ᾤκησεν ὁ τοῦ Αἰόλου υἱὸς Σίσυφος. καὶ ἄνωθεν ἅμα πατρώϊον αἷμα. 175. Αφαρέως υἱοὶ μὲν Λυγκεὺς καὶ Ἴδας, γυνὴ δὲ Αρήνη, ἀδελφὴ Τυνδαρέω, ἧ Πολυδεύκης καὶ Κάστωρ. ἦσαν οὖν ἀνεψιοί. 181. μεταμώλια. κενὰ μάταια, μηδὲν ὠφελοῦντα, οἷον μηδὲν ὀνοῦντα. 192. μάχης δ' ἀ γίνετ' ἐρωή. ἀνάπαυσις καὶ ἐνταῦθα. 194. Ακριβὴς ἔμμασι Λυγκεύς. διώνυμος γὰρ ἔτος ἐπὶ ὀξυδερκείᾳ. ὃς — Οξυτάτοις ἐκέκασο Ὄμμασιν, εἰ ἔτεον γε πέλει κλέος ἀνέρα κεῖνον Ῥηιδίως καὶ νέρθε μετὰ χθόνος αὐγάζεσθαι. Απολλώνιος. 199. Τόθι. ὅπου 206. Λαοκόοσσα. τοῦτο κέκληται ἡ Λυγκέως μήτηρ. ἄλλοι δὲ Αρήνην αὐτὴν ἀναγράφουσι. 208. Μεσσάνιος Ἴδας. Ὁ γὰρ αὐτῆ πατὴρ Αφαρεὺς τὴν Ηλιδα καὶ Μεσσήνην κατεῖχε. 218. Χῖος ἀοιδός, ἤτοι καὶ Θαλυσίοις τὸν Ὅμηρον ἐκάλεσεν.

AD IDYLLIVM XXIII.

2. Τὰν μορφὰν ἀγαθῶ. ὅμοιον τῷ Ὁμήρου· Δαιμόνι, ἢ μὲν σοί γε ἐπ' εἴδεϊ καὶ φρένες ἐσθλαί. 8. ῥοδόμαλον ῥοδεᾶ παρειά. 12. εἶχεν ἀνάγκαν. σκληρότητα ἀπαραγώγητον. 15. Ἦ καλὸς ἐξόρπαξ. ἄλλως ἐξάρπαξ, ὃ καὶ ἄμεινον, ἵνα ᾖ. ἀλλὰ καὶ ἅτως, ᾗ ὁ καλὸς ἐξάρπαξε, δηλονότι τὴν τᾶ τυχεῖν ἐλπίδα. μᾶλλον αὐτῷ ἐκείνῳ ἐρεθίζετο ὁ ἔρως. 21. Λοίσθια. ὕστατα. 33. Ὀπανίκα. Δωρικῶς, ἀντὶ τᾶ ὁπότε. 54. ἀδ' ἐτυλίχθη. ἀδὲ ἐκινήθη τὴν ψυχήν. 63. αἴτας. τὰς ἔρωτας, ὡς ἐν τῷ ιβ'. Εἰδυλ.

AD IDYLLIVM XXIV.

Τοῦτο εἰδύλλιον τὴν ἐν παισὶν ἔτι ἐξεταζομένην Ἡρακλέους ἀγωγὴν καὶ ἐπιτηδεύματα περιέχει χαριέστατον μὲν καὶ τῶν εὐδοκίμων ὅτι μάλιστα, ἃ μὴν ὁλοχερὲς. ἀλλὰ κολοβὸν, καὶ τᾶ τέλους ἐστερημένον. 1. Α Μιδεᾶτις Αλκμήνη Ηλεκτρύωνος ἦν, τᾶ Περσέως. ἡ δὲ Μιδεία τῆς Αλωέως. 2. νυκτὶ νεώτερον. Φασὶ γὰρ αὐτὸν καὶ συλληφθῆναι καὶ τεχθῆναι νυκτὶ μίᾳ ὕστερον τοῦ Ἡρακλέους. 4. τὸν Πτερελάϊ. Πτερέλας υἱὸς Ἱπποθόης, τῆς Μήστορος, τᾶ Περσέως καὶ Ανδρομέδας, ὧν καὶ Ηλεκτρύων ἦν υἱός. τότε τᾶ Πτερέλα υἱοὶ Τηλεβόας καὶ Τάφος. ἅτοι ἀπήτουν Ηλεκτρύωνα τὴν τῆς μάμμης προσήκουσαν αὐτοῖς κληρονομίαν, καὶ ἀντισάντας αὐτοῖς τὸν Ηλεκτρύωνα, καὶ τὰς σὺν αὐτῷ ἀνήξουν. ἡ μὲν οὖν Αλκμήνη τῷ τιμωρησαμένῳ τὸν τᾶ πατρὸς ἑαυτῆς Ηλεκτρύωνος φόνον, τὸν γάμον ἑαυτῆς ὑπέσχετο. Αμφιτρύων δὲ κτείνας τὸν Πτερέλαν καὶ τὰς περὶ Τηλεβόαν, αὐτὴν ἔγημεν. τᾶ γοῦν Πτερέλα ἀσπίδα μάχῃ κτηθεῖσαν ὑπ' Αμφιτρύωνος ὧδε λέγει. 11. Αμὸς δὲ σρέφεται ἦμος, ὅτε. σημαίνει δὲ χρόνον, καθ' ὃν (ὥστε ταῦτα τῷ Θηβαίων ὁρίζοντί τις οἰκειώσειεν) Ωρίων κατὰ μέσην τὴν νύκτα ἡμίτομος περὶ τὸν ἠῶον ὁρίζοντα φαίνεται· δηλονότι τᾶ ἡλίᾳ κατὰ τὸ τᾶ λέοντος δωδεκατημόριον φερομένᾳ. 28. Δραξάμενος φάρυγος. τῇ φάρυγγι ξυμμάξας, ὅθεν δράγματα. τὸ δὲ φάρυγος, ἐκβολῇ τᾶ ἑνὸς γ, συγκοπῇ. 31. Οψίγονον. δηλονότι διὰ τὸ τὴν Ἥραν μητρὶ

τρὶ αὐτοῦ ὠδῖσι κατεχομένῃ ἐμποδὼν γεγονέναι διὰ τῶν φαρμακίδων, ὥστε μόλις καὶ ὀψὲ αὐτὸν τεχθῆναι. 36. μηδὲ πόδεσσι. τοῦτο λέγει, πᾶσαν ἀναβολὴν καὶ διατριβὴν ἐν τῷ ἐνδύεσθαι ἀποκόπτουσα. 44. ὠριγνᾶτο. ὤρεξεν. 45. Λώτινον. ἐκ γὰρ λωτοῦ τὸ πάλαι καὶ ξιφῶν θῆκαι, καὶ αὐλοὶ ἐσκευάσθησαν. ὅθεν πολλάκις παρ' Εὐριπίδῃ λωτὸς ἀντὶ αὐλοῦ τίθεται. 53. Επιτυτθιον σμικρὸν, οἱονεὶ βρέφος. 56. Δεικανάεσκεν. ἔδειξεν, προύτεινεν. 60. Ξηρὸν ὑπαὶ δείης. εἴσω τοῦ αἵματος συλλεγομένου. Ακράχολον προπετῆ εἰς ὀργήν. 65. χρέως. τὴν συμφορὰν, τὸ συμβεβηκὸς. 69. κατὰ κλωστῆρος. ὡς παρ' Ὁμήρῳ· ὅσσα οἱ αἶσα γινομένῳ ἐπένησε λίνῳ. 72. Περσήϊον αἷμα. Ηλεκτρύων γὰρ αὐτῆς πατὴρ, υἱὸς ἦν Περσέως. 82. Γαμβρὸς δ' ἀθανάτων. τὴν Ἥραν σημαίνει, ἧς θυγατέρα ἔγημε τὴν Ηβην. 87. Κάγκανα. αὖα, ξηρά. 88. ἄχερδον. ἀκανθῶδες φυτὸν, ἐξ οὗ τὰς αἱμασιὰς ποιοῦσι, ἤγουν ἡ ἄπιος ἡ ἀγρία. παρ' Ομήρῳ δὲ κεῖται Οδ. ξ. 94. Καθαρῷ δὲ πυρώσατε δῶμα θεείῳ. οὕτως καὶ Ὅμηρος καθαρτικὸν τὸ θεῖον ποιεῖ· οἷσε θέειον γρηῢ κακῶν ἄκος. 108 Φιλαμμονίδας υἱὸς Φιλάμμονος, τοῦ Φοίβου καὶ Χιόης, τῆς Βορρᾶ καὶ Ωριθύιας Φανοπῆι. τῆς Φανόπης υἱῷ τῆς νύμφης. 127. Ἱππαλίδας ἱππότης. 137. Τυννόν. μικρόν.

AD IDYLLIVM XXV.

Ακέφαλον τουτοὶ τὸ εἰδύλλιον. ὅσα δ' ἐν ἀρχῇ κεῖται, ἀπόκρισίς ἐστι βουκολου πρὸς Ἡρακλῆν, ζητοῦντα περὶ τοῦ Αὐγείου. 9. Ελισοῦντος. τόπος ἐν Ηλίδι, ὀνόματα ταῦτα, τῶν ταῖς ποίμναις εὐκαίρων. 16. εἰαμεναί τε, τοὺς καθύγρους τόπους οὕτω καλοῦσι. 21. Απόλλωνος νομίοιο ὅτι καὶ αὐτὸς τὰς βοῦς ἔνεμε τῷ Αδμήτῳ ὡς Εὐριπίδης Αλκηστίδι. 48. αἰσυμνητής. παρὰ τὸ αἴσιον, οἰκόνομος ὥς που καὶ βασιλεῦσι παροιμιῶδες τοῦτο Αἰσχύλος Πέρσαις ὁμοίως ἔλεξεν· Ομμα γὰρ δόμων νομίζω δεσπότου παρουσίαν. 61. τέτμοιμεν. εὕροιμεν. 83. ἀῤῥηνές. ἄγριον, δυσχερές τὸ δὲ ζάκοτον ὀργίλον, παρὰ τὸ κότος. ἡ δὲ ζα ἐν τῇ συνθέσει ἐντείνει καὶ αὔξησιν παρέχει. 86. πίονα γαῤῥον. οὕτως ἀναγινώσκειν δεῖ, ἵνα καὶ τὸ μέτρον σωθείη.

θείη. ἐσὶ δὲ ἥδυσμα γάλακτος πηγνυμένυ. 131. Αργῆσαι. λευκοί. 151. βασὶ κορωνίσι. κερασοῖς, κερασφόροις 165. Ελίκης ἐξ. Ελίκη Αχαΐας πόλις 174. Αἰγιαλήων Πελοποννησίων. Αἰγιαλεὺς γὰρ τῆς Πελοποννήσου ποτὲ ἦν βασιλεὺς, ὅθεν τοῦνομα τῇ χώρᾳ. 183. κατ' Απίδα. κατὰ τὴν Αχαΐαν. Ἄπις βασιλεὺς ἦν τῶν Αργείων, ἀφ' ἧ ἡ Πελοπόννησος Απία. ὡς καὶ Σοφοκλῆς αὐτὴν καλεῖ Οἰδιπ. Κολ. 200. Φορωνήεσσιν. Φορωνεὺς ὁ Ινάχου, βασιλεὺς Αργείων. ὅθεν τὸ τῇ χώρᾳ ὄνομα. 206. κέρας ὑγρόν. ἤγουν εὐκαμπὲς. 213. εἶθαρ. ταχέως 223. σήραγγα. φωλεόν. 230. Τηϋσίως μάτην. σὺ δὲ τηϋσίην ὁδὸν ἔλθοις, μάταιαν. Ὅμηρος. 240. ἀσώμενος δυσφορῶν. 241. Περιγληνώμενος. παπταίνων, περισκοπῶν. γλήνη γὰρ ὁ ὀφθαλμός. 263. Νωσάμενος. νοήσας.

AD IDYLLIVM XXVI.

Περὶ ταύτης ἱσορίας τὰς Εὐριπίδου Βάκχας ἀνωγίνωσκε. 1. Μαλοπάρηος. λεπτογένειος. 26. Εξ ὄρεος πένθημα. ἐπώνυμος γὰρ τῷ πένθει ὁ Πενθεὺς, εἰς ὃ καὶ ἡ ἀνταπόκλασις τὸ ὀνόματος ἤδε. 33. Δρακάνῳ. Ικαρίας ὄρος.

AD IDYLLIVM XXVIII.

Χοριαμβικὸν τοῦτο τὸ μέτρον. Συσατικὸν δὲ ἡλακάτης τῆς τῇ Νικίᾳ γυναικὶ Θευγενίδι ὑπ' αὐτῆ δωρηθείσης. 3. πόλιν Νείλεω. Μίλητον.

AD IDYLLIVM XXIX.

Πεντάμετρον δακτυλικόν. 3. τὰ κέατ'. ὅσα κεῖνται.

AD IDYLLIVM XXX.

Τοῖς Ανακρέοντος λυρικοῖς παρόμοιόν ἐσι τοῦτο, ὅσον τά τε μέτρα, καὶ τὸ σχῆμα. 7. Ποτανοί. πτηνοί. τοιοῦτοι γὰρ πλάττονται. 19. Ἴψω. ἵπτω τὸ βλάπτω. ἐκακούργεις τὸν μηρόν. 32. Κατεσίναζε. βλάβην μοι τοῦτο ἔφερε. σινᾶσθαι, τὸ βλάπτειν. ὡς ἐν τῷ· φοιτᾷ σινομένα τὰν τρώξιμον.

SCHO-

SCHOLIA LIBRI VIMARIENSIS.

Idyll. 2. 11. ποταείσομαι] προσλαλήσω, ἐπικαλέσομαι. 14. δασπλῆτι] φοβερᾷ. 20. ἐπίχαρμα τέτυγμαι] γέλως γέγονα. 36. χαλκίον] χαλκῆν ἀγγεῖον. 40. χάριν ἐκείνῳ φλέγομαι. 92. ἄντυτο] διήρχετο. S.*) 109. μινυρίζοντα. 110. δαγῦδι] κρυσάλλῳ. S. 116. ὅπᾳ μ' ἐκέλευσας παρεῖναι. 140. πεπαίνετο] ἐρωτικῶς ἐμαλάσσετο. Eustath. Iliad. ζ. 160. ἀραξεῖ] κρύσει, κόψει. S.

Idyll. 3. 3. τὸ καλὸν] κατὰ τὴν ἀδιάβλητον φιλίαν.

IV. 36. ἀπὸ τῆς χηλῆς ἢ τῆ ποδὸς. 39. ὅσσον] τοσοῦτον.

V. 12. ἐτάκευ] ἐφθείρω ὑπὸ φθόνου. 14. ἄκτιον] τὸν ἔχοντα ἱερὸν ἐν ταῖς ἀκταῖς. 25. κίναδος ἀλώπηξ. 31. θάλπεαι] ὑπὸ τῆ πυρὸς φλέγῃ. 50. ἀρνακίδας] δορὰς ἀρνῶν. 58. γαύλως] ξύλινα ἀγγεῖα ἐν οἷς τὸ γάλα ἀμέλγουσι. 71. ἰθύνῃς] νέμῃς, ἐνδώσῃς. S. 115. ὑπηνέμιοι] ἀέριοι. 117. κιγκλίζευ] ἐκινῆ αἰσχρῶς. 133. λαμβάνουσά με ἀπὸ τῶν ὤτων καὶ πρὸς ἑαυτὴν ἐπικλίνουσα. S. 137. φιλεχθὴς] δυσχερὴς.

Id. VII. 37. καπυρὸν] λαμπρὸν, ἡδὺ, μεταφορικῶς. τὰ γὰρ ἔξοπτα τῶν ἐδεσμάτων ἡδύνει τὴν γεῦσιν. S. 42. ἐπίταδες] ἐξ ἔργου. S. 44. πεπλασμένον] δεδημιουργημένον. 55. ὀπτεύμενον] καιόμενον, φλεγόμενον. 56. ῥύσηται] ἀπαλλάξῃ με τῆς ὀπτήσεως. S. 66. φρύξει] ξηρανεῖ. S. 129. τῆς ἐμῆς ᾠδῆς δῶρον φιλικὸν. 131. φρασιδάμω] οἰκήματα. S. 147. ἐχεῖτο, ἀπεχύετο. S. ibid. ἄλειφαρ] ἔλαιον. S.

VIII.

*) Quibus scholiis S. adscriptum est, ea sunt e Stopiano codice, unde caetera sint, non constat.

VIII. 3. ἡ εὐθεῖα πυῤῥότριχος, ὡς ὁ μάρτυρος, ὁ φύλακος. τῶν ἰώνων δὲ τοῦτό ἐστι τὸ τὰς γενικὰς ποιεῖν εὐθείας. S. 14. ἴσον τῇ μητέρι αὐτοῦ. S.

IX. 24. αὐτοφυᾶ] ἐκ φύσεως. S. 27. ἤχησε χαίρων. S.

X. 3. πλατίον] πλησίον. 4. κάκτος] ἄκανθα. 34. τίνος χάριν λεπτὴ ἡ σὴ φωνή. S. 46. κόρθυος] δεσματίου. S. 49. τελέθει] γίνεται. S.

XI. 20. πακτᾶς] τυρᾶ νεωςὶ πεπηγμένα. S.

XVII. 94. σεσαγμένοι] καθωπλισμένοι.

XXII. 34. αἰολόπωλος] ταχύϊππος. 49. ὁλοίτροχοι] ἀντὶ τοῦ ὅλον τροχοειδεῖς καὶ πανταχόθεν ἀσήκτοι. F. V. 75. κόχλῳ γὰρ θαλασσίῳ ἐσάλπιζον πρὸ τῆς σάλπιγγος εὑρέσεως. F. V. 212. ὄκ ἐπ' ἐλαφρῷ] ὄκ ἐστι ῥᾴδιον.

XXV. 163. σφετέρῃσιν] ἐμαῖς. 194. κατὰ σάθμην] ἀτρεκῶς. 221. ὃ μὴν πρὶν πόδας ἔχον] ὃ πρὶν ἔπαυσα.

XXVII. 20. σὺ δὲ ζυγὸν αἰὲν ἀείρεις] ἀγροῖκος εἶ.

XXVIII. 10. πολλᾶ πόνῳ μὲν τελέσεις ἀνδρείῃς πέπλους. 15. ἐβολλάμαν] ἐβλόμην.

Epigr. 4. 3. φάλητι] συκίνῳ αἰδοίῳ F. V. (id est Fulv. Urſin.)

HENRI-

HENRICI STEPHANI NOTAE IN THEOCRITVM.

Idyll. I. 2. ἆ ποτὶ] malim ἀ sine accentu, ut subaudiatur ἥσω.

v. 65. ἄδ' ἀ] in Flor. ἀδέα φωνά.

v. 84. (ἄρχετε βωκολικᾶς, μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς)] Quia hic intercalaris versus omnino interrumpit sententiam, ideo parenthesis notis eum cinxi: quod in aliis non feci, post quos tamen & ipsos saepe illa imperfecta manet.

v. 102. ἤδη γὰρ] in Flor. editione legitur: ἤδη γὰρ φράσδη πανθ' ἅλιον ἄμμι δεδύκην Δάφνις. Quam lectionem comperi ab Eustathio ex parte comprobari, legente itidem haec per infinitivum (sed scribente δεδυκεῖν, non δεδύκην) cum accusativo ἅλιον. Ita enim ille in hunc locum Iliad. υ. ἠέλιος δὲ Οὐρανῦ ἐξαπόλωλε, κακὴ δ' ἐπιδέδρομεν ἀχλύς, hoc, inquit, ἠέλιος ἑρανῦ ἐξαπόλωλεν, quidam non intellexerunt de solis defectu, sed quod procis jam sol deficeret, utpote morituris: sicut Theocritus ἥλιον πάντα δεδυκεῖν λέγει τῷ ἤδη θνήσκοντι. Verum apud eundem in Iliad. χ. legitur: ἐντεῦθεν δὲ ἀναμένος Θεόκριτός φησι τὸ ϑ πάντα τὸν ἥλιον δεδυκεῖν, ἤγεν, ϑ πάσας συντελεσθῆναι τὰς ἡμέρας τῦ ζῆν. Quae verba nisi ex alio Theocriti loco petita sint, (quum tamen alibi legi non recorder) perperam additam habent particulam ϑ. Sed ut ad nostrum locum veniamus, lectionem Flor. edit. probo in eo, quod ἅλιον scribit, & quod infinitivum etiam habet: (sed quem malim cum εῖ scribere, ut apud Eustathium legimus) rursus eandem improbo in eo, quod distinguit post Δάφνις, non ante. Veram enim hanc esse lectionem arbitror: Ἤδη γὰρ φράσδη πανθ' ἅλιον ἄμμι δεδυκεῖν; Δάφνις κ εἰν αἴδᾳ, etc. ut sit: Iamne ergo dicis, omnem solem occidisse? id est: Iamne de vita nostra actum es-

ſe dicis? Iamne extremum vitae diem mihi inſtare ais? Quanquam φράσδῃ malit fortaſſe quispiam exponere: *Putas, Exiſtimas.* Videamus autem, quam belle haec inter ſe cohaereant. Dixerat illi Venus, Tu gloriabaris, fore, ut Amorem ſubigeres: nonne tu contra ab Amore ſaevo ſubactus es? Ex quibus Veneris verbis colligit Daphnis, & eam & ejus filium, Amorem, omnes machinas ad perdendum ipſum adhibuiſſe, adeo, ut ſpes nulla vitae ſuperſit. Reſpondet itaque: Iamne ergo ſolem omnem nobis occidiſſe putas? Quibus verbis ſubjungit: Δάφνις etc. id eſt, Daphnis etiam apud inferos erit acer dolor Amori. Q. d. Atqui, etiamſi mori me contingat, vel ipſa umbra mea vehementes Amori moleſtias exhibebit. Lego autem: Κακὸν ἔσσεται ἄλγος Ἔρωτι, ut legitur in Flor. Hoc ſenſu ſi quis aptiorem norit, proferat: ego certe nullum perſpicio: & quem affert Graecus ſcholiaſtes plane ineptum eſſe puto: ἤδη γὰρ ὁ ἥλιος φράσδει ἡμῖν πάντα, ἤγουν δείκνυσι, φανερὰ ποιεῖ (διὰ τὴν μετὰ τῦ Ἄρεος αὐτῆς μίξιν λέγει, ἣν ἔδειξεν ὁ ἥλιος) δεδύκει ὁ Δάφνις, ἤγουν ἐκλείπει, ἀποσβέννυται. Videamus nunc obſecro, quam fideliter & ipſi interpretes ſenſum hujus loci expreſſerint. Primum igitur Eobanus ita:

Narrat enim Phoebus jamdudum haec omnia nobis.
Deficit hic vero Daphnis, ferturque ſub umbras,
Opprobrium miſeri crimenque futurus Amoris
Longe apud infernas Plutonia regna paludes.

Qui autem ante Eobanum interpretatus erat, ita reddit:

Omnia Phoebus ait nobis tua: decidit (heu heu)
Daphnis, & ad manes duros patietur amores.

Hic certe ne umbram quidem verborum Theocriti fervatam eſſe, mecum (ut ſpero) fatebuntur omnes, qui ea,

ea, quae dixi, conſiderabunt. Sunt autem alii plurimi loci, quorum (etſi non ita depravatorum) ineptiſſimae exſtant & expoſitiones in Graecis ſcholiis, & interpretationes ſive ad verbum, ſive carminibus mandatae. De quibus admonuiſſe ſit in praeſentia ſatis.

v. 103. Δάφνις κεἰν] Quum in proxime praecedente verſu poſita eſſet interpunctio ea, quam ſequuntur Graeca ſcholia, (quorum tamen errorem oſtendi proxime praecedente annotatione) hic itidem poſt Δάφνις diſtinguendum fuerat: verum ſequendo alteram lectionem, quam veram eſſe docui, hac diſtinctione nihil opus fuerit, quum ſecundum eam diſtinguatur poſt ἄμμι δεδυκεῖν. Sed pro Ἔρωτος legere malo Ἔρωτι, ut habet Florent. editio.

v. 150. ὠρᾶν] De hac lectione dubitare nos Euſtathius non ſinit, qui afferens haec comici cujusdam verba, παρετέθη ὑπερήφανος ὀζωσα τῶν ὡρῶν λοπὰς τὸ τῆ πόλει παντὸς ἡμισφαίριον, dicit, hunc videri ita locutum ex Theocriti imitatione, qui πλυθῆναί τι ἔφη πρὸς κράναις ὡρῶν, ἤγουν πρὸς ταῖς κρήναις αὐτῶν τῶν ὡρῶν, ἃς καλὸς ἐστὶ νοεῖν. σεμνύνων ἐκεῖνος ὅτω τὸ καλῶς πλυθέν.

Idyll. II. 30. χ' ὡς δινεῖθ'] In quibusdam editionibus haec verba ἐξ Αφροδίτας junguntur cum praecedentibus: ſed ego, quomodo cum illis jungi poſſint, non video: licet & ipſe Scholiaſtes illam interpunctionem ſequatur.

v. 34. κινήσαι Ῥαδάμανθα] Ex quibusdam veteribus codicibus annotatur Ῥαδάμανθα, ut hic: quum plures tamen habeant ῥ' ἀδάμαντα, & huic lectioni omnes etiam editiones vulgatae aſſentiantur. Sed ego tamen ῥαδάμανθα malui in contextum recipere, quod doctis quibusdam viris magis placere animadvertiſſem: quos (ut opinor) movebat illud potiſſimum, τὸν ἐν ἅδᾳ. Verum (ut libere profitear, quod ſentio) poſtridie, quam

exculus fuit hic locus, mutata ſententia maluiſſem ῥ' ἀδάμαντα receptum eſſe in contextum, at Ῥαδάμανθα margini eſſe adſcriptum. Mihi enim de loco hoc cogitanti venerunt in mentem hi Propertii verſus:

Quum ſemel infernas intrarunt funera leges,

Non exorato ſtant adamante viae.

Huc accedit illud, quod mihi & antea ſcrupulum movebat, καὶ εἴ τι περ ἀσφαλὲς ἄλλο. Neque enim ſatis convenit, ut dicatur εἴ τι ἄλλο σκληρὸν καὶ ἀτέραμνον, vel στερεὸν (id enim ſignificat hic ἀσφαλὲς) pro εἴ τις ἄλλος σκληρός. quod tamen poſt Ῥαδάμανθα ita intelligi conſentaneum eſſet. Sed & illud conſidero, Ῥαδάμανθυν hunc vocari potius, quam Ῥαδάμανθα. Volet autem aliquis fortaſſe huic loco Propertii & Horatianum hunc addere: *Si figit adamantinos ſummis verticibus dira neceſſitas Clavos, non animum metu, Non mortis laqueis expedies caput:* ſed multo accommodatior Propertianus ille videtur ad comprobandam illam apud Theocritum lectionem. Quid Graecus ſcholiaſtes? Utriusque certe lectionis meminit (licet apud eum ῥαδάμαντα male pro Ῥαδάμανθα legatur) ſed ut omittam, eum non bene Rhadamanthum cum Plutone confundere, quum dicit: βέλτιον δὲ τὸν Ῥαδάμανθα ἤγεν τὸν Πλούτωνα λέγειν, illorum certe verborum, καὶ εἴ τι περ ἀσφαλὲς ἄλλο, ineptam hanc & violentam affert interpretationem: καὶ εἴ τι περ στέρεμνον ἔχει τῦ σώματος. quomodo enim obſecro hoc cohaeret? κινήσαις αὐτὸν, καὶ εἴ τι τῦ σώματος μέρος ἔχει στέρεμνον. quaſi vero, qui de toto homine locutus eſt, non de partibus corporis ejus locutus ſit. Ut taceam, ἄλλο ſecundum hanc expoſitionem vacare. Iam vero & ad alteram expoſitionem veniens, nodum in ſcirpo (quod ajunt) quaerit, quum dicit: καὶ εἴτις ἐστὶν ἐν τῷ ᾅδῃ ἀδάμας σκληρότερος ὤν, δηλο-

δηλονότι τῶ παρ' ἡμῖν ἀδάμαντος, καὶ κατὰ μηδεμίαν μηχανὴν μαλάττεσθαι δυνάμενος.

v. 62. καὶ λεγ' ἐπιφθύσδοισα] Eustathius de voce ἐπιφθύζειν nos ambigere non sinit, quam exponit in hoc ipso loco ἐπιπτύειν γοητευτικῶς. Non dubium est autem, quin Dorica dialectus postulet, ut legamus ἐπιφθύσδοισα, non ἐπιφθύζοισα, ut in aliis editionibus. Cujus tamen dialecti idiomata quam male plerisque in locis servata sint, alibi dicemus.

v. 107. ἰδρώς μευ κοχύεσκεν] Pro κοχύεσκεν Flor. edit. habet κοχύδεσκεν: quam lectionem (ut verum fatear) contemsissem, nisi ipsum Eustathium eam sequi vidissem, qui ejusdem verbi usum & in hoc comici cujusdam loco ostendit: αὐτόματοι διὰ τῶν τριόδων ποταμοὶ λιπαροῖς ἐπιπάσοις ζωμῶ μέλανος καὶ ἀχιλλείοις μάζαις κοχυδᾶντες ἐπιβλύζ. Paulo post, ἀπὸ δὲ τῦ κοχυδεῖν καὶ τὸ κοχυδεσκεν εὕρηται, nimirum hunc Theocriti locum denotans. Vult autem κοχυδεῖν dici proprie (sicut & ἀναπιδύειν & τονθολυγεῖν) ἐπὶ τῶν ὑδάτων ποιὸν ἦχον ἀποτελόντων.

v. 127. εἰ δ' ἄλλᾳ] in Flor. ἀλλᾶ, ut παντᾶ. quam tamen scripturam idem exemplar eadem in voce ubique non observat.

v. 140. καὶ ταχὺ χρὼς ἐπὶ χρωτὶ πεπαίνετο] Agnoscit hanc lectionem Eustathius, scribens, ἐκ τῦ πέπον τὸ πεπαίνειν, ὃ μόνον τὸ κοινὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ παρὰ Θεοκρίτῳ λεχθὲν ὡς ἐν λόγῳ σεμνῷ, τὸ ἐπὶ χρωτὶ χρὼς ἐπεπαίνετο, ἤγουν ἐρωτικῶς ἐμαλθάσσετο.

Idyll. III. 18. ὦ τὸ καλὸν ποθορῶσα] Legitur & ποθορεῦσα, ut secundum dialectum Doricam scribendum est potius. Sed hoc semel annotandum duxi, multas regulas, quae de hujus dialecti idiomatis traditae sunt a grammaticis, tam negligenter in toto hoc opere observari, ut ex eo in dubium revocentur potius, quam confirmen-

firmentur. Invenitur enim & κἀμὲ, & κἠμὲ, ſicut κἠγὼ: non ſolum μάτης, ſed & μήτης: itidem non ſolum φίλαμα, ſed & φίλημα, etiam in locis omnino vicinis. Nam in Adonidis epitaphio editiones Flor. Ald. Rom. ita ſcriptum habent: Θνάσκει καὶ τὸ φίλημα τὸ μήποτε Κύπρις ἀποισεῖ. At verſum 13. qui hunc excipit, ita: Κύπριδι μὲν τὸ φίλαμα καὶ ἐ ζώοντος ἀρέσκει. Quanquam ſi editiones hae aliis in locis inter ſe conſentire ſolerent, non equidem hoc exemplum hujus in ſcriptura repugnantiae ex illis proferrem: ſed quum inter ſe plurimis alioqui in locis ſummopere diſcrepent, & Flor. praeſertim editio ab alteris duabus multas lectiones diſſentientes habeat, quae ſenſum etiam omnino variant, quis hic earum conſenſum non miretur? Idem de ϛάθεα & ϛήθεα dicendum. Nam verſus 5. habet ϛήθεα in tribus illis editionibus, verſus 26. habet ϛάθεα in iisdem. Sic quum ε in ω mutare ſoleant Dores, in ejusdem Idyllii verſu 36. recte ſecundum hanc regulam ſcriptum habent illae editiones κναμὼς, at male eaedem δρυμὲς, non δρυμὼς, v. 20. Sic & ὤρεα alicubi, alibi ἄρεα. ut circa finem Idyllii III. ἐν ἄρεσι μᾶλα νομεύων, in tribus illis edit. at initio Idyll. VIII. eaedem κατ' ὤρεα, non ἄρεα. Sic μῶσαι & μοῖσαι hic reperitur: ſic ἐυρῆν & ἐυρεῖν: ſic ἀείδεν, καθεύδεν, & ἀείδειν, καθεύδειν: ſic ὄρνιθες & ὄρνιχες, ſic alia denique multa, quae lectori obſervanda relinquo: talis inconſtantiae culpam a me interim removens.

v. 24. ὤμοι ἐγὼ, τί πάθω, τί ὁ δύσσοος ἀχ ὑπακήεις;] Perſuaſum & habebam antea, & habeo nunc quoque, legendum eſſe: τί πάθω; τί ὁ δύσσοος; ἀχ ὑπακήεις; vel ἀχ ὑπακήεις, ſine interrogationis nota.

Idyll. V. 13. βασκαίνων, καὶ νῦν με τὰ λοίσθια γυμνὸν ἔθηκας] In omnibus editionibus perperam ſcriptum habetur μετὰ λοίσθια pro με τὰ λοίσθια, ut dicitur τὰ πρῶτα, vel potius ταπρῶτα, conjunctum per notam hyphen.

v. 24.

v. 24. ἔρειδε] Pro ἔρειδε ſunt, qui ἔρισδε reponendum putent.

v. 40. μέμναμ'] In Pariſina editione, quae eſt omnium novisſima, tres proxime ſequentes verſus omiſi ſunt, ſed incuria, ut opinor, non certo conſilio. Sed & infra alii omiſi reperiuntur, de quibus in annot. ſeq.

v. 100. σῦκα] In illa eadem editione Pariſina omiſſi ſunt quatuor verſus, qui hunc excipiunt in Ald. Flor. Romana, aliisque omnibus, quae in manus meas pervenerunt, editt. de quibus verſibus idem judico, quod & de illis, de quibus modo dictum eſt. Quis autem aliud judicare poſſit?

Idyll. VII. 85. In quibusdam poſt ἐξετέλλεσσας habetur interrogationis nota.

Idyll. X. 27. ἰσχνὰν, ἁλιόκαυσον· ἐγὼ δὲ μόνος μελίχλωρον] Scholiaſtes legiſſe videtur μελίχρων, licet ejus ſcholiorum editio habeat μελίχλωρον, ut hic. exponit enim ἐσκυῖαν κατὰ τὸ χρῶμα μέλιτι. Lucretii certe teſtimonio lectionem hanc confirmare poſſumus: in cujus quarto libro verſus hos legimus:

Nec ſua reſpiciunt miſeri mala maxima ſaepe.
Nigra, μελίχρωος eſt: immunda & foetida, ἄκοσμος.
Caeſia, παιλάδιον: nervoſa & lignea, δοχκάς:
Parvola, pumilio, χαρίτων μία, tota merum ſal:
Magna atque immanis, κατάπληξις, plenaque honoris:
Balba, loqui non quit, τραυλίζει: muta, pudens eſt.
At flagrans, odioſa, loquacula, λαμπάδιον fit:
Ἰσχνὸν ἐρωμένιον tum fit, quum vivere non quit
Prae macie: ῥαδινὴ vero eſt jam mortua tuſſi.
At gemina & mammoſa, Ceres eſt ipſa ab laccho:
Simula, σιλήνη ac ſatyra eſt: labioſa, φίλημα.

Totum autem locum ideo protuli, ut non ſolum μελίχρωον, ſed ῥαδινὰν etiam & ἰσχνὰν, (quae & ipſa legi-

mus hic apud Theocritum) ibidem inveniremus. Sed apud Theocritum non ignoro aliter etiam, quam μελίχρους, legi: videlicet μελάγχρες (quod diſſolvendum eſt in μελάγχροος, ut ſtet verſus) & μελάγχλωρος & μελίχλωρος. Quod ad μελάγχρες attinet, ideo non probatur, quod, qui nigram μελάγχρων vocaret (id eſt, nigricolorem, ſi hoc uti vocabulo licet) in hac appellatione mutaret duntaxat linguam Latinam in Graecam, vitium autem non extenuaret: ut tamen in caeteris vocibus Graecis, quae a Lucretio poſitae ſunt, vitii extenuationem perſpicimus. At μελάγχλωρος ideo quibusdam placet, quod apud Platonem libro Polit. V. legatur: ſed quod ibi additur, ſuſpectam illam vocem reddit. Ita enim locus ille habet: μελαγχλώρες δὲ καὶ τέννομα οἴει τινὸς ἄλλο ποίημα εἶναι ἢ ἐρασῦ ὑποκοριζομένυ τε καὶ εὐχερῶς φέροντος τὴν ὠχρότητα, ἐὰν ἐπὶ ὥρᾳ ἦ; nam χλωρὸν quidem cum ὠχρὸν interdum confundi ſcio, ut videmus; χρυσὸν modo χλωρὸν, modo ὠχρὸν vocari, (cujus ὠχρότητος cauſam eſſe hanc dixit quidam, quod a multis inſidiatoribus ſibi timeret.) Et ne vel apud Latinos ipſos novum videatur, aurum vocari pallidum, (quod potius fulvum vel rutilum vocari conſuevit) obſtat, quod legimus apud Ovidium Metam. libr. XI.

Non alta fronde virentem
Ilice detraxit virgam: virga aurea facta eſt.
Tollit humo ſaxum: ſaxum quoque palluit auro.

Ut autem auro, ſic & buxo pallorem ab eodem poëta tribui videmus, eodem libro — *buxoque ſimillimus ora Pallor obit.* Et libro IV. ejusdem operis — *oraque buxo Pallidiora gerens.* Sed & apud obſceni carminis auctorem legimus: *Uvis aridior puella paſſis, Buxo pallidior novaque cera.* Quod ſi quis me roget, an itidem albedinem exiſtimem tribui poſſe auro, quum albeſcere metu

metu pro palleſcere metu dicatur, nequaquam hanc μετάληψιν itidem admittendam dixerim. hoc enim conſtat, quum aurum pallidum & buxum pallidum vocamus, magis haberi rationem caeterorum colorum, ex quibus compoſitus eſt pallor (& flavi praeſertim) quam albi. Ad hanc autem colorum velut permixtionem alludens Propertius dixit:

Quis te cogebat multos pallere colores,
Et fletum invitis ducere luminibus?

Sed enim haec non eſſe ſubtiliter examinanda, ex eo etiam apparet, quod poëtae, quem metu vehementi perculſum, alibi pallere, alibi albeſcere dicunt, colorem amiſiſſe alibi dicere ſolent: quaſi pallor ille dubius ſit quidam color, qui pro nullo haberi debeat. Exempla ſunt apud Ovidium plurima, ut Metam. III. *Ille diu pavidus pariter cum mente colorem Perdiderat.* Sic Art. libr. I. *Et color & Theſeus & vox abiere puellae.* & in libr. II. *& miſerae voxque colorque fugit.* Ex his ſatis patere exiſtimo, non haberi ſemper exactae colorum differentiae rationem, ſed interdum eum colorem, cujus aliqua portio alii permixta eſt, pro eo poni, cui permixtus eſt. Quo minus mirandum eſt, (ut ad μελάγχλωρον revertar) hic χλωρὸν a Platone pro ὠχρὸν accipi, eodem modo, quo ab Homero paſſim acceptum fuiſſe videmus, ut Iliad. κ. χλωρὸς ὑπαὶ δείσας. Et Iliad. ρ μάλα γὰρ χλωρὸν δέος αἱρεῖ. Et aliquoties — ἐμὲ δὲ χλωρὸν δέος ἕξει. In quos locos Euſtathius nihil affert, quod nobis nodum expediat: tantum alicubi tradit, quosdam, quod viderent, χλωροὶ accipi pro ὠχροὶ, exiſtimaſſe, ὠχρὸν derivari a χλωρὸν, tranſpoſita litera ω. & ablata λ. Idem vero alibi tradit, non poſſe, exacte & ſine catachreſi loquendo, χλωρὸν poni pro ὠχρὸν, eo ſenſu, quo χλωρότης tribuitur auro: ſed intelligendum eſſe per χλωρὸν, eum, qui buxeo quodam

colore tinctus sit: unde, inquit, jocantes veteres hominem quendam buxeum appellarunt. Ejus verba sunt, in Iliad. κ. ἄλλως μέντοι πρὸς ἀκρίβειαν ἀκατάχρηστον ὁ ὠχρὸς ἐκ ἂν ὀρθῶς πάνυ λέγοιτο χλωρὸς κατὰ τὸ ἐν χλωρότητι χρυσίᾳ, ἀλλὰ μᾶλλον ὁ πυξοειδῶς κεχρωσμένος. ἀφ' ἧ πυξινός τις ἔσκωπται ἄνθρωπος παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Et paulo ante narraverat, hunc Homeri versum, Οἵη περ φύλλων γενεή, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν, festive fuisse usurpatum de quibusdam, qui essent χλωροὶ ex morbo, vel κατά τινα φυσικὴν κρᾶσιν. Quae mihi videor apud Athenaeum legisse: sicut & de illo, qui ingressus civitatem quandam, dixit, miram esse civitatem, in qua mortui ambularent, ἔνθα οἱ νεκροὶ περιπατῶσι, (nisi me fallit memoria, ex qua sola horum pleraque petere angustiae temporis me cogunt) quod plerisque color hic ineesset. Quid quod idem Homerus mel ipsum χλωρὸν itidem appellavit? An & hic χλωρὸν pro ὠχρὸν, id est, pallidum, accipiemus? Eustathius certe non solum exponi posse ὠχρὸν, sed ὑγρὸν etiam, vel τὸ πρόσφατον, ἤτοι νεοτεύχητον, testatur. Sed jam exemplorum plus satis: in quibus ineptissime fecerit, qui χλωρὸν ad verbum reddiderit viride. Non dubito autem, quin mihi assensuri sint lectores, hoc, quod paulo ante dixi, repetenti, non haberi videlicet exactae colorum differentiae rationem, sed nonnunquam colorem nomen accipere ex eo, quod illi permixtum apparet, quum alioqui non sit omnino talis illius color: ut si, quod sub alio colore aliquid nigredinis prae se ferat, & nigricans sit, vocemus nigrum. Sed quod ad aurum attinet, quod & ipsum χλωρὸν vocari diximus, in eo aliud considerandum, quam in aliis: nimirum non eundem in omni auro colorem cerni, sed aliquod esse, quod fulvum ex viridi, aliud, quod viride ex fulvo sive flavo videri possit: ut in hoc exemplo interpretationem illam χλωρᾷ mihi permittam, quam alioqui perineptam in caeteris

teris esse dixi. At quidam tamen hujus χλωρὸς significationis tam in hoc, quam in aliis exemplis aliam rationem reddunt. Ajunt enim, esse metaphoram ab herbis, quae, dum arescunt, flavescunt & pallescunt. Sed objectio haec in promtu est, herbas, quum arescunt, non jam vocari χλωράς. Aliorum tamen esto de his judicium. Ego certe, quum in hunc sermonem incidissem, qui mihi occasionem de his scribendi praebebat, eam minime praetermittendam, sed quae alibi de his scripseram, ea exemplis tuenda existimavi, quod alioqui a quibusdam reprehendi audirem. Porro, quum vox illa μελάγχλωροι, non solum χλωρὸς, sed μέλανος etiam significationem inclusam habeat, qui fiat, ut Plato in expositione, ὠχρότητος duntaxat meminerit, aliis quaerendum relinquo: quorum etiam examini hanc, quam afferam, rationem lubens offerò: ideo meminisse tantum χλωρότητος, quod de iis loquatur, qui nigricantem tantum χλωρότητα habeant, vel χλωρότητα, cui minimum μελανίας admixtum sit.

Ad tertiam venio μελίχλωρος. Eam qui tueri volunt, hunc Theocriti locum proferunt, ex quo nos contra eam expungendam esse contendere possumus, vel ipsius scholiastae auctoritate freti: qui ait: μελίχρων δὲ, ἤγουν ἐοικυῖαν κατὰ τὸ χρῶμα μέλιτι, τετέσι σιτόχρων· τοιοῦτον γάρ ἐσι καὶ τὸ χρῶμα τῆς σίτου, ὡς καὶ τῆς μέλιτος. Quod vero sequitur apud eundem, ἤ, οἱ μὲν ἄλλοι σύρον σε καλοῦσιν, ἐγὼ δὲ μελίχλωρον, οἷον μελανοχρῶτα ἠρέμα καὶ ὑ λίαν μέλαιναν, mendo (ut opinor) non caret. Haec enim expositio neque voci μελίχλωρον (quae ibi habetur) neque alteri μελίχρων (pro qua versus exigit μελίχρωον) convenire posse videtur, sed expositio esse aut τῆς μελάγχλωρον, aut τῆς μελάγχρωον. Nisi dicamus, scripsisse scholiasten μελίχρωον posteriore loco (sicut paulo ante habemus apud eum μελίχρων) quod depravatum sit in μελί-

χλωρον: & eum intellexiſſe μελανοχρῶτα ἠξέμα, id eſt, τὴν τῦ μέλιτος ὠχρότητα ἔχουσαν, ὀλίγῃ τινὶ μελανίᾳ συγκεκερασμένην, vel ἀναμεμιγμένην. Qui autem μελίχλωρον retinent, interpretantur: Quae eſt pallore ſubviridi, qualis eſt mellis color. Certe (ut tandem finem faciam) quicquid apud hunc legatur, idem & apud Platonem ac apud Lucretium legendum crediderim. Sed hoc addo, ſi eam lectionem & expoſitionem ſequamur, quae extenuet illam, quam alii tribuebant huic puellae, nigredinem, videri, legendum potius μόνον, quam μόνος ut ſi (verbi gratia) quis dicat puellae: Alii, te nigriorem eſſe pice, judicant, at ego contra te tantummodo fuſcam eſſe judico.

Idyll. XI. 21. μόσχω γαυροτέρα, φιαρωτέρα ὄμφακος ὠμᾶς] Lectio margini adſcripta ſumta eſt ex editione Romana. Notandum eſt autem, Ovidium, qui hunc locum multo fuſius tractavit, repugnante huic comparatione uſum eſſe. Quum enim Theocritus dixiſſet, φιαρωτέρα ὄμφακος ὠμᾶς, aut, ſecundum illam alteram ſcripturam, σφριγανωτέρα, ille dixit contra, *matura dulcior uva.* Sed fortaſſe rem non ingratam lectori faciam, ſi totum illum locum ex ejus Metam. libro XIII. ſumtum huc transferam. Haec igitur ibi legimus:

Candidior folio nivei Galatea liguſtri,
Floridior prato, longa procerior alno,
Splendidior vitro, tenero laſcivior hoedo,
Laevior aſſiduo detritis aequore conchis,
Solibus hybernis, aeſtiva gratior umbra,
Nobilior pomis, platano conſpectior alta,
Lucidior glacie, matura dulcior uva,
Mollior & cygni plumis, & lacte coacto:
Et (ſi non fugias) riguo formoſior horto.

Saevior

Saevior indomitis eadem Galatea juvencis,
Durior annosa quercu, fallacior undis,
Lentior & salicis virgis & vitibus albis:
His immobilior scopulis, violentior amne,
Laudato pavone superbior, acrior igne,
Asperior tribulis, foeta truculentior ursa,
Surdior aequoribus, calcato immitior hydro:
Et (quod praecipue, si possem, demere vellem)
Non tantum cervo claris latratibus acto,
Verum etiam ventis volucrique fugacior aura.

Vel hi versus argumento esse possunt, quam felici praeditus ingenio hic poëta fuerit: quod non dubium est, quin aemulationis studio provocatus, ostentare hic voluerit. Quod autem ad lectiones illas attinet, eam, quae in contextum a nobis recepta est, agnoscit scholiastes, videlicet φιαρωτέρα, & exponit σκληροτέρα.

Idyll. XIII. 34. λειμὼν γάρ σφιν ἔκειτο, μέγα σιβάδεσσιν ὄνειαρ] In Ald. editione legitur: λειμὼν γάρ σφιν ἔκειτο, μέγας σιβάδεσσιν ὄνειαρ. quae lectio quum stare nullo modo posset, quidam mutata interpunctione ita legerunt: Λειμὼν γάρ σφιν ἔκειτο μέγας, σιβάδεσσιν ὄνειαρ. Sed Flor. & Romanam editiones sequi debemus, quae illam tertiam lectionem habent in contextum a nobis receptam: Λειμὼν γάρ σφιν ἔκειτο, μέγα σιβάδεσσιν ὄνειαρ. Est autem μέγα ὄνειαρ σιβάδεσσιν, ὁ μεγάλην ὄνησιν πρὸς σιβάδας παρέχων. Scholiastes tamen videtur & ipse male junxisse μέγας cum λειμών. quippe qui haec verba separatim exponat: σιβάδεσσιν ὄνειαρ, ἦγεν ταῖς κοίταις ὠφέλειαν.

v. 35. ἔνθεν βάτομον ὀξὺ βαθὺν δ' ἐτάμοντο κύπειρον] Legendum existimo βαθύν τ' ἐτάμοντο.

v. 36. ἐπιδόρπιον] In editione Parisina ἐπὶ δόρπιον: quam lectionem alicujus παραδιορθώσει acceptam fero, quum

quum in ſuperiobus editionibus recte legatur ἐπιδόρπιον una voce.

Idyll. XIV. 22. Οὐ φθεγξῇ· λύκον εἶδες. ἔπαιξέ τις, ὡς σοφὸς εἶπεν] Praeter hanc lectionem, & illam, quae margini adſcripta eſt, reperitur & tertia, poſita videlicet interrogationis nota duntaxat poſt ἃ φθεγξῇ, non item poſt λύκον εἶδες. Sed aliis antefero eam, quae eſt in margine. Quod autem ad ſequentia verba attinet, malim interpunctionem, quae eſt poſt τις, ponere poſt σοφὸς, ut ſit: ἔπαιξέ τις ὡς σοφὸς, εἶπεν: pro, εἶπεν, ἔπαιξεν ὡς σοφός τις, ſub. ὤν. Totum autem locum meo modo interpretabor, paulo altius repetens: *Et nos quidem confabulantes compotabamus, ut inter nos convenerat: at illa ne verbum quidem me praeſente. Quid mihi tunc animi fuiſſe putas? Non loqueris? Lupum vidiſti? dixi. Iocatus eſt perinde ac ſolers quispiam, reſpondit: & ſic exarſit ira, ut lucernam accendere ab ea poſſes.* Q. d. Simulatque illa verba protuli, illa irridens reſpondit, me mihi valde ob hoc dicterium placuiſſe, tanquam magnum ingenii acumen eo indicantem. Sed per tertiam perſonam loquitur, ut dicitur *iſte* a Latinis per contemtum. Hoc autem de lupo ambigue dictum eſſe tradit ſcholiaſtes, vel quod Cyniſca Lupi amore capta eſſet, vel quod ii, qui repente a lupo conſpecti ſunt, obmuteſcere putentur. Sed hic praepoſtero dixit ordine non: *Num a lupo conſpecta es?* ſed: *Num lupum conſpexiſti?* Hactenus ſcholiaſtes: qui quod ait de obmuteſcentibus ob lupum, a quo conſpecti ſint, proverbio etiam tritum eſſe ſcimus, atque adeo vel ex illo Virgilii loco notiſſimum: — *vox quoque Moerim Iam fugit ipſa: lupi Moerim videre priores.* Verum noſtrum hunc Aeſchinem ad rivalis Lupi nomen alluſiſſe, jocantem ex ambiguo, ſequentia oſtendunt apertiſſime. Sed expoſitio ſequentium, quam affert ſcholiaſtes, minime placet: ἡ Κυνίσκα φησὶ πρὸς τὸν εἰς αὐτὴν παίξαντα ὡς σοφός

σοφός τις. quasi hic sit sensus horum verborum: ἔπαιξέ τις ὡς σοφὸς εἶπεν. *quum quidam e nobis ita jocatus esset, eum solertem* [vel argutum, aut ingeniosum] *esse dixit.* Unum miror, quomodo scholiastes, hunc sensum sequens, junxerit τις cum σοφὸς, quod jam necesse fuerat jungere cum ἔπαιξε, quod dicat πρὸς τὸν εἰς αὐτὴν παίξαντα, tanquam de incerto. Sed fortasse putavit, sibi licere, (quod non licebat tamen) bis illam particulam accipere. Verum quandoquidem ad hanc disquisitionem veni, ad eam aliquam etiam ex praecedentibus revocabo. Primum igitur non placet, quod idem scholiastes ἔδει μόνον ὥ τινος εἰπεῖν, exponit, ἔδει μόνον εἰπεῖν, ὅ χάριν ὁ οἶνος ἐχεῖτο, id est, in cujus gratiam vinum funderetur; puto enim, simplicius accipiendum esse, ἔδει μόνον εἰπεῖν ὅ τινος ἤθελε πιεῖν. Neque enim, quod de certo vini genere locutus est, obstat, quin intelligamus, fuisse appositа & alia vini genera. Quod autem paulo post dicit in hunc versum: Ἁ δ' ὐδὲν παρεόντος ἐμεῦ, videlicet αὕτη δὲ ἡ Κυνίσκα δηλονότι ὐκ ἔπιε παρεόντος ἐμεῦ similiter displicet, quum praecedat, ἄμμες μὲν φωνεῦντες ἐπίνομες, unde multo commodius accipi possit ἐφώνει a φωνεῦντες. Et quod subjungit, ὐδὲ ἀποκρίσεώς με ἠξίωσεν ἐν τῷ ἐπιχεῖσθαι αὐτῇ κυάθους, tanquam certum affert, quum tamen ex conjectura duntaxat habeat. Sed (quod tertium omiseram) ad hunc sensum jam detorserat illud φωνεῦντες, explicans ὀνομάζοντες ἕνα ἕκαστον. Verum haec ut extemporanea tamen & ἀμελέτητα a me accipi velim, meam duntaxat sententiam ob ter declarante, ea quidem certe lege, ut meliorem proponentes sequar. Illud autem (ut & hoc obiter dicam) τίν' ἔχεν με δοκεῖς νῦν; id est, (verbum e verbo) quod legimus apud Ovidium in Epistola Canaces ad Macareum: *Quid mihi tunc animi credis fuisse?* Plenus autem versus ita habet: *Quid mihi tunc animi credis, germane, fuisse?* Sic Metam. libr. V. *Quid mihi tunc animi*

miserae fuit? anne quod agnae etc. Et libr. VII. *Quid mihi tunc animi fuit, aut quid debuit esse?* Et alio quodam libro (qui quotus sit, non recordor) ludens in voce *animus: Quid mihi tunc animi (si non timor abstulit omnem Sensum, animumque) fuit?*

v. 23. κἦφθα] Ita legendum esse κἦφθα, vel potius χἦφθα, (non, ut habent vulg. editiones κἦφατ' ἔτ') ex scholiaste discimus, nos multum hoc saltem in loco juvante. καὶ ἅμα, inquit, ταῦτα εἰπεῖσα, καὶ μνησθεῖσα τῆ Λύκη, ὅτως ἐφλέγετο, ὡς καὶ λύχνον εὐκόλως ἀπ' αὐτῆς ἅψαι.

v. 28. μάταν εἰς ἄνδρα γενειῶν] Ut hic, μάταν εἰς ἄνδρα γενειῶν, sic in alio ejusdem poëtae loco, (nisi memoria fallit) Ὅμοι τῶ πώγωνος, ὃν ἀλιθίως ἀνέφυσα.

Idyll. XV. 4. ὦ τᾶς ἀδεμάτα ψυχᾶς] Non mihi tantum, sed & aliis multis suspecta fuit (& merito quidem) vox ἀδεμάτα, vel potius ἀδεμάτω, ut habet Flor. editio. Quum autem dico, vel potius ἀδεμάτω, terminationis duntaxat rationem habeo, quae magis Dorica est, alioqui enim de significatione pariter ambigo. Nec vero imaginari possum, quo respiciens Eobanus haec quatuor Graeca verba: Ὦ τᾶς ἀδεμάτα ψυχᾶς hoc versu reddiderit: *Heu furor, o fatui quanta est insania vulgi!* Notissima quidem certe est nominis δέμας significatio, sed quid ἀδέματον, quod inde deductum fuerit, significare possit, non mihi soli, sed & aliis multis ignotissimum esse scio. Inveni autem & aliam lectionem ex veteribus codicibus annotatam ἀδαμάντα, sed quam ne margini quidem adscribere dignatus sim. Viderint tamen alii, an ex ea elicere aliquid possint. Ad me certe quod attinet, non video, quid aptius reponi possit, & minori cum mutatione, quam ἀλεμάτα. ut illa, quae haec dicit, stultitiae seipsam accusat, quod, dum pompae nihil ad se pertinentis spectatrix esse vult, stulta curiositate inducta,

ducta, in discrimen vitae venerit. Quam autem & facilis & frequens sit lapsus literae δ in λ, alibi docui.

v. 8. ταῦθ' ὁ πάραρος] Hanc vocem Eustathius quoque agnoscit, (ut eam nemo suspectam habeat) & exponit: τὸν μὴ φρενήρη. ταυτὸν δ' εἰπεῖν, μὴ εὖ ἀρηρότα κατὰ νῶν, ἀλλὰ ψευδόμενον τὴν νοερὰν ἁρμονίαν, καὶ παρατετραμμένον τῶ ὅτως ἀρηρέναι. Idem exponens illum versum Iliad. ψ. ἐπεὶ ἔτι παρήορος ἠδ' ἀεσίφρων Ἤσθα πάρος, ait, παρήορος hic idem significare, quod πάραρος apud Theocritum: & hoc esse non ab ἀείρω, sed ab ἄρω, id est, ἁρμόζω: ut sonet ὁ παρηρμοσμένος. Plura vide ibidem. Ego certe πάραρος id esse puto, quod Parisiis dicimus *doualin* vel *grand doualin:* quod voce Latina vix posse reddi existimo. Sic & quod proxime sequitur ἐπ' ἔσχατα γῆς, respondet hyperbolae nostrae proverbiali in eadem re: *Il est venu demeurer au bout du monde*, de eo qui aedes habet in ultima parte urbis. Quin etiam quod proxime sequitur, ἰλεὸν, ἐκ οἰκησιν, itidem dici solet per contemtum de parva domo, & quae commode propter angustiam habitari nequit. *Ce n' est qu' un trou.* Sic & alia multa in hoc idyllio observari possunt, cum consuetudine sermonis Gallorum, vel Gallarum potius, mire congruentia, ac praesertim vulgi.

v. 7. Sunt, qui pro ἔμ' reponendum putent μεῦ. quibus facile assentior.

v. 11. μὴ λέγε τὸν τεὸν ἄνδρα φίλα τοιαῦτα Διώνα] In Florent. editione legitur: μὴ λέγε τὸν τεὸν ἄνδρα φίλα Δίωνα τοιαῦτα. Quae lectio mihi placet, quod Diona nomen esse non possit ejus mulieris, quam alloquitur, quum Gorgo vocetur: accipere autem pro Venere per obtestationem, duriusculum videatur. quem tamen sensum secutus Eobanus, vertit: *Per Venerem, ne tanta tui malefacta mariti Dixeris.*

v. 20. ἅπαν ῥύπος] Euſtathius non ῥύπος, ſed ῥύπον ſcribit. Poſtquam enim dixit, ex ἡ κέλευθος fieri τὸ κέλευθον per metaplaſmum, addit, fieri multa hujusmodi. ita enim poëtas μηρὸς appellare μηρὰ, & ῥύπα, quod alii ῥύπες: ut & Theocritus ἅπαν ῥύπον dixit.

v. 24. ὀλβίῳ Legitur etiam ὀλβίω, ut ſit pro ὀλβίῃ, & tum erit ἔλλειψις, qualis quum dicitur ἐν διδασκάλῳ, & εἰς διδασκάλῳ.

Idyll. XVII. 104. ὣ ἔπι πάγχυ] Non dubito, quin reponi debeat ἐπιπάγχυ, id eſt, *omnino.*

v. 131. 132. μῦνος ὅδε προτέρων τοκέων ἔτι θερμὰ, κονίῃ σειβόμενος καθύπερθε, ποδῶν ἐκμάσσεται ἴχνη], Quid? ſi κονίης σειβόμενος καθύπερθε legamus, ut ſit: μῦνος ὅδε προτέρων ἐκμάσσεται ἴχνη ποδῶν τοκέων ἔτι θερμὰ, σειβόμενος καθύπερθε κονίης, ut ſit ſenſus: Hic ſolus ex omnibus, quos ſuperiora ſaecula tulerunt, inſiſtit veſtigiis parentum recentibus atque adeo adhuc calidis. Id eſt: Statim poſt obitum ſuorum parentum, illos ſibi pro exemplari in omnibus ſuis factis proponit, & ad eorum laudes adſpirat atque contendit. Iungo autem προτέρων cum μῦνος potius, quam cum τοκέων, ut ſit ὅδε μῦνος προτέρων, id eſt: (ut interpretatus ſum) *Solus hic ex omnibus, quos ſuperiora ſaecula tulerunt.*

Idyll. XX. 25. ὄμματά μοι δ' ἆρ' ἦεν χαροπώτερα πολλὸν Ἀθάνας] Vox γλαυκᾶς, quae in hac lectione habetur, ὄμματά μοι γλαυκᾶς χαροπώτερα, etc. ex margine irrepſiſſe exiſtimatur.

v. 27. μελικήρῳ] Sunt, qui pro μελικήρω reponendum putent μέλι κηρῷ.

v. 29. πλαγιαύλῳ] Pro πλαγιαύλῳ Ald. exemplar habet πᾶσι αὔλω, Romanum πανναύλῳ, Flor. παγιαύλῳ, Pariſ. poſtremum παναύλῳ. Eſſe autem legendum πλαγιαύλῳ, (ad quam lectionem nullum propius accedit, quam Florentinum) ex illo verſu patet Ὡς εὗρε πλαγίαυλον

λον ὁ Πὰν, ὡς αὐλὸν Ἀθάνα, in Bionis idyllio, cujus initium: Ἀ μεγάλα μοι Κύπρις.

v. 31. τὰ δ' ἀσυκά μ' ὄκ ἐφίλασεν] Vidi, qui ſuſpecta haberent haec verba: τὰ δ' ἀσυκά μ' ὄκ ἐφίλασεν: ſed ego minime ſuſpecta habeo. Puto enim, vel ſubaudiri χείλεα (ut initio idyllii dictum eſt: ἀλλ' ἀσυκὰ χείλεα θλίβειν) vel τὰ ἀσυκὰ plurali numero & neutro genere per contemtum dici; ita tamen, ut ſubaudiri χείλεα malim.

Idyll. XXI. 5. ἐφιζάμεναι] In vulg. editionibus, praeterquam in Flor. (quae nobis aſſentitur) ſcriptum eſt ἐπιζάμεναι. Sunt autem, qui pro ἐφιζάμεναι legi etiam poſſe exiſtiment ἐφιπτάμεναι.

v. 17. παντᾶ] Pro παντᾶ Florent. editio habet πάντη, caeterae πενία perperam.

v. 26. Ἀσφαλίων, μέμφῃ] Pro Ἀσφαλίων μέμφῃ ſunt, qui legendum ſuſpicentur: ἄ φίλε μὴ μέμφῃ.

v. 42. μεμαῶτα] Sunt, qui reponendum putent βεβαῶτα, pro μεμαῶτα. quam & ego veram lectionem eſſe puto.

v. 44. καί τις τῶν τραφερῶν] Non dubito, quin ita ſcripſerit Theocritus, dicens τὰ τραφερὰ pro ἡ τραφερή: ut apud Homerum ἐπὶ τραφερήν τε καὶ ὑγρήν.

v. 51. καὶ νύξῃ χαλεπῶς] Quidem reponunt: Μὴ νύξῃς χαλεπῶς.

v. 52. ἤνυσ' ἰδὼν] Aſſentior omnino iis, qui ἤνυσα δ' ὧν legunt.

Idyll. XXII. 16. ἀῤῥήκτοισι] Nonnulli reponunt ἀρητοῖσι, id eſt, exſecrandis.

v. 44. ἔνθα] Inter hunc verſum Ἔνθα δ' ἀνὴρ, & proxime ſequentem, deſunt in Aldina editione quadraginta ſeptem. Sequitur enim ibi hic verſus: Ἥρως, κρατερὸν Πολυδεύκεα θαρσύνεσκον, mutato etiam perperam ἥρωες in ἥρως, ut conveniret cum praecedentibus. In eadem

editione clauditur hoc idyllium verſibus octo ſumtis ex Helenes epithalamio, pro quibus omiſi ſunt alii triginta octo verſus.

v. 59. τοῖόσδ' οἷος ὁρᾷς] In Flor. & Rom. Τοιοῖδ' οἷοι ὁρᾷς.

Idyll. XXIII. inſcript. Ἐρασὴς, ἢ Δύσερως] In Romana editione inſcribitur ἐρασὴς, in Flor. δύσερως: at in Ald. μισῶν φιλέοντα.

v. 5. ποτὶ παιδία] Quidam pro ποτὶ παιδία reponendum putant ποτικάρδια, quae conjectura mihi probatur.

v. 15. ἦ καλὸς ἐξόρπαξ ἐρεθίζετο μᾶλλον ἐρασάς.] Legendum crediderim, ἦς καλὸς· ἐξ ὀργᾶς δ' ἐρεθίζετο μᾶλλον ἐρασάς. ut ſit ſenſus: *Sed quamvis haec ita ſe haberent, pulcher erat: atque adeo amator magis ad amorem ab illa ira ſtimulabatur.* Id eſt: Non deſinebat pulcher eſſe judicio amatoris, qui tantum abeſt, ut iracundae inſolentiae pertaeſus ab amore deſiſteret, ut contra inde magis accenderetur, juxta illud:

Ὕβρις ἔρωτας ἔλυσε μάτην, ὅδε μῦθος ἀλᾶται·
Μᾶλλον ἐμὴν ἐρέθει ὕβρις ἐρωμανίην.

v. 16. λοίσθιον ἐκ ἤνεικε τὰ σύμφορα τᾶς Κυθερείας] Pro his verbis, ἐκ ἤνεικε τὰ σύμφορα τᾶς, in Ald. & Flor. legitur: δ' ἐκ ἔνι καὶ τοσαμφαότατος. At in Romana: ἐκ ἀνένεκε τὰ δάκρυα τᾶς, etc. Sed lectio, quae eſt alioqui corruptiſſima, veſtigia verae lectionis retinuit. Nam eſt ἔνι καὶ pro ἤνεικε, & τοσαμφαότατος pro τὰ σύμφορα τᾶς.

v. 21. 22. ἐκ ἔτι γάρ σε Κῶρε θέλω λυπῆν κεχολωμένον.] In Rom. ἐκ ἔτι πάρ σε Κῶρ' ἐθέλω λύπης κεχολωμένος: In Ald. mendoſius etiam poſito ποχολωμένος pro κεχολωμένος: at Flor. ſecuti ſumus.

v. 24. λᾶθος] Sunt, qui pro λᾶθος legendum putent λάθας, ut ſit: ἔνθα τὸ φάρμακον τὸ λάθας.

Idyll.

Idyll. XXV. 22. ἱερὸν ἀγνὸν] Pro ἀγνὸν sunt, qui ἄλσος legendum suspicentur.

v. 95. ἐπιβσκόλι ἦει] In edit. Rom. ἐπὶ βσκόλος ἴκει: in Flor. ἐπὶ βσκόλι ἦει. Sed non dubium est, quin hic scriptum fuerit ab auctore ἐπιβσκόλι, ut in primo versu hujus idyllii ἐπιβσκόλος: quod tamen & ipsum in quibusdam male dividitur in ἐπὶ βσκόλος.

v. 271. ἄπνευσον] In Florent. & Rom. ἄμπνευσον. quem errorem ortum esse puto ex verbo ἀμπνευθῆναι, quo clauditur versus 263.

Idyll. XXVI. 15. ἐξαπίνας ἐπιῦσα· τὰ δ' ἀχ] Fortasse δ' expungendum est, & ponenda simplex hypodiastole post ἐπιῦσα.

Idyll. XXVII. 2. μᾶλλον ἔμ' ἤδ'] Quis non miretur, & in hoc versu, quum caetera omnia Dorice sint scripta, tamen ἤδ' non ᾆδ' omnes uno consensu editiones habere? Sic paulo post ἠδέϊ, & κοτίνυς, atque alia.

v. 8. τάχα γάρ σε] Pro γάρ σε malim γάρ τε.

v. 9. Ἁ σαφυλὶς σαφὶς ἐσι, καὶ ἁ ῥόδον αὖον ὀλεῖται] Editio Romana, aliaeque vulgatae, quas vidi, (praeter Florentinam) non habent ἁ. quae tamen particula mihi non ad versus solum mensuram, sed & ad sensum necessaria visa est: ideoque libenter Florentinam secutus sum. Sed & ex ejusdem solius auctoritate duos hos versus duabus personis partitus sum, quum aliae illos una cum proxime praecedente versu sub Daphnidis persona continuarent: turbato deinceps personarum ordine. Non dubito autem, quin negatio ab iis ipsis expuncta sit, qui jam alterius personae notam expunxerant: quum non satis consentaneum esset, eundem dicere: ἤβη παρέρχεται, ὡς ὄναρ· &: ῥόδον ἁ ὀλεῖται αὖον. Sed saltem mensurae versus rationem habere illi debuerant, si sensus nullam habere volebant: qui optime in hac lectione procedit, hoc videlicet modo: Daphnis dicit:

Ne

Ne insoleſcas: pubertatis enim anni, tanquam ſomnium, momento uno evaneſcunt. Reſpondet puella: Quid? an, quum pubertatis annos amiſerim, omnino me contemtam fore putas? Atqui uva fit uva paſſa, & arida roſa non perit. Id eſt: non abjicitur, tanquam nullius amplius ſit uſus. Sic autem interpretans, verbo ὀλεῖται ſignificationem do praeſentis temporis, quum & alibi ὀλέω pro ὄλλυμι legiſſe mihi videar. Sed & futuri ſignificatio non mutato ſenſu retineri poteſt, pro ἐκ εἴωθεν ἀπόλλυσθαι. Eſt autem haec translata ſignificatio τῆς σαφίδος & alibi in uſu: ut in illo loco Anthol. Epig. Εἴη μήτ' ὄμφαξ, μήτ' ἀσαφίς. Sed hic pro σαφυλὶς ſunt, qui σαφυλὴ legere malint.

v. 16. ἄλλυτον] Pro ἄλλυτον (quod & in Florentina legitur) aliae editiones ἄκλιτον habent.

v. 19. 20. Οὐ φεύγεις τὸν Ἔρωτα, τὸν ἢ φύγε παρθένος ἄλλη. Φεύγω ναὶ, τὸν Πᾶνα. σὺ δὲ ζυγὸν αἰὲν ἀείρεις.] Sunt, qui φευγεῖς & φευγῶ & ἀειρεῖς ſcribendum cenſeant, ut verſu 36. & 37. τευχεῖς & τευχῶ. At in Florent. eſt φεύγεῖς cum acuto & circumflexo, ſic & ἀείρεῖς verſu 20. ſed tamen φευγῶ in eodem ſcriptum habetur unico accentu: ſic τευχεῖς & τευχῶ.

Idyll. XXIX. 16. Καὶ μὴν σεῦ τὸ καλὸν τις ἰδὼν ῥέθος αἰνέσαι] Quid? ſi pro αἰνέσαι legamus αἰνέσει, & interrogationis notam addamus? ut perinde ſit, ac ſi ita dixiſſet: καὶ μὴν τῷ αἰνέσαντι ἐγένευ, etc.

v. 18. ἐθήκαο] Pro ἐθήκαο in Romana editione in Florentina legitur ἔθηκας: ſed margini Romanae adſcriptum eſt γρ. ἔλειπες. Ego ἔθηκας malim, quam ἔλειπες.

Idyll. XXX. 32. Καί μευ κατεσίναζε] Nullum vidi, cui non ſuſpecta eſſet vox κατεσίναζε, cum qua ne verſus quidem ſtaret: ſed qui emendaret, vidi adhuc neminem. Audivi aliquando conjecturam, quam ab Ioanne Aurato (doctiſſimo viro & in reſtituendis poëtarum locis feliciſſimo)

simo) profectam esse puto: Καί με σίναζε κραντήρ. de qua judicent alii.

v. 44. καὶ ὕλαν] Videtur deesse praepositio, & legendum: Κ' εἰς ὕλαν, vel ἐς δ' ὕλαν. Sed utrocunque modo legatur, brevis manebit posterior syllaba τᾰ̀ ὕλαν, aut non stabit versus.

v. 46. ἔκαιε τὼς Ἐρωτὰς] Si non mendosum sit ἔκαιε, videtur accipiendum τὼς Ἔρωτας pro τὰς ἐρωτικὰς ὀδύνας, ut antea locutus est. Sed depravatum esse ἔκαιε mihi fit verisimile. Vide igitur, an pro eo legi possit ἔκλαιε, (ut quidam putant) ut sit sensus: *Suorum Amorum miseriam deplorabat.* Audivi certe, qui diceret, se duos hosce postremos versus in quodam vetere codice non reperisse.

Epigr. IV. 1. τήναν τὰν λαύραν] Legitur etiam τὴν αὐτὰν λαύραν, sed perperam.

Epigr. VIII. 3. Καὶ γὰρ ἐγὼ τοιοῦτον ἔχω πότμον· ἀντὶ δὲ πολλᾶς] Idem Ioannes Auratus (ut ex quodam accepi) hunc versum ita legit: Καὶ γὰρ ἐγὼ τοιοῦτον ἔχων πότμον, ἀντὶ παλαιᾶς. Cui conjecturae, sive ejus, sive alius sit, assentior.

Epigr. XI. 5. πάντων, ὧν ἐπέοικεν ἔχει] Idem hic legit: πάντων, ὧν ἐπέοικε, τύχεν. quae item lectio mihi valde probatur.

Epigr. XXI. 4. Θαρσέων καθίζευ, κἂν θέλῃς, ἀπόβριξον] Ut respondeat hic versus secundo, videtur ita legendus, mutato verborum ordine: Θαρσέων καθίζευ, κἀπόβριξον, ἂν θέλῃς.

IOSEPHI SCALIGERI IVLII CAESARIS F. EMENDATIONES AD THEOCRITVM.

In Eidyllium V. Verſu 127.

Ἀ παῖς ἀνθ' ὕδατος τὰν κάλπιδα κηρία βάψαι.

Locus depravatus. Legendum:

— τᾷ κάλπιδι κηρία βάψαι.

Βάψαι τὸ ὕδωρ κάλπιδι eſt ἀρύσασθαι. Euripides Hippolyto: βαπτὰν κάλπισι ῥυτὰν πηγὰν Προϊεῖσα κρημνῶν. Arrianus Periplo Ponti: ἡ δὲ χρόα τῷ Φάσιδι, οἷα ἀπὸ μολύβδου, ἢ κατττιτέρῳ, βεβαμμένα τῷ ὕδατος· καταϛὰν δὲ καθαρώτατον γίνεται. Hic τῷ βεβαμμένῳ ὕδατος, eſt hauſta ſtatim aqua, ἀρυσθέντος ὕδατος.

In Eidyllium VIII.

v. 84. Λάσδεο τὰς σύριγγας. legendum: τᾶς σύριγγος.

v. 88. Ὡς μὲν ὁ παῖς. Perturbata & depravata haec ita reſtituenda:

Ὅς μὲν ὁ παῖς ἐχάρη, καὶ ἀνήλατο καὶ πλατάγησεν
Νικήσας. ἕτως ἐπὶ ματέρα νεβρὸς ἄλοιτο.
Ὅς δὲ κατεσμύχθη καὶ ἀνετράπετο φρένα λύπῃ
Ἥτερος ἕτω, νύμφα γαμηθεῖσ' ὡς ἀκάχοιτο.

ὅς μὲν, ὅς δὲ poetice, ὁ μὲν, ὁ δέ.

In Eidyllium X.

v. 48. Σῖτον ἀλοιῶντες φεύγειν τὸ μεσάμβριον ὕπνον. Legendum:

Σῖτον ἀλοιῶντας φεύγειν τὸ μεσάμβριον ὕπνον.

Nam τὸ μεσάμβριον eſt adverbiale, vt grammatici loquuntur.

Eidyl-

Eidyllium XV.

v. 4. Ὦ τᾶς ἀδεμάτω ψυχᾶς. Ante annos XXXII. correximus, ὦ τᾶς ἀλεμάτω — quod verum eſt.

v. 7. Τύ δ' ἑκαστέρω ἐμ' ἀποικεῖς. Scholiaſtes videtur interpretari μοι ἀποικεῖς. ſed ego puto Theocritum ſcripſiſſe, μεῦ ἀποικεῖς.

v. 16. ἀπὸ σκανᾶς ἀγοραίσδων. Quam σκηνὴν vocat hic, eam Iuvenalis caſam. — *obſtat caſa candida nautis.* Pergulam inſtitoriam intelligit, in qua utenſilia venibant.

v. 19. ἑπτὰ δραχμιῶν κυνάδας γραιᾶν ἀποτίλματα πυρῶν. Vocem κυνάδας agnoſcit Scholiaſtes, & conjungit cum πόκως. Ego non video, quomodo dici poſſit, τὰς κυνάδας τὲς πόκους. nam genere non conveniunt. Deinde quid ſit κυνάδας neſcio. Putavi jamdudum legendum, κινάδων γραιᾶν ἀποτίλματα πυῤῥῶν. vulpinos pilos pro lana attuliſſe dicit, ut illa ſuum φῦκος καὶ νίτρον ἀντὶ τᾶ ἄλατος. Ubi etiam iſte Scholiaſtes ſolennia nugatur. Nam contra dicit ἅλας attuliſſe ἀντὶ νίτρω.

v. 36. πλέον ἀργυρίω καθαρᾶ μνὰς ἢ δύο. Neque haec bene vulgo nota. Legendum enim: πλέον, ἀργυρίω καθαρᾶ μνᾶν ἢ δύο. πλέον, inquit, ἢ δύο μνᾶν ἀργυρίς καθαρᾶ. Videtur, ſi bene conjicio, ita legiſſe ſcholiaſtes.

v. 50. πάντες ἐρεισοί, ſuſpicor legendum, πάντες ἐρεμβοί.

v. 95. πλὴν ἐνὸς ὑκ ἀλέγω, μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς. Scholiaſtes, κενεὸν μέτρον ἀποψήσῃς. Quod quid ſit, ne ipſe quidem intelligebat. Eſt locus elegans: ſed male a ſcholiaſte conceptus. Supra dixerat Gorgo: πασσάμενος ἐπίτασσε. Eme ancillas quibus imperes. Idem iſta innuit. Qui ſervos habent, cum illis os percidere volunt, imperant illis, ut buccas ſufflent, quas deinde illi palmis planis ſonore batuunt per contumeliam & laſciviam. At tu mihi, inquit, imperare non potes, ut malas ſufflem, quas tu alapis caedas: ſed unum tantum

vereor, ne vacuas malas caedas. videtur hoc dictum in eos, quorum imperium contemnebant. Potes imperare ſervis tuis, ut malas inflent, quoties eos vis caedere: nobis liberis non potes hoc imperare: ſed potes per injuriam imprudentibus malas vacuas depalmare. Itaque illud πλὴν ἐνὸς male conjungitur vulgo cum ſuperiori verſu. unum tantum timeo, inquit, ne violentiam in nos exeras. Nam imperium ſane in liberas inhibere non potes.

v. 101. χρυσῷ παίζησ' Αφροδίτα. Neque hic audio ſcholiaſten. Theocritus enim ſcripſit, χρυσωπίζησ' Αφροδίτη. Ideſt χρυσῶπις, quo nomine a Latinis dicta Aurea.

v. 118. πάντ' αὐτῷ πετεηνά. Male vulgo haec concipiuntur. Nam vult omne genus volucrum, fructuum, aliarum rerum dulciario opere effingi Adonidi a mulieribus piſtricibus, quas δημιεργοὺς Attici vocabant. Quare uno ductu haec omnia continuanda.

Eidyllium XVIII.

v. 34. μακρῶν ἔταμ' ἐκ καλεόντων. Malim ἔκαμ' ἐκ —

Eidyllium XX.

v. 39. καὶ εἰς ἕνα παιδὶ κάθευδε.] lege εἰς ἓν π.

Eidyllium XXI.

v. 15. οὐδεὶς δ' ὃ χύτραν εἶχ' ὃχ ἵνα. Auratus ὃ κύνα. Ego non dubito, quin Theocritus ſcripſerit, ὃ χόα. χόα pro χοῦν. νόος pro νοῦς, & ſimilia in poetis occurrere, nemo paulo doctior neſcit. Quam recte χοῦς & χύτρα conveniant, atque adeo quam melius, quam κύων, judicent eruditi.

v. 15. — πάντα περισσὰ
Πάντ' ἐδόκει τήνας ἄγρας, πενίᾳ σφιν ἑταίρᾳ.

Puto ſcribendum, niſi felicius huic loco alii conſuluerint — πάντα περισσὰ Πάντ' ἐδόκει τήνοις. Ἄγρα πενίασφι ἑταίρα.

ἑταίρα. πενίασφι, id est, πενίας, ut χείρεσφι & similia. duriusculum quidem videtur, sed quo duriora ex veteribus producere possim. γνώμη, Πενίας ἄγρα ἑταίρα.

v. 32. ὃς γὰρ νικαξῇ κατὰ τὸν νόον. procul dubio legendum:

Ὃς γὰρ ἂν εἰκαξῇ κατὰ τὸν νόον, οὗτος ἄριστος
Ἔσσιν ὀνειροκρίτας. ὁ διδάσκαλός ἐσσι παρ' ᾧ νοῦς.

Manifesto extulit proverbium Graecum, quod Cicero ita vertit:

Qui bene conjexit, vatem perhibebo optumum.

Idem vult eadem clausula, ὁ διδάσκαλός ἐσσι παρ' ᾧ νοῦς. Optimus magister, hoc est interpres est, qui mentem bonam gerit. Alii conjungunt cum superioribus; non malo sensu: sed puto nostro meliore.

v. 36. — τὸ δὲ λύχνιον ἐν πρυτανείῳ.

Ioannes Auratus, vir doctissimus, & nunquam sine laude nominandus, putabat hic intelligi de Prytaneo Athenarum. Quod non videtur convenire piscatoribus Siculis, qui tantum loca vicina piscationibus suis norant. sed ex sequentibus manifesto apparet, fuisse locum in illa vicinia capturae piscium opportunum, quod, ut hic indicatur, pisculentus esset. Quare dicit iste piscator, ea nocte eos scrutatos tractum, quem Prytaneum vocabant, in eoque ignes nocturnos indices, ad quos piscari mos est, statuisse. Ideo dixit λύχνιον, i. ignis, quo indice piscari solent. Neque hunc morem ignoravit poeta cum veterum venustate certans Actius Sanazarius, qui in piscatoria Ecloga dixit in nocturna captura: *Omnia colluſtrant flammis.* Et nos vidimus ad ignes piscari. Itaque non est mutanda lectio δίκτυον pro λύχνιον.

v. 52. Ἤνυσ' ἰδὼν τὸν ἄεθλον. Non sunt nauci. Lege: Ἤνυσα δ' ὧν τὸν ἄεθλον. ὧν, οὖν, ut sciunt, quibus hic poeta familiarior.

v. ultimo: καίτοι χρυσοῖσιν ὀνείροις. Scribe, καὶ τοῖς χρυσοῖσιν ὀνείροις.

Eidyllium XXIII.

v. 15. ἦ καλὸς ἐξόρπαξ. una literula mutata ſanum feceris:

ἦ καλὸς ἐξήρπαξ' ἐρεθίζετο μᾶλλον ἐρασάς.

Qua rapiebat eum puer, eo impenſius illuc trahebatur.

Eidyllium XXV.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ
κέ εἰδυλλίου.

Επιγράφεται τῦτο τὸ εἰδύλλιον Ἡρακλῆς Λεοντοφόνος. ὅτι αὐτὸς ὁ Ἡρακλῆς ὑπὸ τῦ Αὐγείε ἐρωτηθεὶς, αὐτῷ καὶ τῷ υἱῷ αὐτῦ Φυλεῖ τὰ περὶ τῆς λεοντῆς διηγεῖται. καὶ πρῶτον ὁ Αὐγείας τὸν αὐτῦ κλῆρον ὑφηγεῖται, ἀλλὰ παρέργως καὶ ἐν ἐπιτομῇ. καὶ διὰ τῦτο ἃ καλῶς ἐπιγράφουσί τινες τὸ εἰδύλλιον οὕτως, ΚΛΗΡΟΣ ΑΥΓΕΙΟΥ.

ΗΡΑΚΛΗΣ ΛΕΟΝΤΟΦΟΝΟΣ.

Ὑμνήσω τυ, Διὸς παῖς, ἀνθρώπων ταλαεργῶν
Σῶτερ, ὑπ' ἀργαλέαις ὀδύναις μογερῶς ζωόντων,
Οὓς προφανεὶς ἔρυσας κατὰ πάσης ἔθνεα γαίης
Ἐκ τ' ἀνδρῶν ἀδίκων, ἐκ θήρων τ' ἀγριοθύμων,
Καὶ πόκ' ἀναιρωφῶν πολυπάμμον' ἐσήλυθες Ἄλιν,
Ἔνθα δὴ Αὐγείης ὑπερικυδὰς βασίλευεν,
Ὧι τόσσ' εἰλίποδές τε βόες καὶ ἴφια μῆλα
Αμπέδιον βόσκοντο καὶ ἐν ποίῃ κατάκειντο,
Καὶ ἐν βουνοῖς παντοίοις καὶ ἐν ἄρεσι νήσου,
Ὥστε νομὰς πλήθει πάσας γίνεσθαι ἀμαυρὰς
Ταύρων τ' ἠδ' οἰῶν ἀποκρυφθείσας ὑπὸ κόπρου,
Ἃ κεῖτ' ἔνθα καὶ ἔνθ' αἴης κρύψασα πρόσωπον.
Καί τύ μεν ἡλιάδας μεγάλην ποτὲ μισθὸν ὑπέσχη
Ἂν δέκα θρέμματα πάντα τεῇ βίῃφι μερίσδεν

Ὄφρά

Ὄφρά οἱ αὐλείην καὶ ποίμνια μακρὰ καθαίρῃ.
Ἀλλ' ὅππως σ' ἀπάτησ', ἐπειὴ τᾶργον σὺ τέλεσσας,
Τοί τε ἅμ' αὐγεάδης πατέρα προλιπὼν κίε Φυλεύς,
Ἑέ μοι, ἠέ τιν' ἄλλῳ ἐτ' εἰρήσεσθαι ὀΐω.
Νῦν δ' ὡς τὴν ἀφίκανες, ἐπεισβὰς Ἀλιδα δῖαν,
Ἔρχομ' ἐρῶν πρόφρων, σὺ δέ μ' ἐσθλὰ δὸς, ὠγαθὲ δαίμων,
Ἤδη τοι Τροιζῆν' ἀγνῇ λίπε Πιτθέος αἶαν
Ἀλκείδας ταῦρον Μαραθώνιον ἐξεναρίξας
Δέρματι γαυριόων σφόδρα χαρόποιο λέοντος.
Ἄλιδα δ' εἰσαφικὼν μείζως μαχεύετ' ἀέθλως.
Σπεῦδε δ' ὅγ' ἐς βασιλῆ' ἴμεν Αὐγείην πολυβώτην.
Ὡς δ' ἄρα χῶρον ἵκανε βοῶν ἀριθμόν τ' ἐνόησε·
(Ἀλλ' ἠΰδ' ὡς ψαμμοδείης ἐναλίγκιον ἄλμης
Οἷον σκιδναμένης φήμης ἤκουσεν, ὅτ' οὗτοι
Αὐτοῦ πᾶσ' ἀγέλαι μὲν ἐβόσκοντ' εἰν ἑνὶ χώρῳ.)
Ἐνθ' ὁ γέρων ποίμαινε βοῶν ἴφθιμα κάρηνα
Γαυλὸν τεκτῆναι ῥιπὸς ἐν χέρσ' ἄμματα πλέξαι.
Τὸν δ' ἄρ' ἰδὼν παῖς Ἀλκμήνης μετέειπε κατασάς·
Βυκόλε χαῖρε γέρον, τίνος αἱ βόες; ἃ δὲ τᾷ χώρᾳ;
Ἦ ῥά νυ Αὐγείαο ὁρόω πολυώνυμον ὄλβον·
Τᾷ δ' ἀρ' ἐγὼ πολὺ πλείω ἔφασκον χρήματ' ἰδησεῖν
Παντοίων ἀγαθῶν, οἷων τ' αἰγῶν τε βοῶν τε.
Αἱ δ' ἀγέλ' ἀνδρὸς ἑνὸς τῶν πλείσων ὧδε πλανῶνται,
Ἢ ἐπιχωρίων κοιναὶ, ἢ τινος, ὃς βασιλεύει;
Τὸν δ' ὁ γέρων, etc.

Haec propoſuimus, ne adoleſcentes, qui in ejusmodi codices inciderint, pro veris & genuinis Theocriti acciperent. Nam doctiores an patienter haec lecturi ſint, neſcio. Mihi ſane inter ſcribendum animus ſaepe fuit, inchoatum opus relinquere. Adeo me pigebat ineptiarum.

Eidul-

Eidyllium XXVI.

v. 29. εἴη δ' ἐννάέτης. Hoc est, εἰη δὴ ἐννάέτης. Raro evenit, ut ἦτα elidatur. Nos alibi notavimus τὸ ἦτα elidi in vocula δή. Aliter nullam sententiam effecerint haec, utpote inconnexa. Nam sentit: qui Pentheo pejora fecerunt, ad nonum aut decimum annum non perseverabunt, quin eos opprimat divina ultio.

v. 31. ἐκ Διὸς αἰγιόχου τιμὰν ἔχει αἰετὸς οὗτος. αἰετὸν vocat γνώμην, quae sequitur, tanquam bonum omen, nempe εὐσεβέων παίδεσσι, etc. exemplo Homeri, qui οἰωνὸν in eadem significatione usurpavit, ἕις οἰωνὸς ἄριστος. Optimum illud omen, vel sententia: quae? ἀμύνασθαι περὶ πάτρης.

v. 34. μεγάλην ἐπιγουνίδα λύσας. Tumorem femoris, quem faciebat foetus gestatus, ἐπιγουνίδα vocat Homerico verbo.

Eidyllium XXVII.

v. 2. μᾶλλον ἐμ' ἡ δ' Ἑλένη. Legendum, ἄλλον ἐμ' ἢ δ' Ἑλένη. ἄλλον, scilicet Πάριν. Potest etiam legi, μαλονόμη δ' Ἑλένα. Id est, quae oves aut capras pascit. infra v. 68. χὴ μὲν ἀνεγρομένη δὴ ἔσιχε μᾶλα νομεύειν. Utraque lectio placet. puto priorem veram esse.

v. 13. ὀϊζύον οὐδὲν ἀρέσκει. Legendum, ὀϊζυρόν.

v. 19. ἃ φεύγεις τὸν ἔρωτα. Sententia postulat ἃ φεύγοις τὸν ἔρωτα. Sed eodem modo dictum φεύγεις pro φεύγοις, quomodo post, φεύγω pro φεύγοιμι ἄν.

v. 54. φεῦ φεῦ καὶ τὰν μίτραν ἀπέσιχες. Pro verbo nihili, ἀπέσιχες, ego olim legebam ἀπέαχισες. cujus conjecturae nondum me poenitet. sic infra de amiculo: τωμπέχονον ποίησας ἐμὸν ῥάκος. eodem sensu.

v. 68. χὴ μὲν ἀνεγρομένη διέσιχε μᾶλα νομεύειν. fortasse δὴ ἔσιχε. Alioqui fallus modulus syllabae.

Eidyl-

Eidyllium XTVIII.

v. 2. Γυναιξὶ νόος οἰκωφελέεσσι. Lege: γυναιξὶ πόνος. Manifeſta ſententia.

v. 4. Ὄππα Κύπριδος ἱρὸν καλάμῳ χλωρὸν ὑφ' ἁπαλῷ. Noli dubitare quin legendum ſit: ὄππα Κύπριδος ἱρὸν καλάμω χλωρὸν ὑφᾷ καλῷ. καλάμου καλοῦ ὑφὴν vocat, quod Catullus vimen junceum. *Textam vimine junceo, caricisque maniplis.*

v. 21. οἰκήσεις κατὰ Μίλητον ἐρασήν. Ita poſtulat lex carminis, non ἐρατήν.

v. 24. Κεῖνοί γάρ τις ἐρείτω. Lege, Κεῖνο γάρ τις ἐρεῖ τῳ. Id eſt, τινί.

Eidyllium XXIX.

v. 16. καὶ μὴν σεῦ τὸ καλόν. Lege, αἰ μήν, hoc eſt, εἰ μὲν. Sequentia confirmant.

Eidyllium XXX.

v. 32. καί μευ κατεσίναζε. Haud ſcio an procedere poſſit, quod olim adoleſcentes legebamus — καί μευ κατεκσίναζε. hoc eſt, ἐφύβριζέ μοι.

IN EPIGRAMMATA THEOCRITI.

Epigramma IV.

v. 2. Ξουθαὶ ἀηδονίδες μινυρίσμασιν ἀντιαχεῦσιν. Lege: ἀνταχεῦσιν.

Epigramma XVII.

v. 5. Τὸν Συρακόσσαις ἐνίδρυνται πελωρισᾷ πόλει. Mire depravata ſunt haec. Totum hunc locum ita reſtituo:

Ὦ Βάκχε, χάλκεόν νιν ἀντ' ἀλαθινοῦ
Τὶν ὧδ' ἀνέθηκαν
Τοὶ Συρακόσσας ἐνίδρυνται Πελωρεῖς τᾷ πόλει,
Οἷ' ἀνδρὶ πολίτᾳ,
(Σωρὸν γὰρ εἶχε χρημάτων) μεμναμένοι
Τελεῖν ἐπίχειρα.

Συρακόσσας, genitivus ſingularis, ut Euripidi Θήβης, ἀντὶ Θηβῶν. Πελωρεῖς, a vicino Peloro promontorio.

Epigramma XVIII.

v. 1. Ὁ μικκὸς τό δ' ἔτευξε. Totum Epigramma male acceptum ab interpunctionibus ita lego:

Ὁ μικκὸς τόδ' ἔτευξε τᾷ Θρηΐσσᾳ
Μήδειος τὸ μνᾶμ' ἐπὶ τᾷ ὁδῷ, κἠπέγραψε
ΚΛΕΙΤΑΣ.
(Ἕξει τὰν χάριν ἁ γυνὴ) ἀντὶ τήνων,
Ὧν τὸν κοῦρον ἔθρεψ'. ἔτι μὴν ἔτι ΧΡΗΣΙΜΗ καλεῖται.

Nam χρήσιμος, χρηστὸς, ὀνήσιμος, ὀνησιφόρος, ſunt nomina, quae ominis cauſa ſeruis imponebant Graeci, ut Latini FRVGI. Haec trita ſunt.

Epigramma XX.

v. 4. Πείσανδρος συνέγραψεν ὢκ Καμερίȣ: ſcribe, ὢκ Καμείρȣ.

ISAA-

ISAAC CASAVBONVS HENRICO STEPHANO S.

MITTO ad te, vir eruditisſime, quae ſuperioribus his diebus Euſtathii Vignonis, dignisſimi typographi, mihique amicisſimi, rogatu, in quosdam Theocriti locos ſcripſi. Is enim quum in animo haberet hunc poëtam denuo edere, non ante conquievit, quam impetravit a me ut eum perlegerem, & ſi quid haberem, quo poſſet ornari ejus editio, ſecum id, atque adeo cum omnibus ejus poëtae ſtudioſis, communicarem. Quod quam aegre ei receperim me facturum, vel ex eo intelligas, quod ſaepe poſtea mutare mihi contigit ſententiam. Merito: videbam ſiquidem, haud ita eſſe facile, in tantis praeſertim temporis anguſtiis, ſpicilegium poſt tuam meſſem in eo poëta colligere, quem tu olim, doctiſſime Stephane, bis ſummo ſtudio & diligentia emendaras. Veruntamen diu reluctatus, quum viderem hoc, quod mihi ipſe intriveram, eſſe mihi exedendum: coepi, dum ad finem perducitur haec editio, ſchedas meas colligere, in queis memineram me neſcio quid in hunc poëtam, ut & in alios utriusque linguae auctores non paucos, aliquando annotaſſe: non quidem, ita me Deus amet, in eam ſpem, ut illa unquam ederentur, ſed in privatum uſum meum. Iis igitur adjutus, atque etiam ſcriptis duobus exemplaribus, altero Theocriti, altero ſcholiaſtae, quae in manus meas opportune ante aliquot dies venerant, nox pauca haec, partim in Theocritum, partim etiam in alios nonnullos auctores, exaravi. Ea qualiacunque ſint, volui eſſe amicitiae noſtrae teſtimonium. Vale. Ex muſeo noſtro. VI. Idus Auguſti, 1584.

ISAACI CASAVBONI THEOCRITICARVM LECTIONVM LIBELLVS.

CAP. I.

Veterum opinio fuit, ut frontem pudoris, risus lienem, sic & irae sedem esse nares. Inde illud est suavissimi poëtae Theocriti, non procul a principio idyllii primi:

Καί οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται.

& istud Herodis antiqui item poëtae,

Μὴ δὴ κόρη τὺ τὴν χολὴν ἐπὶ ῥῖνας
Ἔχ' εὐθὺς, ἤν τι ῥῆμα μὴ σοφὸν πεύθῃ.

Persius quoque, *Discе: sed ira cadat naso rugosaque sanna.* & ante illum dixerat Plautus, *Fames & mora bilem in nasum conciunt.* Praebuit occasionem huic sententiae insimul & dicendi generi, quod in omni graviore commotione, maxime autem irae, spiritus concitatus, ac velut aestuans, copiosius & vehementius ebullit, naresque erumpendo dilatat. Cernas id maxime in brutorum generosissimis, equo, tauro, leone. Quamobrem placet τοῖς φυσιογνωμονοῦσι nares in homine apertas & patulas, signum esse iracundi. ἀναφέρεται γὰρ, ajunt, εἰς ταύρους καὶ λέοντας. Atque haec ne nimis rideamus, vetant prisci Hebraei, qui eidem voculae & narium & irae significationem tribuerunt. Graecorum tamen antiquissimi, non de ira tantum sic loquebantur, sed aliis quoque gravioribus concitati animi motibus. Nam ille elegantiarum omnium pater Homerus, cum in Laertae Ulyssis ἀναγνωρίσει cecinit,

Τοῦ

Τοῦ δ' ὠρίνετο θυμὸς, ἀνὰ ῥῖνας δέ οἱ ἤδη
Δριμὺ μένος πρὸ́τυψε, φίλον πατέρ' εἰσορόωντι.

non aliud voluit de Ulysse intelligi, quam quod in simillimo argumento Moses de Iosepho, Geneseos capite XLV. tmemate primo, usus voce ἐμφατικωτάτῃ, quae τοῦ βιάζεσθαι significationem habet. Et Iosephus apud fratres, & Ulysses apud patrem dissimulabant sese quinam essent: donec tandem vehementia φυσικῆς ςοργῆς, quasi vis major, cogeret ipsos se aperire, & in suarum necessitudinum amplexus ruere. μένος vocat poëta eam violentiam: quae nihil minus fuit, quam ira. Quare Aristoteles qui in tertio Nicomacheorum aliter accipit, facit, quod & ipse alibi, & cum eo multi saepe e veteribus, quando memoria sua fisi auctorum locos, libro inconsulto, laudarunt: errat inquam. Norat philosophus usitatam esse hanc locutionem ad iram exprimendam: putavit & poëtam sic usurpasse, cujus verba meminerat, verborum sensum, & argumentum loci non item. Paulus Silentiarius, inter Graecos epigrammatarios, meo judicio, censendus in primis, ad gestientis laetitiae indicationem hoc genere loquendi usus est. Sic enim accipio ῥινοβόλον πάταγον in illius epigrammate de tabula lusoria libro quarto.

Ἀλλὰ σὺ μὴ λέξῃς τι θεημάχον ὕςατος ἕρπων,
Μηδ' ἀναροιβδήσεις ῥινοβόλῳ πατάγῳ.

seu vinceris, inquit, ne aestues ira: seu contra, laetitia immodica ne efferaris. Sequitur apud Theocr. luculenta sane descriptio κισσυβίου: quod fuit amplissimi vasis pastoritii genus, quo se illi lacte, vino, aut quocunque alio potu ingurgitabant. Capacitatem eius licet colligere ex caelaturae multiplici argumento. id poëta ita graphice depingit, ut cum artificis manu ingenii copia, & venae ubertate certasse videatur. Sed cumulum hujus laudis ipse sibi diruit, dum immodica quadam li-

centia usus, ingenio suo moderatus non est: ut merito illum pridem censores ingeniorum, non impolitias quidem fecerint: ὃ γὰρ θέμις τοῦτό γε: sed ineptiarum notarint. Nam quid aliud potius, quam ineptias, ista appelles?

Ἄλλοκα μὲν τῆνον ποτιδέρκεται ἄνδρα γελοῖσα,
Ἄλλοκα δ' αὖ ποτὶ τὸν ῥιπτεῖ νόον.

quae enim tam felix sculptoris pictorisve manus, quae penicillo aut caelo istum oculorum animique motum exprimere valeat? Atqui stat illud, poëtas esse debere μιμητὰς τῶν ὄντων καὶ γινομένων, hoc est, eorum quae sunt aut fiunt, fierive possunt. In ea descriptione ait caprarius,

Ἐντοσθὲν δὲ γυνά, τι θεῶν δαίδαλμα, τέτυκται.

Fuit mihi copia manu exarati codicis, in quo vidi scriptum, γυνά τις θεῶν δ. quod non annotassem, nisi viderem & scholiasten quoque eam lectionem habuisse, ac prope solam probasse. in scholiis sane manuscriptis videtur Amerias auctor dici ejus lectionis, quae hodie obtinet. In Graeca interpretatione scribe, τὸ δὲ τι πρὸς τὸ δαίδαλμα. non τὸ δὲ τὸ, ut est editum. Porro Amerias, cujus modo mentionem fecimus, grammaticus fuit antiquissimus, Athenaeo & Sophocli, veteri Apollonii scholiastae, laudatus non raro. Etiam hic versus ex eodem loco varie legitur.

— πρὶν ἢ ἀκράτισον ἐπὶ ξηροῖσι καθίζοι.

fere tamen vel καθίζοι vel καθιξῇ. quorum utrunque est vitiosum: scribendum est enim, vel admonente scholiaste, cui subscribunt & veteres quaedam editiones, καθίξῃ. Nam Dores, ut ex Leptine docent Graeci, τὰ ὑποτακτικὰ τῶν ῥημάτων ὁμοίως ἡμῖν ἐκφέρουσι: quem canonem, ut alios multos Doricam dialectum χαρακτηρίζοντας, neglexere passim, qui hunc poëtam descripserunt. Possumus etiam καθίξεν legere: quam lectionem

in

in codice chirographo inveni. Est vero perelegans & Graecorum proprium loquendi genus καθίζειν ἀκρατίστον, pro, reddere, efficere, & ut iidem dicere solent, τιθέναι. Sic κλαίοντα καθίζειν, efficere ut aliquis fleat: de tragicis histrionibus dictum saepius ab Atticissimis scriptoribus. Plato in Ione, ὡς ἐὰν κλαίοντας αὐτοὺς καθίσω, αὐτὸς γελάσομαι ἀργύριον λαμβάνων. Xenophon in Symposio ὃς ὑπεσσεμνύνεται ὅτι δύναται πολλοὺς κλαίοντας καθίζειν. utitur & alibi. Non longe abest ab hac elegantia Plauti illud in Aulularia,

— *Scio quam rem agat:*

Ut me deponat vino, eam affectat viam. plane *vino deponere*, est καθίζειν οἰνωμένον. Sequitur statim, μέλεται δέ οἱ ἔτε τι πήρης. quae iam olim varie scribi coeperunt. Scholiastes legi indicat, οὐδ' ἐπὶ πήρης: malim, οὐδ' ἔτι πήρης. Simile est paullo post — ἀ δέ τι κώρα Πᾶσαν ἀνὰ κρ. ubi legendum censemus, ἀ δέ τε κώρα. Τε pro σε apud Dores, & vulgo notum, & apud hunc poëtam frequens. est autem ille locus ita connectendus, ἀ δὲ κώρα ζατεῦσά τε Φορεῖται ποσί. non minus belle scripseris vel τυ vel γε, ut apud scholiasten est editum, & quaedam editiones habent: sed τε malo: quod & in scripto codice inveni, & extat in Florentino. Reperio etiam in membranis Ζατεῦσα· δυσέρως. non ut hodie edunt, Ζατοῖσ'. ἃ δυσ. cum membranis facit scholiastes etiam scriptus. Redeo ad cissybii descriptionem. In eo sermone utitur poëta genere loquendi pereleganti, δοῦναί τι τινός, quod apud Graecos frequenter occurrit. Aristophanes Pace,

Οὐκ ἂν ἔτι δοίην τῶν θεῶν τριώβολον.

Paullo tamen aliter Theocritus: addit enim vocem ὦνον, quod vulgo non solet:

Τᾷ μὲν ἐγὼ ποθαμεῖ Καλυδωνίῳ αἶγά τ' ἔδωκα
Ὦνον.

Recte

Recte enim Graecus interpres τοῦ explicat, ἕνεκα τῦ vel τούτου. Hujus locutionis inobservantia fecit ut elegantissimus apud Aelianum locus non intelligeretur, ac ne recte quidem legeretur, quem hic obiter emendabo. Is habetur Variae historiae libro II. cap. XII. ubi de Themistocle sic scribit: Ἔλεγε πρὸς τοὺς γνωρίμους, τί δ' ἂν ἐμοὶ δοίητε, ὅς ὅπω φθονοῦμαι; ex quibus verbis mirum non est interpretes sensum nullum elicuisse commodum, cum ea sint turpi mendo deformata. Lege, τί δ' ἂν ἐμοῦ δοίητε; *quanti faciendus vobis videor?* Lucianus in Cynico, καίτοι, τί ἂν δῴη τις ἀνδρὸς τὴν αὐτὴν τοῖς κυναίδοις ὀδμὴν ἔχοντος; sententia Themistoclis perspicua est & acuta: cum enim verissimum sit, invidiam πρὸς τὸν ἔχοντα ἀεὶ ἕρπειν, eosque solos ab ea tutos, qui nulla re caereris praestant, dolebat homini gloriae cupidine flagrantissimo, quod nullos adhuc haberet invidos: hoc est, talem se esse & haberi vulgo, cui nemo invideret. atque hoc ille pro magno miseriae argumento habebat. ὁ γὰρ ἀφθόνητος, ut Aeschylus ait, ἀκ ἐπίζηλος πέλει. Contra, invidia proficientis testis est, ut inquit Caelius Aurelianus. Sic ille, *ajunt Ippallum*, (scribendum *Hippasum*) *Pythagoricum philosophum, interrogatum quid ageret, respondisse, nondum nihil: nondum quidem mihi invidetur. Si igitur proficientium testis est invidia, quae nobis olim comes est, magna gerimus in his, quae gerimus.* Adjicit Aelianus, quasi interpretans Themistoclis hoc dictum, ὅς τις δὲ ἐρᾷ φθονεῖσθαι, τῦτο (malim ἕτος) δήπου τὸ τῦ Εὐριπίδου περιβλάπτεσθαι σπεύδει. ὅτι δὲ τῦτ' ἔστι κενόν, ὁ αὐτὸς Εὐριπίδης φησίν. ubi non est quod longa oratione eruditis saltem viris persuadere coner, legendum esse περιβλέπεσθαι. nam ex vulgata lectione sensum nullum elicias, nisi ineptissimum: optimum & planissimum ex ea, quam reponimus. Idem scriptor De animalibus lib. VI. cap. primo, καὶ ζῶντα μὲν περιβλέπεσθαι, καὶ ἀποθανόντα δὲ εὐφη-

εὐφημεῖσθαι. Locus Euripidis, quem alludit, videtur esse hic ex Iphigenia in Aulide,

— οἱ δ' εὐδαίμονες
ἐν πᾶσι κλεινοὶ καὶ περίβλεπτοι βροτοῖς.

ab ea mente apud Demosthenem ἀποβλέπειν est ζηλοῦν: ut in ea de corrupta legatione, τοὺς τὰ τοιαῦτα ποιοῦντας ἀπέβλεπον, ἐζήλων, ἐτίμων, ἄνδρας ἡγοῦντο. & apud eundem saepe περίβλεπτος legas pro ζηλωτός, vel δακτυλόδεικτος, ut in Epitaphio, Erotico, alibi. Emansores sumus & evagamur nimis longe: repetamus stationem. Addit αἰπόλος ille Theocriti, ut vasis sui pretium magis magisque intendat, dedisse se ejus gratia, — τυρόεντα μέγαν λευκοῖο γάλακτος: id est, placentam: sic enim appellabant, cui erat immixtus caseus: ψαυσὸν, cui non erat. vulgo caseum interpretantur, non recte: etsi ita in Graecis quoque commentatiunculis. Nolo auctoritate Athenaei uti. Hesychius τυρόεντα, πλακοῦντα. videtur Hesychius hunc ipsum Theocriti locum habuisse in animo, & explicasse, ut alios facit non paucos. Paullo ante probamus ut scribatur, Αἰολικόν τι θάημα, potius quam αἰπολικόν: quanquam γραφῆς utriusque meminere veteres interpretes. Hesychius, Αἰολικὸν θέαμα ἀντὶ τοῦ Αἰτωλικὸν παρὰ Θεοκρίτῳ. ἡ γὰρ Καλυδὼν Αἰολὶς ἐκαλεῖτο. In libris editis ineptissime scriptum hodie ἀντὶ τοῦ αἰπολικόν. Innuit autem his verbis Hesychius, Aeoles vindicasse sibi aliquando Calydonem: quod ex historia notum est. Legimus enim, diu litem fuisse inter Aeoles & Aetolos de hac urbe: tandem secundum Aetolos fuisse pronunciatum, propter Homeri maxime auctoritatem: qui inter Aetolorum urbes Calydonem recenset. Veruntamen, si antiquissima tempora repetimus memoria, certum est, Calydonem non solum fuisse Aeolum, sed etiam Aeolidem nominatam. Thucydides in tertia historia, ἀνεχώρησαν ἐκ ἐπὶ Πελοποννήσου, ἀλλ' ἐς τὴν Αἰολίδα, τὴν νῦν καλουμένην Καλυ-

δῶνα. Simile illi Hesychiano mendum apud Stephanum reperias, in voce Αἴγινα: ubi loco istorum sensum nullum habentium verborum, ἔστι δὲ τρύπανον αἰτωλικὸν Κεραμιήτης, scribendum esse, ἔτι δὲ κατὰ τρόπον (vel τόπον) αἰολικὸν . . . . . κεραμιήτης, docebimus cum illum auctorem sexcentis mendis, quibus scatet, liberatum, olim Deo volente, edemus. Cum ait Theocritus

— ἔνθ' ἐπὶ νῆσον Τὰν Σικελάν: & alibi

— ἐσρεῶν τὰν Σικελὰν ἐς ἄλα,

accipit τὸ πρωτότυπον ἀντὶ τῦ παραγώγου: alia est enim Graecorum in hac voce, alia Latinorum ratio, qui possessivum cum gentili, ut saepe, confundunt. Graeci hoc non faciunt, ut notat Priscianus libro II. sed haec est poëtarum licentia. Sic dixit Aeschylus initio Promethei vincti Σκύθην οἶμον, Dionysius Afer Γαλάτην ῥόον, Alcaeus in epigrammate Πέρσαν στρατὸν, Argentarius ναύτην δρόμον, & aliquanto durius poëtarum princeps, γυναῖκα μαζὸν, Iliadis ῥαψ. ω.

— γυναῖκά τε θήσατο μαζόν.

Id cum Eustathius scribat esse non solum Atticae consuetudinis, sed etiam Doricae, illius verba hic adtexere operae fuerit pretium. Τὸ δὲ γυναῖκα μαζὸν ἀντὶ τῦ γυναικεῖον κτητικῦ ὀνόματος. Ἀττικοὶ γὰρ καὶ Δωριεῖς τοῖς κυριωτέροις χρῶνται ἀντὶ κτητικῶν, ὡς φασιν οἱ παλαιοί. οἷον, Ἕλληνα στρατὸν, τὸν Ἑλληνικόν. ἄνθρωπον ἦθος, ἀντὶ τῦ ἀνθρώπινον, Ἑλλάδα διάλεκτον, δοῦλον γένος, Σκύθην οἶμον. Similia his apud Latinos. *Arcadium magistrum* dixit Virgilius, & *laticem Lyaeum* pro Arcadico & Lyaeio. Horatius. *Stertinium acumen*, & *Sulpitia horrea*, pro Stertiniano & Sulpicianis. Persius, *juvenes curas*, & *heroas sensus*: quod affine est illi prope παρακεκινδυνευμένῳ dicto veteris scriptoris in superioribus Eustathii verbis, ἄνθρωπον ἦθος. Sub finem quum dicitur Venus voluisse Daphnin cadentem casu novissimo, quo factus est cadaver, ἀνορ-

θοῦν,

θοῦν, etsi potest simpliciter pro attollere accipi: tamen videtur referri posse ad veterem Graecorum morem: qui solebant morientes summa diligentia ὀρθοῦν, & eorum membra dirigere. Euripides Hippolyto,

Ὀρθώσατ' ἐκτείνοντες ἄθλιον νέκυν,
Πικρὸν τόδ' οἰκήρημα δεσπότοις ἐμοῖς.
Χο. Ὤλωλεν ἡ δύσηνος, ὡς κλύω γυνή.
Ἤδη γὰρ ὡς νεκρόν νιν ἐκτείνουσι δή.

Illud etiam non dissimulabo, longe mihi placere magis in hoc versu,

Κἤτοι τὶ φθονέω·

lectionem, quam notat scholiastes, Κἤ τι τυ κερτομέω. ac videntur mihi illa verba habere sententiam paullo meliorem. κερτομέω siquidem ita debes hoc loco interpretari, ut in illo Homeri Ὀδ. ν.

— σὲ δὲ κερτομέουσαν ὀΐω
Ταῦτ' ἀγορευέμεναι, ἵν' ἐμὰς φρένας ἠπεροπεύσῃς.

qui locus caprarii hic mentem facile aperiat.

CAP. II.

In eodem carmine supersunt adhuc animadvertenda quaedam. In primo versu peccant, qui distinctionem importunam collocant inter ψιθύρισμα & πίτυς: quod per se clarum est, & liquet ex Nonno, qui πίτυν ψιθυρίζειν, imitans hunc locum, non semel dixit. libro XII. Καὶ πίτυς αἰάζουσα συνέμπορος ἥλικι πεύκῃ Λεπταλέον ψιθύριζε. Ubi vox λεπταλέον videtur confirmare sententiam eorum, qui a ψίω, τὸ λεπτύνω, hoc verbum deducunt. volunt enim ψιθυρίζειν proprie esse in aurem susurrare: quod tenuissima voce fieri solet. juvat & locus alius ejusdem poëtae lib. XVI. Τίπτε μοι εἰς ἐμὸν οὖας ὅσον μὴ Βάκχον ἀκοῦσαι Οὐ πίτυς ἐψιθύριζε, καὶ ὐκ ἐφθέγξατο δάφνη; Meleager in epigrammate,

Πταίης μοι, κώνωψ, ταχὺς ἄγγελος, οὔασι δ' ἄκροις
Ζηνοφίλας ψαύσας προσψιθύριζε τάδε.

Alibi ſaepe de foliorum ſtrepitu ſonoro eam vocem Nonnus uſurpat. lib. XL. — ἔβρεμεν εἰν ἑνὶ χώρῳ Φλοῖσβος ἁλὸς, μύκημα βοῶν, ψιθύρισμα πετήλων. libro primo, εἰ φυτὸν αἰθύσσοιτο, νόθον ψιθύρισμα τιταινων. lib. III. Καὶ δρύες ἐψιθύριζον. Mox Ὄχνη τ' ἀγλαόκαρπος ὁμήλικι σύμφυτος ὄχνῃ Ὄρθριον ἐψιθύριζε. Dicitur & de avium murmurationibus: quod eo dico, ut obiter iſtum ex Anthologia locum emendem, ſub finem libri ſeptimi,

Ὄρνιθες ψίθυροι, τί κεκραγατε; τί μ' ἀνιᾶτε,
Τὸν τρυφερῆς παρθένε σαρκὶ χλιαινόμενον; Scribe τὸν τρυφερῆς Τρυφερῆς σαρκὶ χ. Tryphera puellae nomen eſt, ut initio ejusdem libri, ἔστι καὶ ἐκ μορφᾶς ἀ Τρυφερὰ τρυφερά. Mox placet nobis ſcriptura, quae extat in Graecarum annotationum farragine, τυρίσδες, pro συρίσδες. nam illud conſtat eſſe. Δωρικώτερον. Sequitur non longo intervallo, ἄρνα σὺ σακίταν λαψῇ γέρας: ad quem locum obſcura mihi, puto & aliis multis, nota interpretis ſcribentis, ἐκτέταται τὸ λα διὰ τὸ εἶναι Δωρικὸν, ὡς φησιν Ἀσκληπιάδης. ἐπεί φησιν ὅτι καὶ βραχύ ἐστιν. non ſolum videtur ſupervacuum, ſed etiam abſurdum & ridiculum, quod notat de modulo ſyllabae λα: quam ideo ſolum ait produci, quia ſit vox Doricae dialecti, cum ſit alias breuis. an legit λασῇ non λαψῇ; nam λάζεσθαι dicunt poëtae ſignificatione eadem. Sed puto verius, hoc voluiſſe Aſclepiadem notae illius auctorem: fuiſſe olim in uſu vulgo, remanſiſſeque apud poëtas, & λήβω & λάβω: iſtud tamen λαψῇ non eſſe ab eo communis dialecti λάβω, unde reſtat adhuc tritum uſura ἔλαβον: ſed a λήβω factum, Dorica mutatione τῆ η in α longum, ut in ἄλιος pro ἥλιος, & ſimilibus. En λεπτολογήματα, & moleſtas grammaticorum nugas. Praeterea fallitur hic magiſter, ſi capio hoc illius tam ſubtile: nam quod in ἔλαβον non idem ſit ſyllabae λα modus, alia cau-

cauſa eſt, ut norunt quicunque literaturam Graecanicam attigerunt, nec ſunt Ἱπποκράτους παῖδες, βληχηταὶ τέκνα. Caprarius Thyrſin affatur & ait,

Οὐ θέμις, ὦ ποιμὰν, τὸ μεσαμβρινὸν, ἀ θέμις ἄμμιν
Συρίσδεν· τὸν Πᾶνα δεδοίκαμες.

at vetus poëta, cujus extat epigramma in Panem libro IIII. in contraria ſententia noſtrum poëtam imitatur,

Χ' ὡ ποιμὴν ἐν ὄρεσσι μεσαμβρινὸν ἀγχόθι παγᾶς
Συρίσδει.

quo in loco μεσαμβρινὸν pro τὸ μεσαμβρινὸν poſitum, ut apud noſtrum in Thalyſiis,

— πᾶ δὴ τὺ μεσαμέριον πόδας ἕλκεις.

γλύφανος eſt γλυφή, cum dicitur ciſſybium — νεοτευχὲς, ἔτι γλυφάνοιο ποτόσδον: ſignificat & γλυφεῖον, ſcalprum ſcalptoris: etiam pro graphio uſurparunt. In veteri epigrammate e libro ſexto auctoris incerti, quo recenſetur ſuppellex notarii, ſcribe,

Καὶ γλύφανον καλάμου πλατέος γλωχῖνα σιδήρου.

nam male vulgo editum γλυφανοῦ. Philippus dixit γλυφίδα eodem ſenſu, καὶ σμίλην δονάκων ἀκροβελῶν γλυφίδα. Paulus Silentiarius ὀξυντῆρα. Καὶ πλατὺν ὀξυντῆρα μεσοχιδέων δονακήων. Iulianus γλυπτῆρα σιδήρεον.

Δέχνυσο καὶ γλυπτῆρα σιδήρεον, ᾧ θρασὺς ἄρης
Σὺν μούσαις ἰδίην δῶκε διακτορίην.

qui omnes loci confirmant ſuperiorem emendationem. Ciſſybii deſcriptionem ita orditur ingenioſus ille αἰπόλος,

Τᾷ περὶ μὲν χείλη μαρύεται ὑψόθι κισσὸς,
Κισσὸς ἐλιχρύσῳ κεκυνισμένος.

Imitatus eſt eleganter hunc locum, ut alios multos, poëta μεγαλοφωνότατος Nonnus, de cratere quodam loquens, Dionyſiacorum libro XIX.

Τοῦ περὶ χείλεος ἄκρον ἐπ' ἀμπελόεντι καρήνῳ
Κισσὸς ἕλιξ, χρυσέῳ δὲ πέριξ δαιδαίλετο κόσμῳ.

Nisi plane constaret nobis de integritate vulgatae lectionis in superioribus Theocriti verbis, merito suspicari aliquis posset legisse Nonnum,

Κισσὸς ἕλιξ, χρυσῷ κεκονισμένος.

Sic alibi saepe nihil erubuit vates ille maximus multa ex Homero mutuari, & palam sibi sumere, ut ex publico fonte aquae haustum. Quae notant veteres ad illa verba Καλὸν ἐθειράζοντες, ea sic scribi debent: ἔθειρα ἡ τῆς κεφαλῆς θρίξ. ὅθεν Ἀριστοτέλης ἐν Ὁμήρῳ ἔγραψε

Κυάνεαι δ' ἐγένοντο γενειάδες ἀμφὶ γένειον.

ἐκ ἐθειράδες. locus est in Odyssea ῥαψωδ. π. sed in nostris libris vulgata lectio, quam Aristoteles exisbilaverat, adhuc locum occupat. Eustathius vero γενειάδες pro genuina scriptura amplectitur potius, quam ἐθειράδες. Sed mirum, tacuisse illum de hac Aristotelis emendatione. Quod igitur id sciamus, debemus eam gratiam illi grammatico, qui primus ad istum locum annotavit, sive is est Amarantus, sive quis alius. Amarantum edidisse in Theocritum commentarios, constat ex Etymologico: praeter quem, etiam Asclepiadem, Nicanorem Coum, Ameriam, Munatum, Neoptolemum & alios nobiles criticos video laudari. ex eorum omnium & aliorum plurium doctissimis scriptis collectus est jam olim commentarius in hunc poëta: de quo Eustathius intelligit, cum τὰ εἰς τὸν Θεόκριτον laudat. Utinam extaret illa prior collectio mera & integra: ea quidem lege, ut, quaecunque recentiorum imperitia illi de suo appinxit, omnia delerentur. Nam quae hodie circumferuntur, quid sunt aliud, quam πολλὰ μὲν ἐσθλά, πολλὰ δὲ λυγρά; illa antiquis iis, de quibus diximus, accepta ferri debent, vere γονίμοις criticis & eruditis: ista recentioribus, quorum stupenda plane inscitia, imperitia, negligentia, vanitas etiam & impostura. Non dicimus hoc temere: sed experti saepius rem ita habere. Vidimus enim, partim

tim etiam habemus, quamplurimas hominum istorum ἐξηγήσεις, & scholia in plerosque omnes poëtas antiquos, etiam in Graeca epigrammata, & in Oppianum: quae omnia olim a nobis discendi cupiditate inflammatis, avidissime comparata, lectione deprehendimus esse plane, quod Theocritus ait, ἄπαν ῥύπον, λῆρον ἐπὶ λήρῳ, aliud nihil. Porro ad hunc Homeri versum refero, quod in Etymologico magno scriptum est, γενειάδες αἱ κατὰ τῶν γενείων γεννώμεναι τρίχες. τινὲς κακῶς ἐθειράδες. ita lego illum locum. Acis Siciliae fluvius Theocrito nominatus versu isto,

Οἠδ' Αἴτνας σκοπιὰν, ἠδ' Ἄκιδος ἱερὸν ὕδωρ.

is est, opinor, de quo Eustathius non semel: certe quidem is, de quo Vibius Sequester: *Acis*, inquit, *ex monte Aetna in mare decurrit, ex cujus ripis Polyphemus saxa in Ulyssem egisse dicitur.* Silius Italicus,

Quique per Aetnaeos Acis petit aequora fines.

E veteribus Graecis, qui ejus meminerint, praeter Theocritum in mentem mihi nunc quidem venit nemo. geographis quoque contemtus & indictus est. Ideo videtur Nymphodorus, cum de Sicilia scriberet, dubitasse de isto Theocriti loco. Arguunt illius verba in συναγωγῇ scholiorum, quae ita putem corrigenda. θαυμάζομεν ὅτι ἐπὶ Δάφνιδος Ἄκις ποταμὸς Σικελίᾳ ἐνῆν. Non est autem dubitandum recte hunc versum

Ἤδη γὰρ φράσδη πάνθ' ἅλιον ἅμμι δεδυκεῖν

ex Eustathii commentariis in Iliadis ῥαψῳδ. χ. sic esse emendatum. Nam quod ille paullo aliter eum profert, frustra viros olim doctos ea diversitas impulit, ut de hujus loci emendatione suspensa manu, quasi alio pertinerent Eustathii verba, pronuntiarent. Veterum siquidem grammaticorum mos est in proferendis auctorum locis, id unicum, cujus gratia eos laudant, spectare, neglecta interim sententia. Ex eo est, quod multa saepe apud

eos

eos aliter ſcripta inveniuntur, quam in ipſis auctoribus habentur. Ne longe exemplum petam, ſimilis eiusdem Euſtathii ſecuritas, vel incuria, cum in Οδυσσ. κ. de Lipara inſula loquens, ſcribit, ἐξ ἧς καὶ σέλας λέγεται παρὰ Θεοκρίτῳ Λιπαραῖον, διὰ τὰ ἐκεῖ ἀναφυσώμενα πυρά. neque enim σέλας Λιπαραῖον usquam dictum a poëta, ſed Λιπαραῖος Ἥφαιστος. locus eſt idyllio ſecundo,

— ἔρως δ' ἄρα καὶ Λιπαραίου
Πολλάκις Ἀφαίστοιο σέλας φλογερώτερον αἴθει.

dixit & ὅσσων λιπαρὸν σέλας in Dyſerote: ſed nihil id ad Euſtathium: cujus aliud ſimile μνημονικὸν ἁμάρτημα indicamus infra capite quinto. Caeterum, ex iis, quae docent nos interpretes ad iſta verba, καὶ πτῶκας βάλλει, colligimus, mutato accentu ſcripſiſſe veteres grammaticos ex idiomate Dorico πτώκας, & θώας (ſic ſcribendum in ſcholiis) & ſimiliter alia id genus. Eum linguae Doricae canonem refert Euſtathius ex commentariis in Theocritum. Ita ille in haec verba ex Ιλιάδ. ραψ. ε.

— ἡ δ' ἀγκὰς ἐλάζετο θυγατέρα ἧν.

Ἰσέον, ait ὅτι ὡς καὶ ἐν τοῖς Θεοκρίτου φαίνεται, αἱ μὲν εἰς αι λήγουσαι εὐθεῖαι τῶν πληθυντικῶν συζέλλουσι τὸ α τῶν αἰτιατικῶν παρὰ τοῖς Δωριεῦσιν, αἱ δὲ εἰς ες ἐκτείνουσιν ἀπ' ἐναντίας τῇ κοινῇ διαλέκτῳ. ex iſto canone ſcribendum oda quarta, πρώκας σιτίζεται, ut habent libri antiqui, non πῶκας, ut alii codices ideo corrupti, quia emendati. Meminerint tamen tirones, non ſemper huic canoni eſſe locum in ſcriptis τῶν δωριαζόντων: idemque ſentiendum de caeteris omnibus, quae huic dialecto propria eſſe traduntur. ſimile poteſt obſervari in Herodoti & Hippocratis τῶν ἰαζόντων ſcriptis. Urſas cur appellet poëta φωλάδας, ex Ariſtotele, Theophraſto, Sopatro, Plinio, obſcurum non eſt: illud obſcurius, quid ſecuti e veteribus criticis nonnulli φωλάδας expoſuerint κατασίκτους. ſed cum φωλάδα nominari certum morbi genus, Suidae teſtimonio cogno-

cognoſcamus: ſuſpicor ita aliquem fuiſſe appellatum ex iis, quibus cutis affici deturparique ſolet: ut non male transferri ea vox potuerit, ad rem indicandam variis maculis diſtinctam. Thymbrin, cujus meminit poëta ibi

— χαῖρ' Ἀρέθοισα
Καὶ ποταμοὶ, τοὶ χεῖτε κλυτὸν κατὰ Θύμβριδος ὕδωρ,

interpretibus fluvii nomen eſſe placet. Caeterum ita dubia & incerta eorum traditio, ut prope ipſis aqua hic videatur haeſiſſe. non minus dubia quae ſcribit alicubi Euſtathius in ſummum vatem de iſta voce. quin etiam commentariis in Dionyſium de hoc Theocriti loco ſic notat idem. Σημείωσαι ὅτι παρὰ τῷ Θεοκρίτῳ φαίνεταί ἔν τινι ἀμφιβαλλομένῃ γραφῇ καὶ Σικελός τις εἶναι Θύμβρις ποταμός. Mihi non diſpliceat Thymbrin iſto loco montis potius eſſe nomen, unde plures fluvii oriantur, & in mare praecipitent. Poſtremo ſcribit ſcholiaſtes, & probamus nos Ἑλίκας δὲ λίπε Ῥίον. Scio ῥίον appellari omne promontorium, aut etiam collem: ut in Hercule λεοντοφόνῳ

Αὐτὰρ ἐγὼ θάμνοισιν ὑπὸ σκιεροῖσιν ἐκρύφθην
Ἐν ῥίῳ ὑλήεντι.

ſed hic alia notione accipiendum, de Rhio promontorio in ea ora Peloponeſi, ubi Helice fuit, omnibus geographis celebrato.

CAP. III.

In argumento ſecundi idyllii ſcriptum eſt, τὴν δὲ Θεσύλιδα Θεόκριτος ἀπειροκάλως ἐκ τῶν Σώφρονος μετήνεγκε μίμων. mirum vero ecquam hic cenſor ἀπειροκαλίαν in elegantiſſimo poëta notare voluerit. equidem quorſum ille id ſcripſerit non ſatis aſſequi conjectura poſſum. fortaſſe illi parum viſus ſervare decorum Theocritus, dum imitatione Sophronis, ancillam Simaethae tribuit: quod ur-

banae potius, quam ruſticae, conveniat perſonae. Sed profecto Simaetha iſta meretrix fuit urbicaria, non mulier ruſticana. Non defuerunt, qui iſtum nodum ſecare mallent, quam ſolvere, & tollerent vocem ἀπειροκάλως. quam nos in optima quaque editione & chirographis, quos vidimus, inventam, temere rejicere non auſimus. Sed accedamus ad rem. Athenaeus libro undecimo vocem κελέβην explicans, hunc profert verſum Theocriti, qui initio idyllii iſtius habetur,

Στέψον τὰν κελεβαν φοινικέῳ οἰὸς ἀώτῳ.

incertum autem eſſe ait, utrum id ſit proprium quoddam poculi genus, an generalis omnium appellatio. Verba Athenaei ſic lego, ἄδηλον δὲ εἰ ποιὸν εἶδός ἐϛι ποτηρίου, ἢ πᾶν ποτήριον κελέβη καλεῖται, ἀπὸ τᾶ χέειν εἰς αὐτὸ τὴν λοιβήν. vel, ἄδηλον δὲ ποῖον εἶδός ἐϛι ποτηρίου, ἢ εἰ πᾶν. adducit deinde χρῆσιν Euphorionis, quam exiſtimo ſumptam ex ejus carmine, cui erat index Ἀραὶ ἢ Ποτηριοκλέπτης, vel Ποτηριογλύπτης: nam utramque lectionem agnoſcunt libri calamo exarati. moveor ita cenſere, argumento ſimilis loci inde allati a Stephano, Ἀλύβη.

Ὅς τις μεῦ κελέβην Αλυβηΐδα μοῦνος ἀπηύρα.

Sic enim ſcribendum, cum vulgo ineptiſſime legatur is verſus. Caeterum κελέβη apud Nicandrum in Theriacis eſt pila, in qua aliquid pinſitur.

— τότε δ' ἄνδιχα πίνεο θρύψας
Ἐν κελέβῃ.

quo modo hic interpretari nihil, opinor, vetat: nam veteres interpretes iſto loco nihil certi habent quod ſequamur, aliis *caput*, aliis *poculum*, aliis aliter exponentibus. Eſt vero animadverſione haud indignum, Virgilium cum idyllium iſtud totum ſtudioſiſſime imitaretur, maluiſſe dicere,

— *cinge haec altaria vitta.*

quam, *cinge haec pocula vitta*, aut aliud quid cum Theocrito.

crito. Nam aut ego vehementer fallor, aut ritum Romanum nobis, more suo, poeta doctissimus indicavit. Is fuit, ut sacra quaedam facturi, aram vitta cingerent: & eo referendum, quod ait Propertius libro IIII.

Cestum molle date, & blandi mihi thuris honores,
Terque focum circa laneus orbis eat.

& quod Ovidius v. Fastorum,

Araque gramineo viridi de cespite fiat,
Et velet tepidos nexa corona focos.

& libro sexto ex eodem more illud est,

Haec secum Tanaquil sacris de more peractis
Iussit in ornatum fundere vina focum.

etsi posteriores hi loci de verbenis accipi etiam possunt. De Iynge scribit scholiastes, tradidisse quosdam, eam fuisse filiam Ἠχοῦς. addit vero codex vetus, οἱ δὲ Πειθοῦς. In eodem exemplari scriptum est,

Ἁλφιτά τοι πρῶτον περικάεται.

non πυρὶ τάκεται. atque eam lectionem videtur annotare voluisse vetus interpres. Non probo quod quidam tradunt, ἄλλ' ἐπίπασσε, ideo esse scribendum, quia integrum sit, non ἀλλά, sed ἄλλα· mihi aliter videtur: qui sciam sexcentis locis apud Graecos poëtas vocem ἀλλὰ sic usurpatam reperiri. Sequitur,

Θέσυλι δειλαίε πᾶ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι.

& in Cyclope

ὦ κύκλωψ κύκλωψ πᾶ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι.

simile est Homeri in Odyssea,

— σὺ δέ τις φρενὰς ἐκπεπαταγμένος ἐσσί.

& apud Herodotum, φρενῶν ἀγαθῶν παραπλάζειν. Scripserim mox,

— τὰ Δέλφιος ὀξέα πάσσω. &,
— ἐγὼ δ' ἐπὶ Δέλφιϊ δάφναν αἴθω.

ita potius Dores, quam Δέλφιδος, ut Πάριος potius, quam Πάριδος. esse autem in hac oda exquisite servatam linguam

Doricam priſci tradunt magiſtri. Verſum iſtum,

χ' ὡς δινεῖθ' ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκεος, ἐξ 'Αφροδίτας,

aliter veteres diſtinguunt, aliter recentiores libri, & interpretes. liquet ex editis ſcholiis: & magis adhuc ex iſto interpretamento codicis manuſcripti: ῥόμβος ὁ χάλκεος ἐξ 'Αφροδίτας, ὁ ἐκ τῆς δυνάμεως τῆς 'Αφροδίτης κατεσκευασμένος. Porro ſcholiaſtes editus iſta verba,

ἦ ῥά γέ τοι μυσαρὰ καὶ τὸν ἐπίχαρμα τέτυγμαι;

ſine interrogatione legit: non editus vero cum interrogatione ſcribit & explicat: & ita etiam ſequenti idyllio,

ἦ ῥά γέ τοι σιμὸς καταφαίνομαι ἦμεν;

aliter tamen habebat vetus Theocriti codex: ubi etiam recte

Κινήσαις ῥ' ἀδάμαντα

ſcriptum offendi, non 'Ραδάμανθα. Sequitur deinde,

— τὸ δὲ χαλκίον ὡς τάχος ἄχει.

ad quem locum quod notant ſcholia, multum apud veteres fuiſſe aeris uſum in re divina, maximeque πρὸς πᾶσαν ἀφοσίωσιν καὶ ἀποκάθαρσιν: confirmatur valde iſtis Macrobii verbis lib. V. cap. XIX. *Omnino autem*, ait, *ad rem divinam pleraque aenea adhiberi ſolita, multa indicio ſunt: & in his maxime ſacris, in quibus delinire aliquos, aut devovere, aut denique exigere morbos volebant* Recte etiam notatum in iisdem, ſolitos veteres delinquente luna aera pulſare. Cauſſam cur id vulgo fieret, aperit Plutarchus in libello de facie, quae in orbe lunae apparet. plerique tamen aliter acceperunt, quos vanitatis arguit Ovidius merito,

Et quamvis aliquis Temeſaea removerit aera,
Nunquam luna ſuis excutietur equis.

Vide iterum Plutarchum in Aemilio Paulo, Livium lib. XXVI, Tacitum lib. I, Manilius,

Ultima

Ultima ad Heſperios infectis volueris alis,
Seraque in extremis quatiuntur gentibus aera.

Ait Theocritus,

Ἐν Δίᾳ λασθῆμεν ἐϋπλοκάμου Ἀριάδνας.

vetus codex habebat Δίῳ: ſed aliud Dium, aliud Dia: nec quicquam mutandum. Dia namque eſt Naxus. Callimachus,

Ἐν Δίῃ, τὸ γὰρ ἔσκε παλαίτερον ὄνομα Νάξῳ.

& ita apud Homerum, Apollonium, Catullum aliosque in fabula Ariadnes. Adi, ſi lubet, Stephanum: & lege apud eum, ἡ πρὸς Ἀμόργῳ, non πρὸς Σαρμοσσῷ. claret ex iis, quae ſcribit hic ſcholiaſtes. Notabis etiam Δίαν πρὸς Μιλήτῳ eſſe Stephano, quae iſti eſt, ἡ περὶ Μῆλον. quarum lectionum utra ſit verior, alias viderimus. Sane ex iis, quae hoc ipſo loco interpres ait de voce Μύνδιος, non dubito reſcribere apud Stephanum in Μύνδος, Ἀρκαδίας pro Καρίας alterutro loco: quod & aliis rationibus probare poſſem, ſi id ageretur. Placet autem mihi vehementer, ut, cum dicit Theocritus Ἱππομανὲς φυτόν ἐσι, φυτὸν exponamus φῦμα. φῦμα autem eſt πᾶν τὸ φυόμενον, ut ἀκρόαμα τὸ ἀκροώμενον, & alia id genus. Ita ab aliis quoque reperies uſurpatam vocem φυτόν. Callimachus de ferro loquens,

Γειόθεν ἀντέλλον τὶ κακὸν φυτὸν οἵ μιν ἔφηναν.

Heſychius, φυτοῦ, φύματος. reſpicit Heſychius, niſi vehementer fallor, locum illum ipſum Archilochi, quem profert ſcholiaſtes. Solet enim ille grammaticus difficiles quosque locos principum poëtarum in ſuos commentarios transferre & explicare. quod tamen videas ſaepe (ut hoc obiter dicam) etiam doctiſſimos viros non animadvertere, & eo falli. Exemplo ſit is, qui ex illo Heſychii loco, ubi explicantur haec Homeri Ιλιάδ. ο.

ὦ πόποι, ἦ δὴ πάγχυ μάχης ἐπὶ μήδεα κείρει
δαίμων ἡμετέρης. & Ιλιάδ. π.

ὅ ῥα πάγχυ μάχης ἐπὶ μήδεα κείρει,

proverbium, neſcio quod, omnibus hactenus inauditum, & ipſi in primis Heſychio. confinxit. Sed ad rem. Scribo,

τὰ δὴ τόκα πολλὰ μὲν ἄλλα. non πόκα.

alibi hunc locum explicamus contra interpretes. Eo verſu,

Καὐμφισειλαμένα τὰν ξυσίδα τᾶς Κλεαρίσας,

ſatyrico aceto defricatur mulierum illiberalis ambitio, in aliena veſte ſeſe venditantium. Iuvenalis,

Ut ſpectet ludos conducit Ogulnia veſtem.

Quid ſibi vult vetus nota ad haec verba?

ἀλλὰ μέ τις καπυρὰ νόσος ἐξαλάπαξε.

nota haec eſt: γράφεται καὶ ἐξάλαξεν ἵν' ᾖ ἐξήλησε. ego, qui haec ita ſcripta non intelligerem, ſic ſcribebam, ut ea intelligerem, γράφεται καὶ ἐξαλίαξεν. ἵν' ᾖ ἐξήρηνε. notum verbum ἐξηλιάζω, inſolo, ſicco. Valde autem ſimilis eſt apud Plautum Sileni narratio narrationi Simaethae, quae ibi incipit.

— τίς μοι κακὸν ἄγαγε τοῦτο;

Plauti locus eſt in Ciſtellaria.

Quo is homo inſinuavit pacto ſe ad te? S. Per Dionyſia
Mater pompam me ſpectatum duxit: dum redeo domum,
Conſpicillo conſecutus eſt clanculum me usque ad fores:
Inde in amicitiam inſinuavit.

Sed Theocriti imitationem, vel potius συνέμπτωσιν in dicta paria & ſimilia, non uno loco deprehendas in Plauto. Ne longe abeam: proverbium, quod in hoc ipſo idyllio extulit noſter,

— αὐτὰ δὲ λοιπὰ
ὀξέ' ἔτ' ἦς καὶ δέρμα. & εἰδ. δ'
τᾶς πόρτιος αὐτὰ λέλειπται Τωξέα,

non ſemel expreſſit Plautus. Aulularia,

Me.

Me. *Volo ex te ego ſcire quid ſit agnus curio.*
Ev. *Qui oſſa atque pellis totus'ſt; ita cura macet.*
Captiveis: — *ego qui tuo moerore maceror,*
Marceſco, conſeneſco, & tabeſco miſer:
Oſſa atque pellis ſum, miſer a macritudine.

Sic Apollonius, — ῥινοὶ δὲ σὺν ὀστέα μοῦνον ἔεργον. Veteres Latini *ſcutilum* dixerunt, qui totus eſſet oſſa & pellis, ut docet nos Feſtus. Simaetha paullo mox cum ait,

Ἀλλ' ἦς οὐδὲν ἐλαφρόν· ὁ δὲ χρόνος ἄνυτο φεύγων·

videtur alludere vetus proverbium, ὁ χρόνος εὐμαρὴς θεός. Scribe deinde χ' ὡτῶ, non χ' ἕτω. nec aliter in ſcholiis. Ait Delphis, — καὶ γὰρ ἐλαφρὸς Καὶ καλὸς πάντεσσι μετ' ἠϊθέοισι καλεῦμαι. καλεῖσθαι hic ita accipio, ut τὸ εἶναι potius, quam τὸ κατηγορεῖσθαι vel λέγεσθαι ſignificet: ut & apud Romanos verbum *appellor* nonnumquam. Varro, De re ruſtica. *Sequitur ſecundum illud, quali terra ſit ſolum fundi, & a qua parte vel maxime bonus aut non bonus appelletur.* hoc eſt, καλοῖτο ſive εἴη. Notat hoc loquendi genus apud Homerum ejus interpres Euſtathius ſaepiſſime: quod in ſacris literis ex idiomate Hebraico plurimis locis invenitur. Plato De republica lib. VIII. μηδὲν ὄντα τῶν τῆς πόλεως μερῶν, μήτε χρηματιστὴν, μήτε δημιοργὸν, μήτε ἱππέα, μήτε ὁπλίτην, ἀλλὰ πένητα καὶ ἄπορον κεκλημένον. & paullo poſt, πάντες ὅσοι κέκληνται κακοῦργοι. Sic & princeps tragicorum Sophocles ſaepe. In Electra,

Ἄνετέ μ', ἄνετε, παράγοροι·
Ταῦτα γὰρ ἄλυτα κεκλήσεται.

Philoctete,

Ἀλλ' οἰκτίσαντες ἄνδρα δύσηνον, μόνον
Ἔξημον ὧδε κ' ἄφιλον καλούμενον.

In Trachiniis. — τοῖάδ' Ἡρακλῆς
ὁ πιστὸς ἡμῖν κἀγαθὸς καλούμενος.

ubi

ubi tamen perperam editum τελούμενος: quum Aldi editio habeat καλούμενος: recte. Contra in Oedipo Colon. isto versu,

— μόνας δὲ τὸν καλούμενον ξένον
Σώζειν οἵας τε.

verius fortasse scriberetur κακούμενον, ut & Aldus edidit, & habet Suidas δόξα: etsi vulgata lectio mihi non displicet. Posuerunt invicem *esse* pro *nominari* veteres, ut ad Phormionem adnotat Donatus. Scriptores Attici εἶναι & καλεῖσθαι nonnunquam jungunt. Isocrates Panathenaico, τὸν διὰ σωφροσύνην μόνον ἀξιωθέντα Διὸς γενέσθαι καὶ κληθῆναι κηδεστήν. Aristoteles Politicorum lib. VIII. μὴ καλὸν, ἁπτόμενον φαίνεσθαι μηδαμῆ μηδαμῶς, ὅταν ᾖ καὶ προσαγορευθῇ πόσις. Mala Dionysiana cur appellet poëta, explicat Athenaeus libro tertio, cujus esse verba: Ὅτι δὲ καὶ τῶν μήλων εὑρετὴς ἐστι Διόνυσος, μαρτυρεῖ Θεόκριτος ὁ Συρακούσιος, οὕτωσί πως λέγων,

Μᾶλα μὲν ἐν κόλποισι Διωνύσοιο φυλάσσων.
Κρατὶ δ' ἔχων λευκὰν, Ἡρακλέος ἱερὸν ἔρνος.

deinde addit Neoptolemi Pariani locum, quo & pomorum, & omnium aliorum ἀκροδρύων, inventio Baccho tribuitur. Philetae locum, qui adducitur in hunc versum ab interpretibus, ita scriptum invenimus,

Μᾶλα φέρων κόλποισι, τά οἵ ποτε Κύπρις ἐλοῖσα
Δῶρα Διωνύσου δῶκεν ἀπὸ κροτάφων.

Ἐχθὲς sive χθὲς saepe idem valet ac χθὲς καὶ πρώην: neque hesternum diem praecise notat: sed latius multo extenditur: ut in fine hujus carminis minimum ad dies duodecim, illo versu,

Κἄτε τι τῆνος ἐμὶν ἐπεμέμψατο, μέσφα τοι ἐχθές.

dixit enim initio,

Ὅς μοι δωδεκαταῖος ἀφ' ὧ τάλας οὐδέποθ' ἥκει.

& ait iterum sub finem,

Νῦν δέ τε δωδεκαταῖος ἀφ' ὧ τέ νιν οὐδέποκ' εἶδον.

CAP.

CAP. IV.

Philetae locus, de quo egimus modo, admonet me aliquot Callimachi fragmentorum, quae in scholiis corrupte scripta, operam nostram desiderant. Neque vereor ne fraudi mihi sit apud amantes harum literarum, si occasione ista paululum a proposito aberravero. Verba interpretis ad superius idyllium secundum haec sunt. Εἰωθασιν οἱ ἐρῶντες ὑπὲρ τῶν ἀγαπωμένων πλείονας κυάθους ἐπιχεῖσθαι. Καλλίμαχος· Ἔγχει καὶ πᾶσιν εἶπε Διοκλέῖ, οὐδ' Ἀχελῶος τῶν ἱερῶν αἰσθάνεται κυάθων. De isto veterum amantium more notamus aliquid ad XIV. idyllium. Sed versus Callimachi sic sunt scribendi ex membranis,

Ἔγχει, καὶ πάλιν εἰπὲ, Διοκλέος· οὐδ' Ἀχελῶος
Κείνῳ τῶν ἱερῶν αἰσθάνεται κυάθων.

Iterum scholiastae verba sunt ad carmen IIII. τὴν σαγήνην τῆς δρόσου πρῶκα λέγουσιν ἀπὸ τοῦ πρωΐ πέμπεσθαι. καὶ Καλλίμαχος. ὥς κεν ἐκεῖναι πρῶκες ἔραζε πεσοῦσαι, προίκιον ἐκδηκέως εἶδαρ ἔδων. scribo ut sententiae simul & versui consulam.

— ὥσπερ ἐκεῖναι πρῶκας ἔραζε πεσούσας
Προίκιον ἐνδυκέως τέττιγος εἶδαρ ἔδων.

προίκιον εἶδαρ, dapes in emtae, vel cibus pauperum, miserorum. Hesychius, προικὸς, πονηρὸς, πτωχός. Homero & poëtis προΐκτης est mendicus. Legere memini & προΐα pro mendicitate. nisi mendum est in his verbis Dionis Chrysostomi oratione De non capta Ilio, φασὶ τὸν Ὅμηρον ὑπὸ προΐας τε καὶ ἀπορίας προσαιτεῖν ἐν τῇ Ἑλλάδι. Verba interpretis fere adduxerant me ut scriberem Πρωΐον ἐνδυκ. sed repugnat scriptus codex: in quo scriptum inveni πεσοῦνται pro πεσοῦσαι· & ἐκ δίκης ἔρως εἶδαρ. fortasse an scribendum προίκιον ἐνδυκέως εἶδαρ ἔρωτος ἔδων. Deprehendimus ibidem, & alium Callimachi locum, valde obscuratum: nam & auctor ejus scholii nomen poëtae reticuit: & scribarum imperitia plurimum ausa est in illo depravando. Ita igitur scriptum, quo loco verbum

bum παλύνεται explicatur: πάλυν ἔλεγον τὸ λεπτότατον τῆ ἀλεύρῳ· παρ' ὃ καὶ φάλιον λέγεται τὸ λευκόν. Ἡδὺ ἂν φάλιον ἀλεύροις ἐν τῷ ἐσθίεσθαι. manifesta vitii lectio. In libro scripto, qui in Genevensi bibliotheca servatur, reperimus, ἡδὺ ἀνάφαλον ταῦρον. nihilo melius. nisi quod indicio vocis ταῦρον, quae in vulgatis deest, latentem Callimachi versiculum sumus odorati. Scribendum enim putamus, Ἡδυῖαν φάλιον ταῦρον ἠλεμίσαι. extat iste Cyrenaei poëtae pentameter in Etymologico magno, in voce ἰάλεμος. In ipso fine ejusdem carminis, habet dictus liber, Ὅτι δὲ οἱ σατυροι καὶ οἱ πάνες καὶ ἐπίφοροι (scribo, εὐεπίφοροι) πρὸς τὰς συνουσίας καταγνοίοντες (fortasse, κατ' ἀγροὺς ὄντες) καὶ Καλλίμαχός φησι. At locus ab interpretibus ad primum idyllium productus in explicanda voce σκῶπες, sumtus est ex libro Callimachi De avibus: cujus, praeter Suidam & Athenaeum, meminere commentator Apollonii & auctor Etymologici. Ex ejusdem Choliambis sumtus est hic versus, qui in scholiis legitur ad septimam eclogam, ἐς τὸ πρὸ τείχους ἱερὸν ἀλέες δεῦτε. Extant & in Etymologico magno, ut alia multa hujus auctoris, quaedam non sine mendo. Eorum partem superioribus adtextam, simul ut emendem. Scribit auctor in ἀμπρεύω· ὁ μὲν Καλλίμαχος κυρίως ἐπὶ τοῦ ἕλκειν ἔλαβε τὴν λέξιν. οἷον Ἄνδρ' ἐλαιοὶ δ' ἐκ λείοθεν ἀμπρεύοντες. Scribo, Ἄνδρες δειλαιοι δ' ἐκ λήοθεν ἀμπρεύοντες. loquebatur de ubertate messis, & συγκομιδῇ frugum. ἐκ λήοθεν valet, ἐκ τοῦ ληΐου, ex aruo ubi seges. qui λείοθεν retinent & ἀμπρεύειν explicant *vitam trahere*, refelluntur satis ab ipso auctore, qui ait κυρίως hic verbum illud accipi. Similis vox ἄγροθι in alio ejusdem versu,

Ἐν τ' εὐωπελίαι, φέρε τ' ἄγροθι νόσιμα πάντα.

In ἀττάραγος scribo, οὐδὲ τὸν ἀττάραγόν τοι ἔδωκε. non δέδοικε. Ita extulit proverbium Homericum, quo & Theocritus est usus; ἀλλ' ἄλα δοίης. nam ἀττάραγος est τοὐλά-

χιστον,

χισον, ut apud Latinos, ciccus, pilus, hetta, nauci. Scribit idem: Δανάκης, νομίσματός ἐσιν ὄνομα βαρβαρικὸν πλέον ὀβολῦ· ὃ τοῖς νεκροῖς ἐν τοῖς ςόμασιν ἐτίθεσαν. Καλλίμαχος, Τέττιγα καὶ νέκυες πορθμήϊον οὔτι φέρονται Μάνη ἐπιπτολίων, ὅτε θυμιονησέμεν. Ἀλλ' οὐσάνοις ἐκ ςομάτεσσι νεὼς Ἀχερουσίας ἐπίβαθρον δανάκης. Mos Graecorum, quem notat, omnibus jam notus est. ut Iuvenalem aliosque plurimos taceam, quoties mentio apud Lucianum ejus oboli, quem mortuis in os indebant veteres, ut esset unde naulum solverent? Versus Callimachi, ab aliis parum feliciter tentatos, sic scribendos censemus:

Τέττιγα καὶ νέκυες πορθμήϊον ἄτι φέρονται
Μάνῃ ἐνὶ πτολίων, ὃ γε τέθμιον εἶσεμεν ἄλλοις
Ἐν ςομάτεσσι, νεὼς Ἀχεροντείας ἐπίβαθρον.

Proferuntur hi versus, non quod in illis voce δανάκης esset usus poëta: sed ad confirmationem ejus moris, quem diximus. nec potuit ab eo grammatico locus illustrior & dilucidior eligi. Loquitur autem Callimachus de Hermione, ubi fuit Ditis ostium, sive terae hiatus altissimus: vulgo ψυχοπομπεῖον dicebant: putabant enim animas fato functorum per illud foramen recta ad inferos pervenire. ideo nauli gratia obolum non inferebant ori suorum mortuorum. Strabo, παρ' Ἑρμιονεῦσι δὲ τεθρύλληται τὴν εἰς ᾅδου καταβασιν σύντομον εἶναι. διόπερ ἐκ ἐντιθέασιν ἐνταῦθα τὸν ναῦλον. Ex his intelligimus quo pertineant illa verba, μούνῃ ἐνὶ πτολίων. sed notanda vox μάνῃ: nam etiam alibi fuere ψυχοπομπεῖα & viae ducentis ad inferos compendia: quod ex geographis & Hesychio certum est. Caetera ut sunt a nobis correcta difficultatem non habent: nec obscurae emendationum rationes. οἰσέμεν vel οἴσειν, pro φέρειν, etiam Andocides orator aliique posuere, nedum poëtae. monstrum lectionis ἀλλ' αὐσάνοις natum ex imperitia scribae, qui in describendo vocem adjecerat a poëta omissam, & ita notaverat ἄλλοις ἄνοις

usitatissimo in libris veteribus compendio. In voce δίκρον scribe: Καλλίμαχος, δικρόον φιτρὸν ἀειραμένη. non autem φίλτρον. furcam intelligit. De notatione nominis ἐρωδιὸς ita scriptum ab eodem, Ἐρωδιὸς ἐτυμολογεῖται διαφόρως. οἱ μὲν παρὰ τὸ ἔαρ, ὃ σημαίνει τὸ αἷμα, ὡς παρὰ Κυρηναίῳ, Αἷμα γὰρ λύχνου τὸ ἔλαιον τὶ ἔλειξαν ἐάρ. mutilata esse Callimachi verba satis liquet. Integer versus hic est, Πολλάκι δ' ἐκ λύχνου πῖον ἔλειξαν ἔαρ. reperi apud Nicandri interpretem in Alexipharmaca. Scribo in λάκτις,

Αὖθις ἀπαιτίζουσαν ἐὴν εὐεργέα λάκτιν.

nam ἔκνον nihil est: ἔκνων a κνάω non satis convenit. λάκτις est trua, ut in simili loco Nicandri, — λάζεο τυκτὴν Εὐεργῆ λάκτιν. Omnino mapalia faciam isto capite, ut in curia senatores persaepe: quocumque me rapiet memoria, eo deferar hospes. Igitur in Arati vita quae Achilli Statio adjecta est, Callimachi extat epigramma in eum poëtam: quod quia corruptissime ibi scriptum est, nec viri docti, cum inde illud describerent, quicquam emendarunt, apponam id, atque ex animi sententia corrigam. Ita autem editum est:

Ἡσιόδου δ' ἄεισμα καὶ ὁ τρόπος ἐ τὸν ἀοιδὸν
Ἔχετον, ἀλλ' ὀκαισωμητο μελιχρότατον
Τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμαξατο. χαίρετε λεπταὶ
Ῥήσεις Ἀρήτου σύγγονος ἀγρυπνίης.

prius distichum multifariam depravatum est. Scribo,

Ἡσιόδου τόδ' ἄεισμα, καὶ ὁ τρόπος οὗτος ἀοιδὸν
Ἔχε τὸν· ἀλλ' ὀκνέω μὴ τὸ μελιχρότατον
Τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο. χαίρετε λεπταὶ
Ῥήσιες Ἀρήτου σύγγονοι ἀγρυπνίης.

Praeivit ex parte ad hanc emendationem, quod in ejusdem vitae initio est scriptum. Asclepiades, inquit, Ταρσέα φησὶν αὐτὸν γεγονέναι, ἀλλ' ὁ Σολέα, Καλλιμάχου πολυίσαρος ἀνδρὸς καὶ ἀξιοπίστου Σολέα λέγοντος αὐτὸν γεγονέναι διὰ τούτων· ἀλλ' ὀκνέω μὴ τὸ μελιχρότατον (ita emendo vulgatam

tam lectionem, quae eo loco depravatissima est) τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο. Hesiodi carmen de sideribus laudant vetere grammatici: Theon in Aratum ἀστρικὴν βίβλον vocat. Arati librum astronomicum vocat Callimachus ῥήσεις λεπτὰς, ut Strabo τὰ κατὰ λεπτὸν libro decimo. Δηλοῖ δὲ τὰς ἀπορίας αὐτῶν καὶ Ἄρατος ἐν τοῖς κατὰ λεπτόν. Plinius libro V. epistolarum: *Vides ut Aratus minutissima etiam sidera consectetur & colligat: modum tamen servat.* Ptolemaeus rex in epigrammate, quod in eadem illa vita legitur,

Ἀλλὰ τὸ λεπτολόγῳ σκῆπτρον Ἄρητος ἔχεις.

Poteram plura istis adtexere, quae ex hoc poëta apud varios auctores vitiose scribi observavimus: sed haec ipsa vereor ne nimis multa multis videantur. Hic igitur pausa esto.

CAP. V.

Eclogae tertiae inscriptio est Κῶμος in libro manuscripto. Est autem hoc carmen exemplum elegantissimum παρακλαυσιθύρου: nam ita proprie appellabant, ut alibi explicamus pluribus: caussam ejus appellationis declarat poëta idyllio XXIV. cui index Ἑρασὴς ἢ Δύσερως: estque id alterum non minus elegans παρακλαυσιθύρου exemplum. Ait ibi poëta.

Ἀλλ' ἐνθὼν ἔκλαιε ποτὶ συγγνοῖσι μελάθροις,
Καὶ κύσε τὰν φλιάν. οὕτω δ' ἀνενείκατο φωνάν.

Thynnorum piscatores olim in altas rupes mari imminentes soliti speculas collocare, ut inde thynnos observarent, sicut author est Strabo, qui θυννοσκοπεῖα vocat. Propterea canit Theocritus,

εἰς κύματα τῆνα ἁλεῦμαι
Ὥπερ τοὺς θύννους σκοπιάζεται Ὄλπις ὁ γριπεύς.

Sed videtur postulare sententia ut scribamus, εἰς κύματα τῆθεν ἁλ. & ita putarim legisse auctorem hujus in-

terpretamenti non editi, εἰς κυμ. τ. ἀλ. ἀπὸ τούτου, ἐκεῖθεν ἀλῆμαι. Τῆθεν Doricum a τῆνος ut κεῖθεν a κεῖνος. paullo ante τηνῶθε dixit, pro eodem. τηνῶθε καθεῖλον Ὦ μ' ἐκέλευ. Scribit ſcholiaſtes in explicatione vocis Ἀγροιῶ, οὐδέπω γὰρ τὴν γραίαν ἔτω φασίν, ex quibus intelligimus lectum olim a quibusdam fuiſſe ἀ γραιώ. cujus γραφῆς etiam in ſcriptis ſcholiis obſcura mentio ſimiliter habetur. Illa igitur ſive Graeo, ſive Agraeo, Ἁ πρὰν ποιολογεῦσα παραιβάτις, muliercula fuit ſolita ad ſarculandum operas locare. nam ita potius verba illa interpreter. Videntur & παραιβάτις & ἐριθακὶς Dorum propriae voces fuiſſe: neque aſſentior iis, qui putant eſſe nomina propria. Euſtathius Ιλιάδ. σ. Ιστέον δὲ ὅτι καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ εὕρηται ἡ μισθώτρια ἐριθακὶς λεγομένη & Ιλιάδ. γ. Ὅτι δὲ Θεόκριτος τὴν παρ' αὐτῷ ἐριθακίδα, ἤτοι μισθώτριαν παραιβάτιν καλεῖ, καὶ διά τι, ζητητέον ἐκεῖ. quanquam Euſtathio hic iterum impoſuit memoria: non enim de eadem ambae iſtae dictiones, quod ille ait, uſurpantur. Notabis obiter elegans loquendi genus illud, τὸ πᾶν λίθος. quo etiam alibi uſus idyllio XV.

πέντε πόκως ἔλαβ' ἐχθὲς, ἅπαν ῥύπον.

Sophocles in Philoctete, Ὦ πῦρ σὺ καὶ πᾶν δεῖμα. Ariſtophanes Acharnenſibus,

Βοι. Μικκός γα μᾶκος οὗτος. Δι. ἀλλ' ἅπαν κακόν.

Latini eandem ſententiam voce *merum* exprimunt, vt cum dicunt, *rus merum*, *ſcelus merum*. & Aeſchylus quoque in Agamemnone, ἄκρατος ὀργήν, id eſt, *mera bilis*. Notabis etiam in hoc idyllio, quod alicubi obſervat Euſtathius: veteres Graecos bonum exiſtimaſſe omen τὸν ἐκ δεξιῶν πταρμὸν, & τὸν παλμὸν τοῦ δεξιοῦ ὀφθαλμοῦ. ac profert ille Theocriti iſtum verſiculum,

Ἄλλεταί μευ ὁ δεξιὸς ὀφθαλμός.

Plautus in Pſeudolo,

Niſi quia futurum eſt, ita ſupercilium ſalit.

De

De ſternutatione exempla ſunt paſſim obvia. Cereri genus hoc μαντικῆς adſcribebant. Heſychius, Ξυμβόλους τοὺς διὰ τῶν πταρμῶν οἰωνισμοὺς ἔλεγον· ἀνετίθεντο δὲ ἔτοι Δήμητρι. Scripſiſſe autem reperio etiam Poſidonium de ratione captandi ominis ex palpitatione: Suidas enim auctor eſt, edidiſſe eum παλμικὸν οἰώνισμα. Extat vero hodie Melampodis hierogrammatei Aegyptii, ad Ptolemaeum regem miſſus libellus, cujus argumentum & titulus Περὶ παλμῶν μαντική. In eo cum alia multa, tum, quod ad hunc locum facit, de oculo dextro ſic ſcriptum: ὀφθαλμὸς δεξιὸς ἐὰν ἅλληται κατὰ Φημονόην, καὶ Αἰγυπτίους, καὶ Ἀντιφῶντα, ἐχθροὺς ὑποχειρίους ἕξει. ex his verbis cognoſcimus, qui fuerint vaniſſimae hujus artis primi & praecipui auctores. Teſtatur etiam Suidas editum olim a Xenocrate Οἰκοσκοπικὸν οἰώνισμα, id eſt, de ſignis domi apparentibus: exempli gratia, ſi in tecto felis aut ſerpens apparuerit, quid hoc portendat. de fele habes exemplum apud Ariſtophanem, Terentium, & in LVII. Dionis, de angue apud Plautum, Terentium atque alios.

CAP. VI.

Sed veniamus ad quartum idyllium. Ejus principio Battus, audito bubulcum Aegonem ad certamen Olympicum eſſe profectum, ſtupefactus rei novitate, ait,

Καὶ πόκα τῆνος ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσι ὀπώπη.

ita ſcribunt Dores, non ὀπώπει. eſt autem dictum ἐμφατικώτατα: nam ut efficiat Aegonem ſacro certamini nunquam praeparaſſe, negat eum vel vidiſſe unquam oleum: ſine quo exercitatio non fiebat in palaeſtra & tyronum ludo. Nimis ingenioſi fuerunt, qui iſta aliter acceperunt, partim etiam ſcripſerunt, ut interpretes nos admonent. In eorum verbis non ſunt praetereunda haec, ἥτις ἀπέχει ϛαδίων ὀκτώ, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης. Loquitur

tur de corona Olympica, & oleastro, unde solita sumi. hunc ait afuisse stadia octo, auctore Aristotele. sed hujus intervalli ecquem alterum terminum intelligit? Pisamne an Olympiam? an locum illum, ubi certamina celebrabantur? etsi istud quidem non potest: nam stadium in ipso oleastrorum nemore collocat Strabo. Philosophi extant verba haec in Aristophanis Commentariis. Ἐν τῷ πανηθίῳ ἐστὶν ἐλαία· καλλεῖται δὲ καλιστέφανος. ταύτης δὲ ἔμπαλιν τὰ φύλλα ταῖς λοιπαῖς ἐλαίαις πέφυκεν· ἀφίησί τε τοὺς πτόρθους ὥσπερ ἡ μύρτος, εἰς τοὺς στεφάνους συμμέτρους· ἀπὸ ταύτης λαβὼν Ἡρακλῆς ἐφύτευσεν Ὀλυμπιάσιν, ἀφ' ἧς οἱ στέφανοι τοῖς ἀθληταῖς δίδονται. ἐστὶ δὲ αὕτη περὶ τὸν Ἰλισσὸν ποταμὸν, σταδίους ξ τῆ ποταμοῦ ἀπέχουσα. περιῳκοδόμηται δὲ, καὶ ζημία μεγάλη τῷ θιγόντι αὐτῆς ἐστιν. ἀπὸ ταύτης ἔφερον λαβόντες Ἠλεῖοι τῶν ἀθλητῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ τοὺς στεφάνους. Aliquanto post occurrit in omnibus, quas videre licuit, editionibus, mendum turpissimum. Sic enim vulgo legitur hic versus,

Καὶ μὰν ἐς τὸ Μάλιμνον ἐλαύνεται,

cum sit omnino scribendum ἐς σομάλιμνον. Στομαλίμνη & σομάλιμνον voces, quae hactenus in tenebris delituerunt, pluribus a nobis, Deo volente, in nostris Animadversionibus in Strabonem; scriptorem praestantissimum, explicabuntur & asserentur. Nunc satis erit Eustathii locum afferre, ne quis postea de veritate hujus lectionis dubitet. σόμα δὲ, ait, ὅτι καὶ ἐπὶ λιμένων λέγεται, καθὰ καὶ ἐπὶ ποταμῶν, ἔτι δὲ καὶ λιμνῶν, ὡς δηλοῖ τὸ παρὰ Θεοκρίτῳ σομάλιμνον, δῆλόν ἐστι. Locus est in decimo Οδυσσ. commentario. Sequitur,

Χ' ἁ σύριγξ εὑρῶτι παλύνεται, ἅν ποτ' ἔπαξα.

ubi scribendum ἐπάξα, pro ἐπάξω: quod minus recte quidam libri habent. Illo autem loco,

— ἁ γὰρ ἄκανθα
Ἁρμοῖ μ' ὧδ' ἐπάτως ὑπὸ τὸ σφυρόν.

si se-

ſi ſequimur ſcholiaſten, male ſcribitur ἀρμοῖ pro ἀρμοῖ. Statuitur enim ab illo inter haec differentia: ſed eam Euſtathius non admittit, qui Syracuſano more δασύνεσθαι hanc vocem annotans, exponit ἀρτίως. Aeſchyli quoque ſcholia ἀρμοῖ explicant νεωστί, cum hac adjectione ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἁρμάτων τῶν συντιθεμένων καὶ ἁρμοζομένων νέον. Omitto quae de iſta voce diſputantur in Etymologico. tantum monebo, verſum iſtum, qui ſine auctoris nomine ibi adducitur,

Ἁρμοῖ που κἀκείνῳ ἐπέτρεχε λεπτὸς ἴυλος,

videri vel Apollonii eſſe, vel ex iſto Apollonii libro primo manaſſe, aut contra,

Ἁρμοῖ που κἀκείνῳ ἐπισαχύεσκον ἴυλοι.

Iam vero cum dicat Corydon de Aegone, quem Milo Olympiam abduxerat,

Κ' ᾤχετ' ἔχων σκαπάνην τε καὶ εἴκατι τουτόθε μᾶλα,

quaeri jam olim ceopit quid hic μῆλα poëta appellet: & quorſum oves, quorſum etiam σκαπάνην ſecum Aego in Elidem detuliſſet. Paucis omnibus ſatisfaciemus. Qui Olympicae coronae cupiditate ducti in Piſatidem veniebant, ii ante legitimum certamen, quod erat dierum quinque, triginta ipſos dies ab epiſtatis, & ludorum magiſtris exercebantur. Iſacius Tzetzes in Lycophronem, τὰ δὲ Ὀλύμπια πέντε ἡμέρας ἐτελεῖτο, ἀπὸ ιά τῆς σελήνης, μέχρι ὅλης ιέ. προεγυμνάζοντο δὲ πρώην, ἡμέρας τριάκοντα. Philoſtratus De vita Apollonii libro quinto, Ἠλεῖοι τοὺς ἀθλητὰς, ἐπειδὰν ἥκῃ Ὀλύμπια, γυμνάζουσιν ἡμερῶν τριάκοντα ἐν αὐτῇ τῇ Ἠλιδι. Ita fiebat ut XL. fere, vel minimum XXXV. dierum mora athletis in Elide eſſet facienda. Propterea oves XX. ſecum deducit Aegon, ut illarum carnibus toto illo tempore alatur, nam peregrinantes olim de cibo ſibi ſolitos proſpicere, nemo non hoſpes & peregrinus in literis poteſt ignorare. De σκαπάνῃ ſive ligone aut raſtro, ut exponitur in Gloſſario, no-

tavimus jam olim, fuiſſe genus exercitationis Graecorum epheborum, quod explicat Feſtus Pompejus. *Rutrum*, inquit ille, *tenentis juvenis eſt effigies in Capitolio, ephebi more Graecorum harenam ruentis exercitationis gratia*. Fuit hoc inter praeludia, quibus athletae praeparabantur ad caetera certamina: eratque inter eos contentio quis ſocium ſuum in pulvere palaeſtrico ruendo praeverteret, quod παροῦτταν Graeci dicunt: ideo ligonem vel rutrum domo aufert Aegon, hoc ipſo athletam ſeſe profitens. nam & pictores ſculptoresque, ut declarat ſuperior Feſti locus, athletas, vel certe aſcetas, rutrum tenentes effingebant. Haec nobis ex veterum lectione comperta ſatis & certa. At vir doctus nuper in Agoniſtico ſuo veterem hanc noſtram notam & Graecorum quoque interpretationem loci hujus conatu magno refellere aggreſſus eſt. Placet illi μῆλα hic eſſe poma, non oves: σκαπάνην mulctram, non δίκελλαν aut ligonem. quarum ſententiarum prior ex antiquis repetita, exploſa pridem eſt & refutata peritioribus criticis, ut videre eſt in ſcholiis: altera plane recens ac nova: prorſusque, ut nobis quidem videtur, ἀμφότεξον, καινή τε καὶ κενή. Quaeram enim ego ab eruditiſſimo viro, apud quem vel poëtam, vel poëtae interpretem, vel cujuscunque generis ſcriptorem Graecum, σκαπάνην pro mulctra aut alio quo ſimili vaſe poſitum obſervaverit. Proferat aliquid ſtabiliendae huic ante inauditae interpretationi iſtius dictionis: tum videbimus utra ſignificatio iſti loco magis conveniat. Nam quod σκαφὶς & σκάφιον indidem ortae voces, & vas interdum & inſtrumentum fodiendi deſignant, nihil hoc ad verbum σκαπάνη. de illis praeter auctorum χρείας plurimas, quae ſunt ad manum, etiam ratio afferri poteſt, cur varias ſignificationes habeant: de hac, neutrum poteſt. At inquiet, nonne alia multa vocabula apud optimos ſcriptores nove uſurpata reperiuntur,

riuntur, quorum exempla fruſtra requiras? Sic eſt ſane: meminimus enim eorum, quae vel ipſi obſervavimus, vel apud veteres grammaticos, Euſtathium maxime, ſuper iſtis ἅπαξ εἰρημένοις, & ut ita dicam, μοναδικοῖς verbis olim legimus. Sed quid opus inſolentes & novas interpretationes fingere, cum optime quadrent notae & certae? Verum σκαπάνην uſitata notione poſſe hic accipi negat idem. cui, ſi recte mentem ejus capio, prorſus non placet fuiſſe ullum veteribus athletis cognitum aut uſurpatum ἀρυχῆς in palaeſtra certamen. Id igitur probemus. Athenaeus libro XII. Ἐν Κρότωνι δὲ σκάπτοντί τινι τῶν ἀθλούντων κόνιν, ἐπιξάντες τινὲς Συβαριτῶν ἐθαύμαζον λέγοντες, εἰ τηλικαύτην ἔχοντες πόλιν, οἰκέτας μὴ κέκτηνται τοὺς σκάψοντας ἑαυτοῖς τὴν παλαίστραν. Laertius in Diogene cane ἔλεγέ τε περὶ μὲν τῦ παροράττειν καὶ λακτίζειν ἀγωνίζεσθαι τοὺς ἀνθρώπους· περὶ δὲ καλοκἀγαθίας, οὐδέν. Arrianus Diſſertationum Epicteti libro tertio cap. XV. εἶτα ἐν τῷ ἀγῶνι παροράσσεσθαί ἐσιν. ἔσιν ὅτε χεῖρα ἐκβαλεῖν, ὀσφὺν σρέψαι, πολὴν ἀφὴν καταπιεῖν. ita ſcribendus iſte locus, male vulgo & ſcriptus & ab interpretibus acceptus. de quo alias plura, ut ſperamus. Iam ergo liquet cur auctores & quo ſenſu σκαφεῖα ponant inter athletarum inſtrumenta. Plutarchus in commentario, An ſeni capeſſenda ſit Respublica. οὐδὲ γὰρ τὰ σώματα παντελῶς ἀκίνητα καὶ ἀγύμναστα περιορῶμεν, ἅτι μὴ δυνάμεθα σκαφείοις μηδὲ ἁλτῆρσι χρῆσθαι. non eſt dubium σκαφεῖον hic eſſe quod eſt apud Theocritum σκαπάνη. quare etiam in Arato ejusdem Plutarchi ſic interpretabimur haec verba: ἐπιφαίνεται δὲ ἀμέλει καὶ ταῖς εἰκόσιν ἀθλητική τις ἰδέα. καὶ τὸ συνετὸν τῦ προσώπου καὶ βασιλικὸν ὑ παντάπασιν ἀρνεῖται τὴν ἀδηφαγίαν καὶ τὸ σκάφιον. qui aliter accipiunt, errare omnes mihi videntur: quod pace virorum eruditiſſimorum, quos hic locus habuit exercitos, dictum ſit.

Paene exciderat mihi lectorem admonere turpis mendae, quae in argumento hujus carminis continetur, quo loco scriptum est ἀρχαιότερος δὲ Μίλων Θεοκρίτου. εἴγε ὁ Μίλων τῇ ἑβδόμῃ πάλην νικᾷ· ὁ δὲ Θεόκριτος κατὰ τὴν ἑκατοστὴν ὀλυμπιάδα (mss. ὥσπερ ἐδείξαμεν κατὰ τὴν ϱδ' ὀλυμπ. vide ultimo capite.) ἤκμασεν. Falsum est Milonem Crotoniatam vicisse olympiade septima, constat fuisse eum Pythagorae discipulum, qui post quinquagesimam demum olympiadem docere coepit in Italia, auctor Halicarnasseus Dionysius libro II. Puto igitur emendandum, τῇ ἑβδομηκοστῇ ἑβδόμῃ πάλην νικᾷ. nam per illa tempora & multis adhuc annis post, praecipua laude per utramque Graeciam celebres fuerunt Pythagoras & Milo: ille studiis philosophiae, hic arte athletica. argumento sit vel id unum, quod de utroque narrat Diodorus Siculus in anno secundo olympiadis LXXXII. ut valde mirer hoc mendum repertum mihi etiam in duobus scholiorum Mss. exemplaribus. Sed nulla necessitas cogit nos de illo celeberrimi nominis athleta Theocriti locum interpretari: nam potest & de alio, qui ipsius poëtae fuerit aequalis, intelligi, plures enim variis temporibus fuisse antiquo Miloni & ὁμοτέχνας & ὁμωνύμους ne dubitandum quidem est. Verum Crotoniatae illius ea claritudo fuit, ut quicquid de ullo Milone agonista diceretur, id omne quasi de se dictum sibi vindicaret. Feramus sane: fit enim saepe. at doctos viros quis ferat alterius nescio cujus Milonis contumeliam in hujus gloriam μεταχηματίζοντας? extat enim antiquum Lucillii epigramma, quo miser quidam athleta, Milo nomine, falsè ridetur: quod homines doctissimi, decepti nominis homonymia, ad Crotoniatam Milonem retulerunt, & in contrariam partem acceperunt. absurde prorsus & contra auctoris mentem. Id sic habet Anthologiae libro II. cap. primo.

Εἰς

Εἰς ἱερόν ποτ' ἀγῶνα Μίλων μόνος ἦλθ' ὁ παλαίσης·
Τὸν δ' εὐθὺς στεφανοῦν ἀθλοθέτης ἐκάλει.
Προσβαίνων δ' ὤλισθεν ἐπ' ἰσχίον, οἱ δ' ἐβόησαν,
Τοῦτον μὴ στεφανεῖν, εἰ μόνος ὢν ἔπεσεν.
Ἀνσὰς δ' ἐν μέσσοισιν ἀνέκραγεν, οὐχὶ τρί' ἐσίν;
Ἔν κεῖμαι, λοιπὸν τ' ἄλλα μέ τις βαλέτω.

Milo iſte cum ſine antagoniſta in ſtadium prodiiſſet, quaſi eſſet nemo, qui certamen cum ipſo non recuſaret, vocatur ab athlothetis coronam accepturus: ſed cum accedens ad illos cecidiſſet, ſtatim abjudicatur ab eo praemium. ille tendit contra, jure deberi id ſibi, utpote τριάξαντι. erat enim lex agoniſtica, cujus Apollodorus, Suidas, aliique multi meminerunt, quae τριάσσειν jubet eum, qui ad praemium aſpiraret. inde pendet omnis epigrammatis hujus argutiola, quae in illis verbis eſt ſita, οὐχὶ τρί ἐσίν; ea tantundem valent ac ſi diceret οὐχὶ τρὶ ἐτρίαξα; ſtabam, cecidi, ſurrexi: haec tria ſunt. Vide igitur quam longe a vera ſententia aberrarint viri in hoc genere literarum maximi, qui nobilem illum Crotoniatam athletam putarunt a poëta laudari. Atqui vel Lucillii nomen debuerat eos ſui erroris admonere: nam quaecunque illius extant epigrammata, omnia fere ſunt σκωπτικὰ & διασυρτικά. accedit eo quod *titulus ille totus in ignavos & infelices agoniſtas eſt compoſitus.* Caeterum Aegonem Olympia non viciſſe, ex eo colligit ſcholiaſtes, quod in Olympionicarum catalogo ab Hippia Eleo primum edito, deinde ab aliis aucto & recognito, nomen Aegonis non inveniſſet. Hoc ſibi iſta verba volunt ἐκ ἀναγέγραπται δὲ ὁ Αἴγων νενικηκὼς Ὀλύμπια. quisquis fuerit hujus notae auctor, eum oportet antiquiſſimum grammaticum fuiſſe, qui catalogum iſtum Olympionicarum viderit: ejus meminit in Numa Plutarchus. paris argumenti fuit, ut ad Laertium docuimus, Ariſtotelis liber, cui indicem fecerat Πυθιονικῶν ἔλεγχος. neque dubito

bito aliorum ſimiliter in colligendis Iſthmionicis, & Nemeonicis fuiſſe occupatam induſtriam, qui omnes libri ſi hodie extarent, non leve in iis dubio procul praeſidium haberemus ad dirigenda Graecae hiſtoriae tempora, & alia multa intelligenda, quae in Graecorum libris hodie intelligunt vel duo vel nemo.

Quoniam autem de Olympionicis, Pythionicis, Iſthmionicis ac Nemeonicis mentio incidit, aperiam obiter amantibus harum literarum ſuſpicionem quandam meam: puto enim voces illas in fronte ſingulorum Pindari librorum eſſe reponendas: pro eo quod vugo legimus Olympia, Pythia, Iſthmia, Nemea. male, opinor: non enim ludos ipſos laudare ſummus vates προηγουμένως inſtituit: ſed victores eorum agonum, nec aliter in ſuis veteribus codicibus Aldus videtur inveniſſe. Et vero, quod me magis movet, non aliter laudatos reperies Pindari illos libros ab antiquis grammaticis, id quod ego admonitus quondam ab optimo & doctiſſimo viro Franciſco Porto, diligenter poſtea obſervavi. Exempla cum ſint paſſim obvia eorum ſcripta voluentibus, pauca proferam de multis. Athenaeus libro XIIII. ὅτι γὰρ ἦσαν καὶ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις αἱ δεύτεραι τράπεζαι πολυτελῶς μεμεριμνημέναι, παρίσησι Πίνδαρος ἐν Ὀλυμπιονίκαις. Apollonius grammaticus, libro II. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν Ισθμιονίκαις Πινδάρου ἐτάραξε τοὺς ὑπομνηματισαμένους. Sophocles in ſecundum Argonauticorum Apollonii, περὶ δὲ Κυρήνης ἱστορεῖ Πίνδαρος ἐν Πυθιονίκαις: nec aliter ille, quoties Pindarum laudat: laudat autem aſcripto operis nomine bis tantum quarto commentario. Zenobius, Μέγα φρονεῖ μᾶλλον ἢ Πηλεὺς ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ· μέμνηται ταύτης Ἀνακρέων καὶ Πίνδαρος ἐν Νεμεονίκαις. Euſtathius in III. Ιλιάδ. λέγει δὲ καὶ Πίνδαρος ἐν Ὀλυμπιονίκαις. & ita ſemper Euſtathius, niſi labor memoria: quod non arbitror hic quidem, Pindari interpretes, ὅτι καὶ περὶ ἐσθῆτος ἠγωνίσαντο, καὶ

καὶ Πίνδαρος ἐν Ὀλυμπιονίκαις. ad odam IIII. Pythionic. Iidem, καὶ ἐν Πυθιονίκαις, σκιᾶς ὄναρ φησίν. ad odam ſextam Nemeon. item ad quintam Iſthmion. οὗ καὶ ἐν τοῖς Νεμεονίκαις μνημονεύει. Quid quod Suidas ait ſcripſiſſe Pindarum Ὀλυμπιονίκας. Πυθιονίκας, Ἰσθμιονίκας, Νεμεονίκας; non Ὀλύμπια, Πύθια, Ἴσθμια, Νέμεα. nec movet me quod recentiores neſcio qui ſcholiaſtae vulgatam lectionem ſequuntur & explicant: neque enim tanta eſt, aut debet eſſe eorum apud me auctoritas.

CAP. VII.

In primo verſu idyllii quinti videtur ſcholiaſtes aliter legiſſe ac nos hodie legimus. Quum enim vulgo hujus poëtae interpretes putent Sybaritam ibi appellari paſtorem, qui alio nomine Lacon dicitur, exiſtimo Graecum interpretem aliter hunc locum accepiſſe, & legiſſe,

— Τὸν ποιμένα τὸν Συβαρίτα
Φεύγετε τὸν Λάκωνα.

Non legitur id quidem in editis ſcholiis: neque nos ſane in manuſcriptis invenimus: ſed facile colligi ex eo iſtud poteſt, quod in ſimili mox loco, ubi poeta ait,

— τὺ γὰρ πόκα δῶλε Συβάρτα,

vocem Συβάρτα ita accipit, ut non ſervi, ſed domini ſit nomen. quod ſi ibi facit, hic quoque ſimile feciſſe quis dubitet? Et ad me quidem quod attinet, facile ei aſſentior: nam quod movere aliquem fortaſſe queat, accipi τὸ ἐθνικὸν loco proprii, idem quoque perſpicue fit infra, ubi Lacon ſic ait,

Μή τύ τις ἠρώτα πὸτ τῶ Διὸς, αἴ τε Συβάρτα,
Αἴ τ' ἐμόν ἐσι, κάκιστε, τὸ ποίμνιον.

ubi vides Laconem manifeſto vocem Συβάρτα pro heri ſui nomine poſuiſſe. Sed quin ita ſenſerit ſcholiaſtes, dubi-

dubitandum non eſt, quum vel hoc unum id evincat. Adnotat ille Laconem fuiſſe appellatum de nomine patriae: morem enim veterum fuiſſe, ut ſervos a loco unde erant, nominarent: quod & Strabo non ſemel obſervat. Si igitur Lacon hic ſuae patriae nomen gerit, qua obſecro ratione Sybarita dicetur? non enim puto, quia hero ſerviebat Sybaritae. Verſu ſexto ſcripſerim lubens Ἐκτάσα σύριγγα, potius quam ἐκτάσω. ſicut idyllio ſuperiore ἐπάξω, non ἐπάξω, habent integrae fidei codices. fortaſſe etiam ille Doricus typus participiorum in αις pro ας, quem multis locis in ſcriptis Pindari exemplaribus deprehendimus, Theocrito fuerat uſurpatus, ut mox in ἐκκλέψας & alibi in aliis. Decimo verſu ſcribitur in membranis, Οὐδὲ γὰρ Εὐμάρα. cujus lectionis admonet nos ſcholiaſtes. affertur iisdem in membranis & tertia lectio Εὐμάρα caſu gignendi. quod non video qua ratione defendi queat: non ſane magis quam quod reperi ibidem paullo poſt, εἰ κατὰ τήνας. nam verum eſt ἦ. Miror autem, adeo novam locutionem eſſe viſam ſcholiaſtis κατὰ πέτρας ἅλλεσθαι· cum certum ſit non aliter locutum eſſe elegantiſſimum quemque e veteribus. Pro ἀλόιμαν autem vel ὀλοίμαν (nam ita quoque legi adnotant ſcholia) codex chirographus habuit ἀλεῦμαι. Idem cum libris editis conſentiens, ἔρειδε habebat in hoc verſu,

Ἀλλ' ἄγε, καὶ τὺ τὸν εὔβοτον ἀμνὸν ἔρειδε.

nec probo, quod cenſent quidam reponendum, ἔρισδε: quum expoſitio, quam affert interpres, φέρων κατάθου, & ita legiſſe illum arguat, & ſit recta. Non nego Graece dici poſſe ἀμνὸν ἔρισδε: nam etiam Athenaeum dixiſſe ſcio διερίζεσθαι βοῦς lib. X. ſed illud ἔρειδε longe eſſe ajo elegantius. eſt enim, quod nos diceremus, *mettes la*. genus dicendi frequens in contrahenda ſponſione. Dicunt quidem Graeci & καταθεῖναι ἄεθλον eo ſenſu, ut infra in VIII. χήρσδεις καταθεῖναι ἄεθλον; & θεῖναι ἀμνὸν ibidem.

ibidem. Sed verbo ἐρείδειν eximie impetus exprimitur, qui ſolet eſſe in provocantibus invicem. quicquid enim ſubito fit, de eo Graeci ἐρείδειν uſurpant. facetiſſimus poëtarum Ariſtophanes de comedone non ſemel poſuit, & alibi ſimiliter ἐπὶ τῷ συντόμως τι ποιεῖν, ut doctiſſimus ejus commentator explicat. Aelianus plane ea notione uſus hoc verbo, cum Theocrito, ſi recte apud eum haec ſcripta De animalibus lib. XII. capite XXIV. ποιοῦνται ῥήτρας ἐπὶ χρυσίῳ παμπόλλῳ καὶ ἀργυρίῳ· καὶ οὐχ ἡγοῦνται αἰσχρὸν εἶναι ἐρείδεσθαι ὑπὲρ τῶνδε τῶν ζώων. id eſt, *ſponſione inter ſe certare.* Omnino autem in hoc ruſtico proverbio,

— τίς δὲ παρεύσας
Αἰγὸς πρωτοτύκοιο κακὰν κύνα βέλετ' ἀμέλγειν;

reponenda elegans & antiqua vox Dorum δήλεται, cujus quum ſcholiaſtes quoque faciat mentionem, miror nondum fuiſſe eam in ſuum locum reſtitutam. Atqui Heſychius quoque eam vocem agnoſcit & interpretatur. δήλεσθαι, ait, βούλεσθαι, θέλειν. extat & apud Timaeum Locrum δηλόμενος pro βουλόμενος. legere memini & apud Archytam quoque. Sic accipe in iſta vere Laconica ſcytala Braſidae apud Plutarchum, peſſime ab omnibus, quos vidi, Apophthegmatum interpretibus accepta. Ἐξελθών, ait Plutarchus, ἐπὶ πόλεμον ἔγραψε τοῖς ἐφόροις, Ἅσσα δήλομαι; πράξω ποτὸν πόλεμον, ἢ τεθνάξομαι. id eſt, *Ego, quod opto, bello perficiam, vel moriar.* Scribo etiam in elegantiſſimo Hippodami fragmento apud Stobaeum ſermone XLI. καὶ γὰρ ἃ τοιαῦτα παραδοχὰ τοῖς ἀνθρώποις ὄσαν ἀφροσύναν καὶ ἀδικίαν ἐντίκτει, κἀ· εἰπεῖν δηλομένοις εὐμαρές ἐσι. hoc eſt, *ne cupientibus quidem fit facile.* In XLIIII. verſiculo ſcribunt veteres,

— καὶ ὕσατο βώκολιαξεῖς,

quod malo quam ὕστερα. Illo autem loco,

Μή τύ τις ἠρώτα ποττῶ Διός,

ſcribit Euſtathius πὸτ τῶ, eum vide ad Iliad. ρ, & λ. hac

ratione & κὰτ fuerit fortaſſe ſcribendum. ut infra, κὰτ τῶ Λάκωνος τῶ ποιμένος. non καττῶ. & ſic de aliis id genus. Non praetermittam, quam legi in σχολίων exemplari Geneuenſis bibliothecae, notulam ad haec verba,

οὐ μ' αὐτὸν τὸν Πᾶνα, ἐ μάτην τὸν Πᾶνα ὄμνυσιν. εἰώθασι γὰρ οἱ ἐκ πτοίας καὶ μανίας κατασχεμνίζειν μέλλοντες . . . . . πάντα δὲ εἰσὶ ταῦτα Πανὸς δείματα.

Idem docet & Euripidis ſcholiaſtes. Inde ὁ καλέμενος πανικὸς θόρυβος, Diodoro Siculo aliisque Graecorum hiſtoricis, & Panica Ciceroni. quod pluribus explicat Polyaenus. Suavem vero interpretem vocis ζῶντα in hoc elegantiſſimo loco.

Εἶα λέγ' εἴ τι λέγεις· καὶ τὸν ξένον ἐς πόλιν αὖτις
Ζῶντ' ἄφες.

vult enim ζῶντα a ζέειν deducta voce, pro ταχὺν poſſe accipi. cujus commenti vanitatem, ne pluribus refellam, optimus mentis poëtae interpres Plautus arguit: qui poſteriorem hujus loci expreſſit ſententiam, ut Virgilius priorem, cum dixit: *Quin age ſi quid habes.* Verba Plauti ſunt in Milite,

Iamiam ſat amabo eſt: finite abeam, ſi poſſum, viva a vobis.

parilis venuſtatis eſt apud Theophraſtum in charactere garrulitatis, ὅστις ἀπύρετος βούλεται εἶναι. ubi plura congeſſimus. At illud non negligendum, quod in iisdem ſcholiis legimus: ſcribi nimirum,

τεῖνδ' ὑπὸ τὰν κότινον.

quod videtur δωρικώτερον. itaque infra quoque ſcribendum

ὄνκα μὰν τεῖνδε τὺ δάσας.

& eſt non ſemel iſto modo in hoc poëta peccatum. Nam in illo, quod mox ſequitur, ἐχ ἑρψῶ τηνέ. τούτω δρύες. interpres non τούτω, ſed τουτεὶ agnoſcit: ut & infra legit idem,

τουτεὶ βοσκησεῖσθε πρὸς ἀντολάς.

Similis τόπος voculae Doricae πεὶ, quae apud illos significat τὴν ἐν τόπῳ κίνησιν. Mirum vero & in manu scriptis, & in editis quoque nonnullis, ut apud scholiasten, legi constanter λυκαδεῖς, non λυκιδεῖς: nam analogia potius exigit λυκιδεῖς, ut ἀετιδεῖς & πελαργιδεῖς. Legit praeterea interpres,

τὰς αἴγας (aut αἴγας ex more Dorico) παρελῶσα.

non παρελῶντα. id videtur ex ejus interpretatione posse colligi, quae haec est: ἤγουν παρήλασε καὶ παρέδραμε. sed nihil mutandum censeo. & hanc lectionem confirmat valde similis locus εἰδ. η.

Κ' ἀμ' ἐκ τῶ ἄντρω σύνοφρυς κόρα ἐχθὲς ἰδοῖσα
τὰς δαμάλας παρελῶντα.

Eumedes, quem nominat Lacon, is est, quem Cratidam ante appellavit. vide scholiasten ad Thalysia de voce Σιμιχίδας differentem. Is mihi videtur legisse versu hujus XC. Κήμὲ γὰρ ὁ Κρατίδα. non ὁ Κρατίδας. inde enim, ni fallor, habet Eumedis patrem Cratidam fuisse appellatum. similiter etiam versu LXXXVIII. ἀ Κλεαρίσα veteres quidam exposuere *filia Clearistae*, ut ex scholiis discimus. Paullo ante, εὖ ποτεκιγκλίζευ non ποτὲ κιγκ, ita in scholiis: ac placet. & interjecto versu,

κάλως μάλα τῦτό γ' ἴσαμι.

nisi putemus frustra notatum antiquis grammaticis Doras dicere σάφως, σόφως, κάλως, non σαφῶς, σοφῶς, καλῶς. Quod ait Comata sub finem, Ἀνυσάμαν τὸν ἀμιὸν, id scholiastes interpretatur τὴν νίκην ἔλαβον: rem dicit, verba poëtae parum illustrat. nisi fortasse legit iste, Ἀρνυσάμην τὸ ἄεθλον. sed nihil muto: nam alium vidi, qui sic explicabat, τελέσας τὴν νίκην ἔλαβον. Scribe eodem versu ex veteribus grammaticis & Mss. ἐς ὠρανὸν ὔμμιν ἀλεῦμαι. Postremo illud sciendum, quod admonet Eustathius, legisse quosdam e veteribus criticis, ἀδύ τι παππυλιάσδει.

non ποππυλιάσδει. ipse autem Eustathius legit, & omnino scribendum est, ἔστε κ' ἀπείπῃς. vel ἀπείπεν: non ἔστε. Verba ejus sic eduntur extremo commentario ad Ιλιάδ. α. Τὸ μέντοι ἔστε ἀντὶ τοῦ ἕως, μόνον αὐτὸ καθ' αὑτὸ κείμενον· οἷον παρὰ Θεοκρίτῳ, ἔστε κ' ἀπείπεν, ἤγουν μέχρις ἂν ἀπαγορεύσῃς, συγκοπὲν ἔπαθεν, ἐκ τοῦ ἕως, διὸ καὶ δασύνεται. ipse scripserat ἔστε. idem mendum in illius παρεκβολαῖς ad Ιλ. η. ubi sequitur Eustathius alteram lectionem ἀπείπῃς. In magno quoque Etymologico scriptum, Doras ἔστε aspirare contra morem caeterorum. quare ita posthac scribamus in δωριαζόντων monumentis. ut in primo, ἔστε κ' ἀμέλξῃς. in septimo, ἔστ' ἐπὶ πᾶχυν. & ita semper.

CAP. VIII.

In codice manu exarato, scholia ad sextum idyllium sic incipiebant: Δαμοίτας καὶ Δάφνις· ἐναντίως ἔχει τοῦτο τῷ λεγομένῳ Ἀλκμανικῷ χήματι. ἐνταῦθα γὰρ ἑνικὸν ἐπάγεται ἐπὶ τοῖς δυσίν, ἐκεῖ δὲ πληθυντικὸν λέγεται μετὰ τὸ ἕν. οἷον, εἰ δέ κ' Ἄρης ἄρχωσι μάχης, ἢ Φοῖβος Ἀπόλλων. λύεται δὲ ἐκεῖνο μὲν ὑπερβάτῳ· οἷον, εἰ δέ κ' Ἄρης καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων ἄρχωσιν· τοῦτο δὲ, ἀπὸ κοινοῦ λαμβανόμενον τὸ ὁ βυκόλος. Apparet legisse, qui haec scripsit, versu secundo, συνάγομεν, non συνάγαγον. quod notat de Alcmanica figura, quae etiam προεπίζευξις dicitur, idem apud Eustathium leges non solum ad Ιλ. ψ. unde est allatus in scholiis versus: sed etiam ad istum ex Ιλ. ε.

Ἤιχι ῥοὰς Σιμόεις συμβάλλετον ἠδὲ Σκάμανδρος.

Aratus, quem affatur poëta, plerisque visus esse is, cujus extant φαινόμενα. non defuere qui aliter sentirent: ideo additum in Mss. scholiis, ἄλλοι δέ φασιν [ὅτι διαλέγεται] πρός τινα ἕτω καλούμενον. Δαμοίτας quomodo dictum sit a δαμότης, ἐπενθέσει τοῦ ι, ut a θυμὸς Θυμοίτης, studiose notat Eustathius, ad Ιλ. α. γ. & μ. Porro inter varia antiquo-

quorum remedia quibus se a fascino defendi posse arbitrabantur, fuit & illud quod commemoratur hoc versu,

ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον.

cujus rei alii quoque poëtae multi Graeci Latinique post Theocritum meminerunt. Quid autem veteres moverit ut putarent, vim aliquam habere ad amoliendum oculorum fascinum, sputi in sinum conjecti foeditatem, declarat Plutarchus. Ait ille res turpes & obscoenas ideo adversus fascinum adhiberi, ut harum intuitu eludatur vis mali oculi nocere cupientis. Plutarchi verba haec sunt, Sympos. V. probl. VII. διὸ καὶ τὸ τῶν προβασκανίων γένος οἴονται πρὸς τὸν φθόνον ὠφελεῖν, ἐλκομένης διὰ τὴν ἀτοπίαν τῆς ὄψεως· ὥστε ἧττον ἐπερείδειν τοῖς πάσχουσι. Vocat προβασκάνιον, quod Latini amuletum vel mutinum. quare recte auctor Glossarii *mutinum* explicat προβασκάνιον, vel προβασκάντιον. ἀτοπίαν appellat, rei appensae foeditatem, ut sputi, vel Priapi: nam & Priapos in eum finem appendere fuit moris. πρὸς γὰρ τοὺς βασκαίνοντάς τι τῶν καλῶν, τοῦτον κολασὴν παρεισήγαγον, inquit Diodorus Siculus libro quarto. Nec dubium est, quin eandem ob caussam Romanis olim moris fuerit pudenda pro amuletis e collo puerorum suspendere. Varro De lingua Latina lib. VI. *Potest vel ab eo, quod pueris turpicula res in collo quaedam suspenditur, ne quid obsit, bonae scaevae caussa.* Similiter apud Graecos, artificibus quibusdam moris fuit ante officinae fores ridicula quaedam arcendae invidiae appendere vel affingere. Pollux libro septimo, cap. XXIV. Περὶ δὲ τῶν καμίνων τοῖς χαλκεῦσιν ἦθος ἦν γελοῖά τινα καταρτᾶν, ἢ ἐπιπλάττειν, ἐπὶ φθόνου ἀποτροπῇ. ἐκαλεῖτο δὲ βασκάνια. Fecimus autem libenter, ut Plutarchi locum obiter explicaremus: quem nullus doctissimorum interpretum, quos vidimus, intellexerat. Vide amplius Turnebum libro IX. cap. XXVIII. Scri-

bendum autem κλᾳσῶ aut κλᾳξῶ cum ſubſcripto ι, & ἕστε, non ἴστε, in hoc verſu,

Αὐτὰρ ἐγὼ κλᾳσῶ θύρας, ἕστε κ' ὀμόσσῃ.

CAP. IX.

Laudans Theocritus in Thalyſiis Phraſidamum & Antigenem, quum vellet ſignificare, eos cum paucis ejus aevi antiquum obtinere, ait,

καὶ Φρασίδαμος
Κ' Ἀντιγένης, δύο τέκνα Λυκώπεος· εἴ τι περ ἐσθλὸν
Χαῶν τῶν ἔτ' ἄνωθεν.

quo etiam modo dixit de Anacreonte in epigrammatibus,

Ἀνακρέοντος εἰκόν' εἶδον ἐν Τέῳ
Τῶν πρόσθ' εἴ τι περισσὸν ὠδοποιῶν.

χαοὺς autem appellat viros bonos & εὐγενεῖς καὶ ἀρχαίους, ut exponunt ſcholia, eſtque ea vox Dorum propria: qua & Ariſtophanes utitur in Lyſiſtrata: ubi ſic loquitur Lampito mulier Lacedaemonia,

— χαῖα μὲν ναὶ τὼ σιώ,
Κορινθία δ' οὔ.

quem locum enarrans Suidas, χαῖα, ait, ἀντὶ τῆ ἀγαθή· καὶ χαὰ παρὰ Λακεδαιμονίοις τὰ ἀγαθά. apud Heſychium ſcribitur χαία. quod autem videtur Suidas hanc vocem παρὰ τὸ χαίνειν deducere: id pertinet ad ſequentia apud Ariſtophanem Lyſiſtratae verba, quae comica petulantia, in alium longe diverſiſſimum ſenſum hanc vocem detorquet. Ait Theocritus,

ταὶ δὲ παρ' αὐτάν
αἴγειροι πτελέαι τε εὔσκιον ἄλσος ἔφαινον.

φαίνειν hic, ut ſcholiaſtes etiam explicat, eſt ποιεῖν, facere, reddere: quomodo ſaepe accipi notum eſt ἀποδεικνύειν & δεικνύειν: interdum & μηνύειν, ut in Laertii epigramma-

to

te de Democrito. Latini quoque recentiores ſcriptores *oſtendere* nonnunquam ſic uſurpant. Eutropius de Tacito, *vir reip. gerendae idoneus: nihil tamen clarum potuit oſtendere.* Imperator in Inſtit. *& voſmetipſos ſic eruditos oſtendite.* Repone verbum φαίνειν in iſto Homerico verſu Ιλ. γ.

ἀλλ' ὅτε δὴ μύθους καὶ μήδεα πᾶσιν ἔφαινον.

perperam enim hactenus ὔφαινον pro ἔφαινον eſt editum. Scholia, ἔφαινον φανερὸν ἐποίουν. in iisdem tamen alterius quoque lectionis extat expoſitio. Euſtathius vero ἔφαινον explicat, ſpreta vel ignorata altera ſcriptura. quam tamen putamus nos eſſe potiorem ac poëtae menti convenientiorem. Sic Herodotus Κλειοῖ. ἔτω δὴ ἔφαινε τὸν ἐόντα λόγον. Apollonius,

ἡ δέ μιν ἆσσον ἑοῖο παρεῖσέ τε φαίνέ τε μῦθον.

Theocritus quoque idyllio IX. Βωκολικαὶ μοῖσαι μάλα χαίρετε, φαίνετε δ' ᾠδάν. At ὑφαίνειν apud poëtam, ut cum dicit, μῆτιν ὑφαίνειν, aliud eſt: ut ſciunt qui tantum vatem πεπατήκασιν. Aſſentior Euſtathio, βουκολικὴν ineſſe ἀφέλειαν, imo rus merum, iſtis verbis, quae ſequuntur non longe

— ὡς τεῦ ποσὶ νεισομένοιο
Πᾶσα λίθος πταίοισα ποτ' ἀμβυλίδεσσιν ἀείδει.

Locus Euſtathii eſt ad Ιλ. ι. alibi vocat audax dictum, loquens de voce ὀχλεῖν Ιλ. Φ. τοῦτο μὲν, ait, σωφρόνως πέφρασαι τῷ ποιητῇ ἐπὶ ψηφίδων. Θεόκριτος δὲ θρασέως ἔφη τὸ πᾶσα λίθος ἀείδει. Puto autem ἀμβύλην eſſe hic calceamentum ruſticum clavis ferreis ſuppactum: vel ſculponeas, quae inter eundum lapidibus illiſae ſonitum edunt. praeter Theocritum etiam Euripides illud indicat in Oreſte, quo loco ait chorus,

σίγα, σίγα, λεπτὸν ἴχνος ἀμβύλης
τιθεῖτε· μὴ κτυπεῖτε, μηδ' ἔξω κτύπος.

Non

Non metuit ſibi Simichidas a ferula grammaticorum, cum mox cecinit,

— τάχ' ὤτερος ἄλλον ὀνασεῖ.

Atqui vapulat poëta eo nomine a ſcholiaſte: cujus verba ita legi ſupplerique debent. ἡμαρτημένως δὲ ἐξενήνοχε τὸ ὤτερος· ἕτερος γὰρ ἐκ δυοῖν· ἄλλος ἐκ πλειόνων· ἔδει οὖν, ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον ὠφελήσει. caeterum quanti aeſtimanda ſit haec cenſoria nota, periti intelligunt, qui ſciunt Atticos ipſos differentiam inter ἄλλος & ἕτερος facere non tanti. In quadrageſimoſexto verſu,

Ἶσον ὄρευς κορυφᾷ τελέσαι δόμον Ὠρομέδοντος.

probo eam interpretationem, quae Oromedontem eſſe montis nomen ſtatuit. videtur namque mons ille a gigante ibi occiſo & obruto ſic eſſe dictus. Oromedon gigantis eſt nomen. Propertius,

Te duce, vel Iovis arma canam, caeloque minantem
Coeum, & Phlegraeis Oromedonta jugis.

Quod de cunilagine ſcribit interpres ad hunc verſum,

Χ' ἁ ϛιβὰς ἐσσεῖται πεπυκασμένα ἔστ' ἐπὶ πᾶχυν
Κνύζᾳ· Theſmophoriis matronas Athenienſium caſtitatem cuſtodientes, illa ſibi cubitus ſolitas ſternere: idem alii quoque tradunt, & de eadem conyza, & de agno. Non tamen propterea debent κόνυζα & ἄγνος confundi: differunt enim genere toto: κόνυζα eſt herba: ἄγνος eſt frutex aut arbor potius: eſt quippe vitex. quod liquet ex Plinii libro XXIV. cap. IX. vid. & Nicandri interpretes ad hunc locum in Theriacis.

Φράζεσθαι δ' ἐπέοικε χαμαιζήλοιο κονύζης
Ἄγνῳ τε βρύα λευκά.

At grammatici putarunt licere ſibi in iſtis eſſe minus acutis: qui etiam πρόμαλον interpretati ſunt ἄγνον: eſt ſane πρόμαλος non frutex, ſed affinis ſalici & vitici arbor:

docet

docet clare Apollonius, narrans libro tertio ſolitos Colchos, mares mortuos ſuſpendere a ſummis promalis & ſalicibus: quod Aelianus in eadem hiſtoria dixit, ἐκ τῶν δένδρων ἀναρτᾶν. Apollonii verſum ita ſcribe.

Ἐξείης πρόμαλοί τε καὶ ἰτέαι ἐκπεφύασιν.

nam πρόμαδοι, quod vulgo editum eſt, mendam continere non ambigo: quum & Heſychius ita ſcriptum habeat: & Heſychii lectionem confirment Erotianus in Dictionibus Hippocratis, & Theopompi Colophonii verſus apud Athenaeum libro V. Sed ad penſum noſtrum redeamus, & reliqua hujus carminis percurramus. Ait,

ὡς πόκα τᾶς Ξενέας ἠράσσατο Δάφνις.

vide ſcholia ad ſequentis idylli finem. Mox

Ἢ Ἄθω ἢ Ῥοδόπαν ἢ Καύκασον ἐχατέεντα.

cur Caucaſum ἐχατόεντα dicat, non ignorant, qui vetus illud dictum, a Strabone aliisque relatum, recordantur,

Ἐς Φᾶσιν ἔνθα ναυσὶν ἔχατος δρόμος.

& ab eadem opinione dictum eſt ab Apollonio,

— αἶα δὲ Κολχὶς
Πόντου καὶ γαίης ἐπικέκλιται ἐχατίῃσιν.

Vetus poëta apud Ciceronem,

A ſole exoriente ſupra Maeoti paludes.

& certum eſt ex eodem Tullio, adhuc ejus aetate magnum fuiſſe Romae, oſtium Ponti vidiſſe. Ait,

— ἐπεὶ τὸν ξεῖνον ὁ δύσμορος οὐκ ἐλεεῖ με.

Lego, ἐλεεῖ μεῦ. non enim de ſe poëta loquitur, qui in illa inſula erat peregrinus: ſed de amico & hoſpite ſuo, Ait,

— ὁ δέ μοι τὸ λαγωβόλον ἀδὺ γελάσσας.

scholia δωρικώτερον, γελάξας. malo tamen, γελάσσαις. sed ita saepe peccatur.

CAP. X.

Dubitari scio a multis quid sibi velit Theocriti scholiastes cum scribit ad idyllium octavum, illa enarrans, καταθεῖναι ἄεθλον· ἄεθλον esse quod vulgo appelletur σοίχημα. Graecorum recentiorum ea vox est, qui σοιχεῖν saepe pro pacisci, & συναινεῖν usurpant: estque id verbum non infrequens in scriptis jurisconsultorum Graecorum. Hic tamen interpres σοίχημα appellat, non ipsam conventionem: sed id, in quod facta est conventio. In hoc versu,

Πῇ ποχ' ὁ συρικτὰς πρόσφιλες ἆσε μέλος.

antiquissimae editiones Romana & Florentina praeferunt συρικτὰ non συρικτάς: sicut paullo ante, λαχὼν ἰύκτα Μενάλκας. mutarunt hunc locum, qui existimabant tantum ob metricam necessitatem poëtas ea formatione uti. quod falsum esse ex Homero & Eustathio certum est. Usi sunt etiam in patrio casu, & in quarto, contra Homeri consuetudinem, ut notat Theon in ista Arati verba, — πόδες ἱππότα φηγός. Orpheus de lapide magnete,

— ὃν ἐθέλει μεθέμεν πολεμιζὰ σίδηρον.

Sic in hac lege Demonassae, Cypriorum reginae Μὴ ἀποκτεῖναι βοῦν ἀρότα, apud Dionem Chrysostomum oratione altera De Fortuna. Omnino autem scribendum est,

Ὦ τράγε τᾶν λευκᾶν αἰγᾶν ἄνερ, ὦ βάθος ὕλας
Μυσίον, ὦ σιμαὶ δεῦτ' ἐφ' ὕδωρ ἔριφοι.

non

non ut in omnibus reperimus editionibus ὦ βάθος· facit nobiscum ſcholiaſtes, ut ex ejus editione; atque interpretatione conſtat. Sic ille, ὦ βάθος ὕλας, ὅπῃ ἐσὶν ὑψηλὴ δασύτης. Repetendum ἀπὸ κοινοῦ, δεῦρο. quaſi diceret Menalcas, ὦτρέαγε δεῦρο ἐνθάδε, οὗ βάθος ὕλης μυρίον.

Initio noni cum ait poëta Μόχθως βωσὶν ὑφέντες, placet Euſtathio ſumtum id eſſe ab Homero, qui Ὀδ. ι. dixit, — καὶ ὑπ' ἔμβρυον ἦκεν ἑκάστῃ. Lego in eodem,

— ἔχω δέ τοι ὐδ' ὅσον ὥραν
Χείματος, ἢ νωδὸς καρύων ἀμύλοιο παρόντος.

non ut eſt editum, ἢ νωδὸς κ. ἢ valet, *quemadmodum*: & ὐδ' ὅσον, accipiendum δεικτικῶς, pro ὐδ' ὀλίγον: ut & Latine *non tanti*. haec confirmantur auctoritate ſcholiorum non editorum, quae locum ſic explicant: ὐκ ἔχω δὲ ὐδὲ μικρὰν φροντίδα χειμῶνος, ὥσπερ οὐδὲ νωδὸς ἀνὴρ καρύων καὶ καρυδίων, παρόντος αὐτῷ ἀμύλοιο, ἤγουν πλακοῦντος· ἐν γὰρ τῷ πλακοῦντι εἰσὶ καὶ κάρυα. Sequitur,

— ὁ δ' ἐγκαναχήσατο κόχλῳ.

ubi non probo ſcholiaſtae expoſitionem, ἐπὶ τούτῳ ἡδέως ἐγέλασε. nam concha accepta laetum intonuiſſe illum, ſignificat. Sic alibi de Amyco,

ἦ ῥ' Ἄμυκος, καὶ κόχλον ἑλὼν μυκήσατο κοῖλον,

& Lycophron, Στρόμβῳ τὸν αἱματηρὸν ἐξάρχων νόμον. & paſſim poëtae. Apparet autem veterum fuiſſe hanc ſuperſtitioſam opinionem, ut eos quibus in naſo, vel lingua, tubercula, ut fit, aut alia hujusmodi cutis vitia in aliqua ejus parte orirentur, putarent vel mentitos eſſe, vel depoſitum non reddidiſſe, vel aliquid denique fraudis admiſiſſe. Nam & in hoc idyllio eam religionem tangit Theocritus cum ait,

Μηκέτ' ἐπὶ γλώσσας ἄκρας ὀλοφυγδόνα φύσης.

& iterum in XII. ſive Aita,

— ἐγὼ δέ σε τὸν καλὸν αἰνῶν
Ψεύδεα ῥινὸς ὕπερθεν ἀραιᾶς ἐκ ἀναφυσῶ.

Tenuit haec religio & Romanos, ut notatum eſt ad Propertium, eruditiſſimo Scaligero. Ovidius

Eſſe deos credamne? fidem jurata fefellit:
Et facies illa, quae fuit ante, manet.
Quam longos habuit nondum periura capillos,
Tam longos poſtquam numina laeſit, habet.
Candida candorem roſeo ſuffuſa rubore
Ante fuit: niveo lucet in orbe rubor.

Horatius II. carminum.

Ulla ſi juris tibi peierati
Poena, Barine, nociuiſſet unquam,
Dente ſi nigro fieres, vel uno
Turpior ungui.

Similis quoque fuit δεισιδαιμονίας, quod, teſte etiam Strabone, eos viros, qui ſubito morerentur, Apollinem: mulieres, Dianam dicto factove offendiſſe, credebant. Perſas quoque ait Herodotus credidiſſe, ſi quis vitiliginem aut lepram haberet, eum ἐς τὸν Ἥλιον ἁμαρτόντα τι ταῦτ' ἔχειν.

CAP. XI.

Initio decimi, non ſcholiaſtes tantum de vocis βυκαῖε expoſitione ambigit: ſed & Heſychius, cujus haec ſunt, βυκαῖος, βυκόλος, οἱ δὲ θερισής. Nicander initio Theriacorum,

σὲ δ' ἂν πολυεργὸς ἀροτρεὺς,
Βουκαῖός τ' ἀλέγοι,

Vetus

Vetus enarrator, βυκαῖθ', θερισής, βουκόλος, ζεύγεσι βοῶν ἑπόμενος, ἢ γαιοπόνος ἁπλῶς. At Euſtathius in Ιλ. ν. & βῦκον & βουκαῖον generaliter ἄγροικον explicat. In ſecundo verſu ſcribendum, οὐθ' ἑὸν ὄγμον ἄγειν ὀρθὸν δύνα. haec ſcriptura eſt antiqua, elegans & vera. Interpres ad illud, τᾶς ἄυλακος ἐκ ἀποτρώγεις, exponit αὔλακα, ὀρδίνιον, voce ejus ſemibarbari ſeculi, e Latino detorta. plane idem eſt ac *verſus*. quare etiam ἀντὶ σίχου ea ſunt uſi. Euſtathius, ὀβελός ἐσι γραμμή τις εὐθεῖα, προτιθεμένη μὲν σίχων, ἤτοι ὀρδίων ἔξω. eſt autem venuſtiſſime dictum ἀποτρώγειν τῆς αὔλακος. ut apud Latinos *depaſci* de igne. & נלחם apud Hebraeos *pugnare*, a לחם quod eſt *comedere*. Scribe etiam mox cum veteribus, — χαλεπὸν χορίῳ κύνα γεῦσαι. ſine cauſa recentiores mutarunt in χοιρίων, reclamante ſcholiaſte. Planius extulit hoc proverbium Lucianus in libello Πρὸς ἀπαίδευτον. ἐδὲ γὰρ κύων ἅπαξ παύσαιτο ἂν σκυτοτραγεῖν μαθοῦσα. alii aliter. Affine adagium in epigrammate Platonis, κυσὶν ὀσέα μηνύειν. quod & libro VII. Anthologiae in alio epigrammate extat: affine item aliud apud Diogenem cynicum in epiſtola quadam, ὥσπερ πρόβατον ἐκ ἂν ἀποσαίης τῶν ὠρίμων. Legit etiam interpres,

τίς δέ τυ τᾶν παίδων λυμαίνεται. &
μάντις τοι τὰν νύκτα χροΐξεται ἀ καλαμαία.

Euphorionis verſus de hyacintho, qui ſunt apud ſcholiaſten valde corrupti, ſic lego,

Πορφυρέη ὑάκινθε, σὲ μὲν μία φάτις ἀοιδῶν
Ῥοιτείης ἀμάθοισι δεδεπότος Αἰακίδαο,
Εἶωος ἀντέλλειν γεγραμμένα κωκύσαν.

confirmantur correctiones iſtae manuſcripti auctoritate, in quo ita ſcriptum, paullo minus, inveni. recte etiam idem liber in his Sapphus verbis, quae proferuntur ad

ſequens idyllium, γλυκύμαλον ὡς ἐρεύγεται ἄκρῳ ἐπ' ὄδῳ ſcribit ὄσδῳ. arbitror etiam ἐρεύθεται ſcribendum eſſe non ἐρεύγεται. Vt ad Theocritum revertar, etſi non eſt plane ineptum quod in ſcholiis χοῖμι pro χῆμα legitur iſto verſu,

Σχῆμα δ' ἐγὼ καὶ καινὰς ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἀμύκλας,

eam tamen lectionem non probo, rectumque pronuntio eſſe χῆμα. Senſus eſt: Si mihi opes ſuppeditarent, Veneri conſecrarem & tuam & meam imaginem. ac tu quidem tibias tenens, ſertis redimita ſtares: ego autem, non habitu iſto hominis ruſtici & pauperis: ſed vel habitu citharoedi cum ſyrmate, vel ut aliquis procerum palliatus, & eleganter calceatus. Σχῆμα eſt veſtis exterior, quae induitur quoties opus εὐσχημονεῖν· opifices fere nullam geſtabant, erantque tunicati: ne ditiores quidem intra aedes, aut in remiſſione. Alciphron in epiſtolis, ἐξ ὧν φιλοσοφεῖν ἐπενόησας, σεμνός τις ἐγένου. καὶ τὰς ὀφρῦς ὑπὲρ τοὺς κροτάφους ἐπῆρας· εἶτα σχῆμα ἔχων καὶ βυβλίδιον μετὰ χεῖρας, εἰς τὴν Ἀκαδημίαν σοβεῖς. Sic in Περὶ ἀποχῆς Porphyrii, ἀεὶ δ' ἐντὸς τοῦ σχήματος χεῖρες. & apud Euſebium in vita Conſtantini, ἐκτυποῦντες τὸν μακάριον ἐγκεκαλυμμένον τὴν κεφαλὴν τῷ σχήματι. Legi etiam in hiſtoria miſcella, de Carolo Magno libro XXIII. *quem illi ſuſceptum, ut Romanorum tenebant imperatorem, coronabant eum in caſſum, & ocreis eum & ſchemate induentes.* Praeterea ſcribendum ſub initium, — ἄδιον ἑτῶς Ἐργαξῆ· & ſub finem, — πιαίνεται ὁ σάχυς οὑτῶς. Euſtathius Ιλιαδ. ζ. Δωριεῖς κατὰ τὸ καλῶς, σοφῶς, δυνατῶς, φασὶ καὶ οὑτῶς. οἷον, πιαίνεται ὁ σάχυς ἑτῶς. Pertinet ad hunc locum quod Columella ait, *Frumenta ſi tempeſtive fuerint deciſa, poſtea capere incrementum.* id enim eſt, quod Theocritus πιαίνεσθαι dixit. & eam ob cauſſam in epigrammate Bacchylidis Zephyrus dicitur πιότατος ἀνέμων. Au-

ctores

ctores habeo veteres grammaticos, Doras non παῦδα ſcripſiſſe, verum παῖσδα. quare ſcribo in hoc carmine, — συναείσατε τὰν ῥαδινάν μοι Παῖσδα. & ita alibi reſtituendum. Legenti mihi aliquando ſcholia in hunc verſum,

τειγάρτοι πρὸ θυρᾶν μευ ἀπὸ σπόρω ἄσκαλα πάντα,

oborta erat ſuſpicio, deeſſe hic alterum verſum in hanc ſententiam,

πρόσθε δ' ἐμὶν τὰ θύραθεν ἀπὸ σπόρω ἦς καλὰ πάντα.

Ait enim ſcholiaſtes, πάλαι, φησὶν, ἀπὸ τῦ σπόρου πάντα μοι ἦν καλὰ, ὁ μόνον τὰ ἔνδον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀπὸ θυρῶν. quae verba etiam ſcripti libri agnoſcunt. Sed muto ſententiam, neque deeſſe quicquam cenſeo. At interpretis paraphraſis hactenus vera eſt: ſequentia in libris editis falſa, οὐδὲ τὰ πρὸ τῶν θυρῶν μι εἰσὶν ἐσπαρμένα, ἀλλ' ἄσπορα μένουσι. non erant iſta in exemplaribus MSS. ſed eorum loco haec, ἀπὸ τῦ σπόρου ἀτημέλητά μοι πάντα.

CAP. XII.

Priusquam ulterius progredior, longiusve recedo ab hoc Theocriti idyllio, ubi de Lityerſa fit mentio, volo gratiam inire ab erudito lectore, & hujusmodi elegantiarum ſtudioſo. Proferam enim hoc loco quosdam Soſibii veteris poëtae verſus, in quos forte incidi: qui & elegantiſſimi ſunt, & lucem adhuc (quod quidem, re diligentiſſime quaeſita, ſcire potuerim) non viderunt. Eſt vero horum mentio apud Athenaeum: ne quis putet eſſe commentitios. quanquam ille Soſitheo eos aſcribit: ſed locum illum arbitror corrigendum: quum & in codice, unde iſta deſcripſimus, diſerte ſcriptum ſit Σωσίβιος, & ita quoque legatur apud Graeculum grammatiſtam Iohannem Tzetzem: qui & ipſe horum verſuum memi-

meminit, & quosdam deſcribit. Quoniam autem non leviter corrupti quidam illorum erant in noſtro exemplari, repraeſentabimus eos cum fide & cura, quales invenimus: quo poſſint acutiores, veſtigia veteris lectionis rimantes, facilius tutiusque verum in tenebris ſagaci conjectura olfacere. Theocriti verba ſunt haec,

Θᾶσαι δὴ καὶ ταῦτα τὰ τῶ θείω Λιτυέρσα.

Scholiaſtes adnotat: Λιτυέρσης Μίδου υἱὸς νόθος, ὃν Ἡρακλῆς ἀνεῖλεν ὄντα κακόξενον. ἠνάγκαζε γὰρ τοὺς ξένους συνθερίζειν αὐτῷ. εἶτα εὐωχῶν ἀπεκεφάλιζε· τὰ δὲ σώματα ἐκόμιζεν ἐν τοῖς δράγμασιν ὡς παραλελογισμένων. Ἱςορεῖ ταῦτα κατὰ μέρος Σωσίβιος ἐν Δάφνιδι λέγων οὕτως·

Οὔτε οἱ Κελαιναὶ πατρὶς ἀρχαία πόλις
Μίδου γέροντος, ὅςτις ὦτ' ἔχων ὄνου,
Ἤνασσε καὶ νῦν φατὸς εὐειδοῦς ἄγαν.
Οὗτος δ' ἐκείνου παῖς περίπλαςος νόθος.
Μητρὸς δ' ὁποίας ἡ τεκοῦσ' ἐπίςαται
Ἔσθει μὲν ἄρτους τρεῖς ὄνους κανθηλίους
Τρὶς τῆς βραχείας ἡμέρας, πίνει θ' ἅμα
Καλῶν μετρητὴν τὸν δεκάμφορον πίθον·
Ἐργάζεται δ' ἐλαφρὰ πρὸς τὰ σιτία.
Ὄγμον θερίζει· τῇ μίᾳ δ' ἐν ἡμέρᾳ
Δαίνυσί τ' ἔμπης συντίθησιν εἰς τέλος.
Χ' ᾧταν τις ἔλθῃ ξένος, ἢ παρεξίῃ,
Φαγεῖν τ' ἔδωκεν εὖ καὶ πεχόρτασεν.
Καὶ τοῦ ποτοῦ προὔτεινεν ὡς ἂν ἐν θέρει
Πλέον· φθονεῖν γὰρ τοῖς θανουμένοις ὤκνει
Ἐπιςατῶν οἴδη α Μαιάνδρου ῥοαῖς
Καρπευμάτων ἀρδευτὰ δαψιλεῖ πότῳ
Τὸν ἀνδρομήκη πυρὸν ἠκονημένη
Ἅρπη θερίζει· τὸν ξένον δὲ δράγματι
Αὐτῷ κυλίσας, κρατὸς ὀρφανὸν φέρει

Γέρων

Γέρων Θερισὴν ὡς ἄνουν ἠρίσησεν.
Ὅτι δὲ ἀπέθανεν ὑφ' Ἡρακλέους, ἐσὶ λέγων,
Θανὼν μὲν ἦν Μαιάνδρᾳ ἐρρίφη ποδὸς
Σοφός τις ὥσπερ δίσκος. ἦν δ' ὁ δισκεύσας
ἀνὴρ πυθιο τὶς γὰρ ἀνθ' Ἡρακλέους.

Haec est, ut dixi, nostri exemplaris lectio: cujus mendas ut abstergeamus, in primo versu scribe Αἰθ' οἱ Κ. πατρὶς, ἀφ. π. Nam Celaenae urbs Phrygiae, etiam Athenaeo teste, Lityersae patria fuit. Tertius stabit si legas, καὶ νοῦν φανὸς εὐειδής τ' ἄγαν. intelligenda autem ista ex mente loquentis. qui videtur fuisse aliquis Midae regis subditus vel cliens. In quarto reperio apud Tzetzem in Chiliadibus, παραάπλασος. In sexto scribo, Ἔσθει μὲν ἄρτων τρεῖς ὄνους κανθηλίους: vel ὅλους κ. ut apud Athenaeum & Tzetzem. τρεῖς ὀνους ἄρτων dictum pro τριῶν ὄνων φορτίον; ut pr. Samuelis capite XVI. חמור לחם *asinum panis*. In octavo praefero lectionem nostram & Tzetzae ei, quae est apud Athenaeum, καλὸν μετρητήν. & est locus elegans: nam quum metretes capiat duas tantum amphoras, Lityersa tamen, ait poëta, cum dolium decem amphorarum exhausserat, metreten se bibisse dicebat. In nono habet Tzetzes, πρὸς τὰ φορτία· quod non probo. Undecimum ita restituo, Δεκάγυον ὅμπνην συντίθησιν εἰς τέλος· convenientissime ad sententiam. Uno die, inquit, aruum decem γύας (id mensurae est nomen) habens metit, & mergites in aceruum congerit. In duodecimo lege ξεῖνος. Decimumtertium ruentem destina fulci, ac scribe, φαγεῖν τ' ἔδωκεν εὖ, καὶ εὖ πεχόρτασεν. In decimoquinto peccatum transpositione: rescribe, — φθονεῖν γὰρ ὤκνει τοῖς θανυμένοις. XVI. ita fortasse constituendus. Ἐπεὶ δ' ἄγων ἔδειξε M. hoc sensu: postquam hospitem suum fatiavit Lityersa, opes ostentans suas, ducit eum per arua,

quae ad Maeandrum ſita largiterque rigata, ſegetem ferunt uberrimam. ibi tum ille eorum capita falce demetit, inſtar culmorum. itaque ſcribendum ἠκονημένῃ ἄρπῃ. In XXI. γελῶν non γέρων. & ἠρίσισεν omnino, ab ἀρισίζω. De viceſimoſecundo dubitavi diu, eſſentne poëtae verba an interpretis: atque hoc, quam illud, verius. Poſtrema ſic lego, ut metro conſulam:

Σόλος τις ὥσπερ. ἦν δ' ὁ δισκεύσας ἀ ἠ;
Τις πυθιονίκης, τίς γὰρ ἀνθ' Ἡρακλέους;

ſed iſti duo verſus videntur fuiſſe perſonis diſtincti. Eſt enim totus hic locus ex tragoedia ſumtus, ut docet nos Athenaeus.

CAP. XIII.

Non probo quod interpretes vocem φιαρωτέρα exponunt σκληροτέρα, in undecimo Theocriti: ubi de Galatea ait Cyclops,

Λευκοτέρα παντὰς ποτιδεῖν, ἁπαλώτέρα ἀρνὸς,
Μόσχω γαυροτέρα, φιαρωτέρα ὄμφακος ὠμᾶς.

omnia iſta in laudationem τῆς ἐρωμένης effutit inſanus amator: neque in iſtis verbis ulla aſperitas aut ſaevitia illius notatur, ut putant illi. φιαρὸν, eſt ſplendens, nitens, λαμπρὸν, ut interpretantur veteres grammatici, quorum potius auctoritate nitendum. Callimachus, φιαρὴ τῆμος ἀνέσχεν ἕως. ea voce commendat Cyclops in Galatea ſua cutis bene curatae nitelam & gratiam. interpretes movit ſine cauſſa ſimilitudo vuae immaturae: nam Graeci poëtae ita ſolent exprimere id, quod in mammis turgentibus & ſororiantibus adeo mirantur formarum ſpectatores, Nonnus libro XLVIII,

Δέρκεο πῶς σφριγάωσι βραχίονες· ἤνιδε μαζοὺς
Ὄμφακας οἰδαίνοντας ἀθήλεας.

Idem poëta alibi vocans ἀκλινεῖς, ferme idem significat. libro VII.

ἀκλινέων τροχόεσσαν ἴτυν μιτρώσατο μαζῶν.

Ovidius in XIIII. Metamorph. ubi plurima de hoc poëta mutuatus est manifestissime, alio simili usus idem dixit Theocrito. Ait ibi Polyphemus Cyclops,

Splendidior vitro, tenero lascivior hoedo.

omnino φιαρωτέρα ὄμφακος ὠμᾶς valet, si rem potius quam verba spectes, *Splendidior vitro.* Ne illud quidem probare possum, quod in isto ejusdem idyllii loco,

— τρέφω δέ τοι ἔνδεκα νεβρὼς
πάσας ἀμνοφόρως, καὶ σκύμνως τέσσαρας ἄρκτων.

consentiunt Latini interpretes & emendatores priores in damnanda altera lectione, quam affert scholiastes, & praefert vetus editio Romana, πάσας μαννοφόρους. mihi enim haec potior videtur scriptura: nec dubitaverim secundum eam contra alteram litem addicere. absurdum est, νεβρὸν, quae nondum est τελεία cerva, dici foetam. durum est, cervae embryonem vocari ἀμνόν. At poëtae in proprietate dictionum observanda, parum saepe sunt religiosi. id quidem verum: sed ne hic νεβρὸν *cervam* interpretemur, impedit, quod sequitur junctim de ursae catulis. vetat & Virgilius qui *capreolos* imitans hunc locum dixit:

Praeterea duo nec tuta mihi valle reperti
Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus ambo.

Ovidius, quorsum spectaret hoc munus, pluribus exponit:

Inveni geminos, qui tecum ludere possint,
Inter se similes, vix ut dignoscere possis,
Villosae catulos in summis montibus ursae.

quanto sunt habiliores ad colludendum hinnuli, sive capreoli, cerva foeta, tanto vulgatae lectioni & interpretationi praestat scriptura altera, & quae ex illa elicitur sententia. Quid significet vox μαννοφόρος, recte in scholiis explicatur. Pollux quoque μάνδρα vel μάννος pro *torque* Doricam esse dictionem scribit: quod facit non parum stabiliendae isti γεαφῇ. Iuvat nonnihil & Virgilianus Polyphemus, qui etsi non idem, simile tamen dicit de suis capreolis, cum canit, — *sparsis etiam nunc pellibus ambo.* Latinus poëta ἔμφυτον κάλλος commendat: Graecus cultum & ornatum. solita autem varie ornari animalia, quae animi caussa alerentur, alibi fuse notavimus. Sunt apud Graecos duo verba & sono & significatione affinia, κιγκλίζειν & κιχλίζειν. ambo orta sunt ab avibus: prius quidem a cinclo, qui numeratur ab Aristotele inter aves assidue caudam motitantes. inde ergo κιγκλίζειν, obscoenum vocabulum, quo usus Theocritus in quinto. Κιχλίζειν a turdis deductum minus turpem apud Atticos significatum habet. eo enim gulae & cupediarum vitium notabant. Persius eleganter expressit, *turdorum nosse salivam.* apud alios scriptores non multo honestius sonat hoc verbum quam τὸ κιγκλίζειν. eo enim utuntur ad procaces nequitias amantium designandas. nec sunt audiendi viri docti, qui hac notione κιγκλίζειν semper scribi volunt. nam ita accipit Cyclops in fine idyllii hujus,

Πολλαὶ συμπαίσδεν με κόραι τὰν νύκτα κέλονται.
Κιχλίζοντι δὲ πᾶσαι

vel κιχλίσδοντι, ut in quibusdam. Confirmat hanc scripturam Macedonius, epigrammatarius poëta, qui τὸ κιχλίζειν quid sit, venuste explicat.

Κιχλίζεις, χρεμέτισμα γάμου προκέλευθον ἰεῖσα·
Ἡσυχά μοι νεύεις· πάντα μάτην ἐρέθεις.

Mox, Παῖζε μόνη τὸ φίλημα· μάτην πόππυζε σεαυτῇ. declarat & Athenaei Referendarii alterum epigramma.

Ὄμματα δινεύεις κρυφίων ἰνδάλματα πυρσῶν,
Χείλεα δ' ἀκροβαφῆ λοξὰ παρεκτανύεις.
Καὶ πολὺ κιχλίζουσα σοβεῖς εὐβόστρυχον αὔγλην.

Macedonii versum profert Suidas in κιχλίζειν: ut de ea lectione dubitare nemo queat. Transeo ad sequens carmen: cujus initio etsi non improbo vulgatam distinctionem,

Ἦλυθες, ὦ φίλε κοῦρε, τρίτῃ σὺν νυκτὶ καὶ ἀοῖ.
Ἦλυθες.

sequar tamen potius alterutram duarum, quas notavi in veteribus libris. prior interrogationis notam ponebat post ἀοῖ; altera post sequens ἦλυθες. Est illi simile, *Teneone te mea Antiphila?*

In decimoquarto versu manifestum est ἀνακόλουθον: nam τὸν ἕτερον αἴτιαν posuit, cum orationis series postularet ὁ ἕτερος αἴτης.

Δοιὼ δή τινε τώδε μετ' ἀμφοτέροισι γενέσθην
Φῶθ'· ὁ μὲν ἦς εἴσπνιλος, φαίη χ' ὡ' μυκλαίσδων·
Τὸν δ' ἕτερον πάλιν, ὥσκεν ὁ Θέσσαλος εἴποι, αἴτιαν.

CAP. XIV.

Falsum est quod de Hylae parentibus tanquam ex Apollonio promtum legitur in scholiis ad principium decimitertii. Apollonius siquidem nec Philodamo, nec Ceyce natum facit Hylam, sed Theodamante. Is de Hyla & Hercule sic canit in primo,

— πρῶτα δόμων ἐκ πατρὸς ἀπέρας
Δίου Θειοδάμαντος.

Scholiastes, τὸν Ὕλαν ὁ μὲν Ἀπολλώνιος Θειοδάμαντος φησὶν υἱὸν εἶναι· Ἑλλάνικος δὲ Θειομένους. Cum ait poëta,

ᾧ τινι τῶτο θεῶν πόκα τέκνον ἔγεντο.

de patre Cupidinis intellige, qui incertus est, ut refert Servius. Meleager,

πατρὸς δ' ἐκ ἔτ' ἔχω τίνος· ὅτε γὰρ αἰθὴρ,
Οὐ χθὼν φησὶ τεκεῖν τὸν θρασύν, οὐ πέλαγος.

Idem alibi de Cupidine, γενέτης δ' ὅτε τις ὅτε τινός. Sed & mater incerta: variant enim hic quoque auctorum sententiae, quas vide apud interpretem Apollonii in tertium, & interpretes Hesiodi. Ait, — τὸ δ' αὖριον ἐκ ἐσοῤῥῶμες· εἰσορᾶν seu *videre* pro in vivis esse non male accipit scholiastes. sic apud tragicos βλέπειν saepe: & Homerus

ὅτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο.

nam δερκομένου quidam interpretantur βλέποντος & ζῶντος. alii aliter, ut Priscianus, qui eum versum vertit, *Non me vivo & in terra videndo.* Deinde sequitur, Καί μιν πάντ' ἐδίδαξε. Apollonius,

Δὴ γάρ μιν τοίοισιν ἐν ἤθεσιν αὐτὸς ἔφερβε.

Addit,

Αὐτῷ

Αὐτῷ δ' εὖ ἕλκων ἐς ἀλαθινὸν ἄνδρ' ἀποβαίη.

interpres legit αὐτῶ pro αὐτῇ, & explicat αὐτόθι, hoc eſt, jam in illa aetate. de quo ſuum eſto unicuique judicium. ἀλαθινὸν ἄνδρα idem interpretatur, vere virum, ἀνδρεῖον. potes & pro juſto & probo accipere. Priſcianus libro XVII. *Iuſtum pro vero, & verum pro juſto, frequenter tam nos, quam Attici, ponimus.* & paſſim exempla: ſic etiam apud Hebraeos. Ait,

Πασᾶν ἐκ πολίων προλελεγμένοι, ὧν ὄφελός τι.

Apollonius, — ἀγειρόμενος παναχαΐδος εἴτι φέριστον.
Ait Theocritus, — ἀφ' ἕ τότε χοιράδες ἔσαν. Apollonii verba inſtar commentarii erunt,

Πέτραι δ' εἰς ἕνα χῶρον ἐπιχεδὸν ἀλλήλῃσι
Νωλεμὲς ἐρρίζωθεν· ὃ δὴ καὶ μόρσιμον ἦεν
Ἐκ μακάρων, εὖτ' ἄν τις ἰδὼν διὰ νηὶ περάσῃ.

in quibus verbis niſi accipias ἰδὼν pro βλέπων, hoc eſt, ſine pernitie, vivus, legi malim ἰών. & obſerva φράσιν Theocriticam, ἀφ' ἕ τότε pro ἀπὸ τότε, vel ἀπὸ τῆ τότε χρόνου. cujus mihi aliud exemplum non ſuccurrit. ut nec hujus, quam in eadem voce τότε apud Apollonium notabamus: qui dixit, τότε δ' ἄλλο μὲν, ἄλλο δὲ, pro ἄλλοτε μὲν, ἄλλοτε δέ. locus eſt libro IIII. ubi canit de Sirenibus,

— τότε δ' ἄλλο μὲν οἰωνοῖσιν,
ἄλλο δὲ παρθενικαῖς ἐναλίγκιαι ἔσκον ἰδέσθαι.

Sequenti verſu, caue erres cum interpretibus, qui ἐσχατιὰς, de neſcio quibus agrorum extremitatibus interpretantur. Verba Theocriti,

— ἐσχατιαὶ δὲ
Ἄρνα νέον βόσκοντι, τετραμμένᾳ εἴαρος ἤδη.

appel-

appellant Graeci ἐχατιὰς singulorum agros suis finibus distinctos & separatos. recteque doctissimus glossographorum Hesychius exposuit ἀγρόν. ita hic accipiendum, & in isto oraculo apud Plutarchum, Ἑχατὴν πεφύλαξο Λύκου καμάκεσσι δοκεύων. Aristides Sacrarum secunda, καὶ πορευθεὶς ὁ Ῥῆφος εἰς ἐχατιάν τινα τῶν αὐτῆ εὑρίσκει τετοκυῖαν ὄϊν αὐτονυχί. Sed in ea voce apud elegantissimos auctores interdum aliquid inest contemtus. Alciphron in epistolis, Κρεῖττον ἐπανήκειν ἐκ Βοσπόρου καὶ Προποντίδος νεόπλυτον, ἢ καθήμενον ἐπὶ ταῖς τῆς Ἀττικῆς ἐχατιαῖς λιμῶδες καὶ αὐχμηρὸν ἐρυγγάνειν. ita loquitur, quoniam Attica erat λεπτόγεως, nec uber solum. dicitur & de aedibus similiter εὐτελισμοῦ χάριν. quia gurgustia pauperum in extremo oppido esse solent, procul ab omnibus locis celebrioribus. Basilius Olymp. οἷα ποιεῖς ὦ θαυμάσιε τὴν φίλην ἡμῖν πενίαν καὶ φιλοσοφίας τροφὸν τῆς ἐχατιᾶς ἀπελαύνων. Talem ἐχατιὰν intelligit Praxinoa in Adoniazusis,

Ταῦθ' ὁ πάρεδρος τῆνῳ ἐπ' ἔχατα γᾶς ἔλαε' ἐνθὼν
Ἰλεὸν ἐκ οἴκησιν.

Sequitur apud Theocritum,

ὡς δ' ὁπότ' ἠὐγένεως ἀπόπροθι λὶς, etc.

qui locus ita placuisse Apollonio videtur, ut in eodem argumento, hoc est, in raptu Hylae, bis eum sit imitatus. & ἑτοιμοτάτην δαῖτα Theocriti respexit, nisi fallor, cum dixit, — ἄγουσι δὲ λῃΐδ' ἑτοίμην. Atque haec hactenus. Volui autem tironibus, velut ad fontes intenso digito, indicare, quam poëtae hujus, aequalis propemodum sui, studiosus fuerit Apollonius. cujus quia toties hic est mentio, lectorem monebo ὁδοῦ πάρεργον, de mendo, quod, dum haec scribo, apud illum animadverti. Verba ejus sunt lib. III.

— δεῦτε

— δεῦε δὲ κόλπους

Ἄλληκτον δακρύοισι· τὰ δ' ἔῤῥεεν ἀςεγὲς αὔτως.

Legendum eſt enim ἀςαγὲς, non ἀςεγές: quae vox iſto quidem loco eſt inepta: neque dubium eſt ita, ut emendamus, legiſſe doctiſſimum ſcholiaſten, qui notat τὸ α hic eſſe ἐπιτατικὸν, ut in illo Homeri, ἄξυλος ὕλη. Heſychius, ἀςαγὲς, πολὺ καὶ λάβρον. Nicander Theriacis, — ἐξ ὀνύχων δὲ κατείβεται ἀςαγὲς αἷμα. ita autem dictum Apollonio ἀςαγὲς ῥέειν τὰ δάκρυα, ut ab aliis multis ἀςακτὶ δακρύειν, quod ad Oedipum Coloneum exponitur in ἐξηγήσεσι Sophocleis, πολυςακτί. Latini poëtae *guttatim*. Ennius Hecuba, *hinc meae lacrymae guttatim cadunt*. Male etiam ζυγὰ de navium tranſtris accipiunt ibi, κατὰ ζυγὰ δαῖτα πένοντο, eſt enim a re militari ductum. ſed de eo plura alias.

CAP. XV.

Veniamus ad idyllium decimumquartum. Αὐαλέους κικίνους poëta vocat, oleo & unguento non delibutos: his opponuntur πλόκαμοι λιπαροὶ ſaepe apud poëtas. Ita autem Graeci illuviem, ſqualorem, & auſteritatem vitae, ſiccitatem, appellant: eſtque vetuſtiſſimum dictum Heracleti, αὔη ψυχὴ σοφωτάτη. pro quo hodie ſcriptum apud Clementem Alexandrinum & Plutarchum αὐγή, ut alibi pluribus explicamus. Verſu ſeptimo ſuavis jocus eſt in Pythagoriſtam illum, qui Athenis venerat in Siciliam,

Ἤρατο μὰν καὶ τῆνος (ἐμὶν δοκεῖ) ὀπτῶ ἀλεύρω.

tu, inquit, macer es, horridus & ſquallidus, amore mulieris: & iſte quoque oſſa erat ac pellis propter amorem, non mulieris quidem, ſed panis, vult dicere, fame-

 licum

licum fuisse, & ex inopia necessario abstinentem: quam autem ista Platoni conveniant, cujus splendida semper vita, luxui propior quam sordibus, nemo est quin videat. Quare valeat illorum acumen qui perstringi hic Platonem a poëta divinarunt. In versu decimo legit scholiastes, & reperimus nos in scripto codice,

Τοιοῦτος μὲν ἀεὶ τὺ φίλ' Αἰχίνα, ἄσυχα ὀξύς.

quod ita explicat, ἐκ τῦ παραχρῆμα καὶ τῦ σιωπᾷν ὀξυνόμενον. ἢ ὃς ἐ πάντη σιωπηλὸς ὑπάρχεις, ἀλλ' ἔχεις τι καὶ ὀξύτητος ἤσυχα ὀξύς, ἀντὶ τῦ αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἔσω λυπούμενος καὶ τηκόμενος ἐν ἡσυχίᾳ καὶ μὴ ἐν φανερῷ. Etiam horum verborum interpretationem, quae affertur a scholiaste,

Ἤδη δὲ προϊόντος ἔδοξ' ἐπιχεῖσθαι ἄκρατον,
ὥτινος ἤθελ' ἕκαστος, ἔδει μόνον ὧ τινος εἰπεῖν.

cur ineptam censeant quidam, rationem non video: nam certum est in comessationibus fieri solitum, ut ad nomen τῶν ἐρωμένων biberent, & quos cyathos alicujus gratia educebant, de ejus nomine eos appellabant: puta, Glycerii, vel Laidis. ideo ait, ὧ τινος. id est, cujus esset id poculum, quod postularetur. Sic loquitur Callimachus in eo loco, quem ante attigimus. Ἔγχει, καὶ πάλιν εἰπὲ, Διοκλέος. Interdum etiam tot cyathos siccabant, quot literis constabat τὸ ἐπιφημιζόμενον nomen. Epigrammatarius Latinus

Naevia sex cyathis, septem Iustina bibatur.

versu XXII. probo valde hanc lectionem & interpretationem, quam inter alias affert scholiastes,

Οὐ φθεγξῇ; λύκον εἶδες, ἔπαιξέ τις, ὡς σοφὸς εἶπεν.

Trajectione locus nonnihil obscuratur. Sunt autem priora verba Aeschinae; posteriora unius e convivis, qui

qui Cyniſcam alloquitur conſcius ejus erga Lycum amoris. Senſus eſt: Tacente Cyniſca, ego gravius commotus, Non loqueris, dixi? tum aliquis de iis, qui intererant convivio, ita per jocum Cyniſcam eſt affatus: Vidiſti nimirum Cyniſca lupum, ut vetus eſt dictum. ita accipit interpres illa verba, ὡς σοφὸς εἶπεν. in voce autem λύκον ſuaviſſima eſt ἀμφιβολία. Scholiaſtae verba ſunt haec, σιγώσης αὐτῆς, ἔπαιζέ τις εἰς αὐτὴν εἰπών. paullo poſt, ὡς σοφὸς εἶπεν, ἤγουν, ὡς ὁ παροιμιαςὴς εἶπεν. Sequentis verſus,

Χ' ἥφθα· εὐμαρέως κεν ἀπ' αὐτᾶς καὶ λύχνον ἅψαις,

ſententiam expreſſit poëta incertus hoc epigrammate lepidiſſimo,

Αὐτὸ τὸ πῦρ καύσειν διζήμενον· οὗτος ὁ νύκτωρ
Τὸν καλὸν ἰμείρων λύχνον ἀναφλογίσαι,
Δεῦρ' ἀπ' ἐμῆς ψυχῆς ἅψον σέλας· ἔνδοθι γάρ μου
Καιόμενον, πολλὴν ἐξανίησι φλόγα.

Non longe poſt, ἐλαύνειν πὺξ ἐπὶ κόρρας, ita fere dictum, ut Latine *pugnum alicui ducere*, vel *colaphum*. Ulpianus, *Si, cum ſervo pugnum ducere vellem, in proximo te ſtantem percuſſero*. Quintilianus, *Colaphum tibi ducam, & formulam ſcribam, quod durum caput habeas*. Claudit poëta hoc idyllium ita,

— ποιεῖν τι δεῖ οἷς γόνυ χλωρόν.

Horatius in re diſſimili ſimillime eſt locutus,

— *dumque virent genua*
Et decet, obducta ſolvatur fronte ſenectus.

Sic apud Ciceronem, *viriditatem habere*, pro vigere.

CAP. XVI.

Verſu tertio Adoniaz. ſi iſta verba ἔχει κάλλιϛα, non Eunoae ancillae tribuerentur, ſed Gorgoni, quae ſuam viſebat amicam Praxinoam: haberent eam ſignificationem, quam apud Ariſtophanem notat ejus interpres: quando videlicet oblato beneficio non utentes, gratias agimus. eam vim habet *recte* apud Terentium. *Rogo, nunquid velit? Recte: inquit: abeo.* apud Horatium *benigne.*

Mirari ſecum tacitus: quid multa? Benigne
Reſpondet.

& alibi,

— *at tu quantumvis tolle: Benigne.*

Graeci hoc ſenſu, ut Plutarchus etiam eſt auctor, dicunt κάλλιϛα, vel ἔχει κάλλιϛα, ἐπαινῶ. id quam belle huic loco conveniat facile quivis intelligat. nunc tribuuntur ancillae: utrum rectius, docti judicent. Sequens verſus etiam doctiſſimis viris negotium faceſſit.

Ὦ τᾶς ἀδεμάτου ψυχᾶς! μόλις ὔμμιν ἐσώθην.

quid enim eſt ἀδεμάτου? Scio in promtu eſſe reſponſionem, e Corintho illo cujus circumfertur de Dorica dialecto συρφετώδης quaedam collectio. In ea ſcriptum, Dores ἀδέματον ψυχὴν vocare τὴν νεκρὰν, οἱονεὶ ἔξω σώματος. Sed mirum praeter iſtum neminem e veteribus, vocis hujus ullam facere mentionem: non Heſychium, non Suidam, non Euſtathium, non ullum ullius poëtae interpretem. Ego vero iſti grammatico fidem arbitrari pridem deſii: planeque mihi perſuadeo vocem eſſe corruptam: in qua ſententia vehementer ſum confirmatus, poſtquam in antiquis ſcholiis manu exaratis reperi hanc ejus vocis (quae tamen ibi ſcripta non erat, ſed exciderat) interpretationem, ἤγουν τῆς ἐπιπόνου. tam enim dubita-

dubitari nequit aliter lectum ab auctore hujus gloſſulae, non ἀδεμάτου: quam certum eſt legiſſe eum ἀδαμάτου. Quare ita poſthac emendemus. ἀδάματος poëtae dicunt pro ἀδάμαστος ob metrum. Heſychius, ἀδάματος, ἀδάμαστος, ἀνυπότακτος. Multa de hoc poëtarum more veteres critici notant: Euſtathius praeſertim ad Ὀδυσ. π. qui profert ex Pindaro θαυματὰ pro θαυμαστά. poterat ex Homero: cujus eſt hic verſus in Mercurii hymno,

Ἄφρας' ἠδ' ἀνόητα διέπλεκε θαυματὰ ἔργα.

Refert etiam Theon commentariis doctiſſimis in Aratum, ſcripſiſſe quosdam σηματὰ ἄϝρα pro σημαντά, non ut alii ſcribunt (& melius) — σήματ' ἐν οὐρανῷ ἐσήριξεν Ἄϝρα διακρίνας. Accedit huc quod notatum eſt a doctis viris, legi in quibusdam codicibus ἀδαμάντου, quare abſque ullo dubio ſcribendum ἀδαμάτου, non ἀδεμάτου, ut vulgo obtinet: non etiam ἀλεμάτου, ut emendant eruditi homines: id enim ſententiae hujus loci non convenit: at convenit lectio quam reponimus, & quam vetus ſcholiaſtes agnoſcit. Gorgo enim cum aegre & multum fatigata ob turbam, quae vicos omnes & vias urbis complebat, ad Praxinoam perveniſſet, exclamat ὦ τᾶς ἀδαμάτω ψυχᾶς! id eſt, *o durum & fortem animum, ac multa paſſum!* Similis exclamatio apud Aeſchylum in Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις. Ἰὼ κακῶν ἀτρύμονες! ſcholia ibi, ἀτρύμονες. ἀδάμαστοι, ἀκαταπόνητοι, ὑπὸ τῶν κακῶν μὴ νικηθέντες, ἢ οὓς πολλὰ κακὰ οὐκ ἐδάμασαν. iſta verba non minus Theocriti locum nobis explanant, quam Aeſchyli. At ὦ τᾶς ἀλεμάτου ψυχᾶς, eſſet poenitentis oratio, & ſeſe ſtultitiae damnantis: quae non eſt Gorgonis mens. deinde obſtat ei emendationi auctoritas Euſtathii, qui obſervat dictionem ἠλέματος ex iis unam eſſe, quas ſibi proprias habet Oppianus. non facturus, opinor, neque hunc errorem

rorem erraturus, si Theocritus, Oppiano tanto antiquior poëta, eo vocabulo esset hic usus. post Oppianum usurpavit Crinagoras epigrammate εἰς σοφίαν,

Μουσέων ἀλλ' ἐπὶ δῶρα μετέρχεο, ταῦτα δ' ἀμυδρὰ
Εἴδωλα ψυχῆς ἠλεμάτοισι μέθες.

XVI. — νίτρον καὶ φῦκος ἀπὸ σκανᾶς ἀγοράσδων. interpres σκηνὴν exponit πανήγυριν, mercatum: addit scriptus, παρόσον ἐν ταῖς πανηγύρεσι σκηνὰς ἐποίεν οἱ πωλοῦντες.

XXV. ὧν εἶδες, χ' ὧν εἶπας ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι. assentior scholiastae subaudienti διηγήσαιο, non λέγε aut διήγησαι. Mox idem cum τὸ κατάπτυχες ἐμπερόναμα explicat ita, τὸ δίπτυχον ἐμπερόνημα καὶ διπλοῦν: docet nos poëtam περιφρασικῶς extulisse τὴν ἐμπερονατρίδα. Ita enim vestis muliebris genus sago virorum affine appellabant. Hesychius, ἐμπερονατρὶς, ἱμάτιον διπλοῦν poëta paullo ante περονατρίδα vocavit,

— τ' ωμπέχονον καὶ τὰν περονατρίδα λαζεῦ.

ex quibus verbis didicimus fuisse vestem interiorem, quae fibulis astringebatur ad pectus. illi superinduebatur τὸ ἀμπέχονον, id est peplus aut palla. Fibulae quia diductis pepli alis fere conspicuae erant, ditioribus habebantur ex auro. Callimachus, Ἄλικα χρυσείῃσιν ἐεργομένην ἐνέτῃσι. nam ἄλιξ est similiter vestis interior, χιτὼν χειριδωτὸς Hesychio: vel ἐμπόρπημα, id est sagum. ut apud Plutarchum in Mario, Martha Syra φοινικίδα διπλῆν ἐμπεπόρπηται. Sed ista alibi pluribus.

XXXV. — λέγε μοι πόσσω κατέβα τοι ἀΦ' ἱσῶ; id est, quantum impendisti priusquam hanc vestem detexueris? Quod vulgo textores dicunt, de perfecto panno

aut

aut tela, *desmonter la piece*, id Theocritus elegantissim dicit, καταβαίνειν ἀφ' ἱστοῦ, alii scriptores καθαιρεῖν ἱστόν, u Strabo de meretricibus Corinthiacis loquens libro octavo. Proclus in Hesiodum, τὸ καθαιρεῖν (male vulgo καθαίρειν) τοὺς ἱστοὺς περὶ παννύχιον αἴτιον εἶναι τῆ κόπτεσθαι τὰ ὑφάσματα, τῶν ἄκρως ἐσὶ δεδημευμένων. Latini *detexere*. significantius tamen alii, *deponere*. Paulus Diaconus libro II. cap. V. Sophia Narseti *fertur mandasse, ut eum puellis in gynaeceo lanarum faceret pensa dividere. Ad quae verba Narses dicitur haec responsa dedisse, Talem se eidem telam orditurum, qualem ipsa dum viveret, deponere ac detexere non posset.* Dixi significantius: nam proprie *detexere* non est aliud, quam τὸν ἱστὸν ὑφαγκέναι. & ita saepe apud Plautum & Ciceronem. quare non omnis detexta tela, utique & deposita.

XLIX. Οἷα πρὶν ἐξ ἁπάτας κεκροταμένοι ἄνδρες ἔπαισδον,
Ἀλλάλοις ὁμαλοί, κακὰ παίγνια, πάντες ἐρεισοί.

Lego, πάντες ἄρειοι. omnes armis succincti & militares. indicat Ptolemaeum praemiatoribus & grassatoribus liberasse vias intra & extra oppida Aegypti. Similis locus in ejus Encomio, ubi δῃῦς vocat, quos hic ἀρείους. quia more hostium infesta armis reddebant itinera. eos omnes sustulit Ptolemaeus. eadem peste aliquando vexata est Italia, & ab Augusto liberata. Suetonius libro II. cap. XXXII. apud eundem scriptorem *quadrigariorum lusus* a Nerone vetiti lib. VI. cap. XVI. non dissimiles fuerunt iis, quae poëta vocat κακὰ παίγνια. Elegans vero est loquendi genus, quo mox utitur,

ἀνάθην μεγάλως ὅτι μοι τὸ βρέφος μένει ἔνδον.

aut

aut potius ἐνδοτ, ut initio. Latini dicunt, *Factum bene*, vel, *O bene*. Martialis,

O bene, quod ſylva colitur Tirynthius iſta.

& Graeci quoque ὡς εὐτυχῶς. Ariſtophanes Equitibus:

ὡς εὐτυχῶς ὅτ' ἐκ ἐλήφθην ἔνδοθεν
κλέπτων τὸν νοῦν.

Interdum Latini *Bene* ſimpliciter: Apulejus in Apologia, *Bene, quod integras epiſtolas matris Pontianus ex more aſſervavit: bene quod vos feſtinatio judicii antevertit.* plane hic *Bene*, eſt ὠνάθην μεγάλως. contrariam ſententiam Ariſtophanes expreſſit verbo ἀπέλαυσα, in Avibus:

Ἀπέλαυσα γάρ νὴ τὸν δί' ἐλθὼν ἐνθαδί·
Εἴπερ γέ μοι καὶ τὸν πατέρα βοσκητέον.

ἀπέλαυσα eſt, quod vulgo dicimus εἰρωνικῶς cum lucrum ſperantes damnum referimus, *i' ay bien gaigné.* ut ὠνήθην μεγάλως, eſt quod nos, *Dieu m'a a bien aidé.*

LXII. Καλλίσα παίδων, πείρη δὴν πάντα τελεῖται.

Herodotus Polymnia pene iisdem verbis: ἔσω δ' ὧν μηδὲν ἀπείρητον· αὐτόματον γὰρ οὐδέν, ἀλλ' ἀπὸ πείρης πάντα ἀνθρώποισι φιλέει γίνεσθαι. Illi autem, ἐς Τροίην πειρώμενοι ἦνθον Ἀχαιοί, ſimile eſt iſtud Alexandri apud Curtium libro VII. *Experiendo quae caeteri deſperaverunt, Aſiam habemus in poteſtate.*

LXIV. Πάντα γυναῖκες ἴσαντι, καὶ ὡς Ζεὺς ἠγάγετ' Ἥην. Plautus videtur imitatus, ut etiam Gulielmus Canterus obſervavit,

Id

Id quod in aurem rex reginae dixerit
Sciunt: quod Iuno fabulata est cum Iove.

LXXIV. Κ' εἰς ὥρας κ'ἤπειτα φίλ' ἀνδρῶν ἐν καὶ ὧ ἴος, εἰς ὥρας significat *in annum*, sic vulgo solemus bene precari in diem & in annum. contra imprecandi formula erat, μὴ ὥρας ἵκοιτο, vel εἰς ὥρας. eam significationem hujus vocis alibi probamus: quia videmus parum multis eam fuisse observatam.

LXXVI. Θλίβεται Εὐνόας ἄμμιν. Repone veram lectionem, φλίβεται. Aeoles φλίβειν & φλίβεσθαι dicunt pro θλίβειν & θλίβεσθαι, & hac Aeolum voce usum hic esse Theocritum, ecce testem locupletissimum. Eustathius τὸ μέντοι φλίψεται τὸ ἐν Ὀδυσσείᾳ καὶ τὸ παρὰ Θεοκρίτῳ Ἀδωνιαζούσαις, Αἰολικὸν καὶ αὐτό. Ac videtur Eustathius legisse φλίψεται non φλίβεται, ac probo. poëtae locus est Ὀδ. ϱ.

ὃς πολλῇσι φλιῇσι παρασσάς φλίψεται ὤμους.

XCV. — ὐκ ἀλέγω μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς. de hoc loco quid sentiamus ad Theophrasti Characteres brevi, Deo dante, sub incudem revocandis, exponimus. nam virorum doctorum interpretationi acquiescere non possumus. neque item eorum probamus sententiam, qui tertio ab hoc versu Ἄ τις καὶ Σπέρχιν τὸν ἰάλεμον ἠρίσευσε, malunt scribi Ἰαλέμου. Poëta enim significare voluit fuisse victum Sperchin in cantu τῦ Ἰαλέμου. Ialemus est genus cantilenae lugubris, teste Apollodoro & aliis, non proprium hominis nomen. Iam ἠρίσευσε τὸν ἰάλεμον, sic dictum, ut νικᾶν Ὀλύμπια, quod Graecis usitatissimum est, & Latinis non insolens. Ennius,

Sicut fortis equus, ſpatio qui ſaepe ſupremo
Vicit Olympia.

CI. χρυσῷ παίσδεσ' Ἀφροδίτη. Malim χρυσῶ, pro χρυσοῦ. Primum ita eſt in veteri ſcholiorum libro: deinde, notum etiam pueris, pretium apud Graecos eo modo efferri. Iuvant & poëtarum ſimiles loci. Parmenio in epigrammate,

Ὁ Ζεὺς τὴν Δαναὴν χρυσοῦ· κἀγὼ δέ σε χρυσοῦ.

poëtae mentem recte expreſſit ſcholiaſtes, ὅτι διὰ τούτου οἱ ἐρῶντες πείθουσι τοὺς ἐρωμένους. Infinita ſunt apud utriusque linguae poëtas in hanc ſententiam. Paulus Silentiarius,

Χρυσὸς ὅλους ῥυτῆρας, ὅλας κληῖδας ἐλέγχει.
Χρυσὸς ἐπιγναμπτει τὰς σοβαροβλεφάρους.

In priore Pauli verſu ſcripſimus ῥυτῆρας cum Suida & Aldo, non ῥητῆρας, ut vulgo editur. Porro Euſtathius. ad Ιλ. γ. hunc locum deſcribens, habet χρυσῷ. quare ſi placet, tueamur vulgatam γραφήν. Sic fere Macedonius, Τῷ χρυσῷ τὸν ἔρωτα μετέρχομαι.

CXXV. Πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω μαλακώτεροι ὕπνου. imitatus eſt Antipater, Ἡ τακερῇς λεύσσουσα κόραις μαλακώτερον ὕπνω. Verſu penultimo cur dicat poëta, — πεινάντί γε μηδὲ ποτένθῃς. (nam ita ſcribi malim) Seneca explicat, De ira libro III. *Vetus dictum eſt, a laſſo rixam quaeri. Aeque autem & ab eſuriente, & a ſitiente, & ab omni homine, quem aliqua res urit.* vide & Plinium lib. XXII. cap. XXIV.

CAP.

CAP. XVII.

Servos alebant antiqui, non ut nos hodie noſtros famulos, ſed ſeparatim, urbanos quidem in cellulis, eorum autem, qui rure opus faciebant, in ergaſtulis plerosque, certum frumenti modum ſingulis menſibus ipſis metientes: quod *demenſum* vocabant, ſive a menſe, ſive a metiendo, eſt enim incertum, inquit Donatus. Eum morem prius fuiſſe in Graecia ſervatum, arguit hic verſus in Theocriti Charitibus,

Ἁρμαλίην ἔμμηνον ἐμετρήσαντο πενέσαι.

nam ἁρμαλίη ἔμμηνος, *demenſum* eſt, ſive *menſurna diviſio*, ut appellat floridiſſimus martyr, S. Cyprianus, alimenta presbyterorum. nam quod in familia exhibenda olim factitatum a patribus familias, id poſtea etiam in aliis obſervatum, quibus alimenta erant praebenda. Alevadae & Scopadae, quorum poëta meminit, hodie e memoria hominum paene ſunt exempti, poſtquam Simonides, Euphorion & alii, qui de eorum laudibus & rebus geſtis ſcripſerant, interiere. tamen ex Herodoto, Ariſtotele, Diodoro Siculo, & aliis ſatis conſtat duas fuiſſe eas familias, quae privatis opibus quondam in Theſſalia & vicinis inſulis late imperitarunt. Sed Alevadarum quidem nomen illuſtrius. Scopadas nihil fere nobilitat aeque ac ruina illa domus ipſorum: cui miraculo exemptus Simonides: Scopas cum omnibus, qui aderant, obrutus. Ejus hiſtoriae plurima apud veteres mentio. vide in primis Quintilianum libro XI. cap. II. ubi Scopae meminit non unius. Cum dicit Theocritus Τίς δ' ἂν ἀριξῆας Λυκίων, intelligit Sarpedonem & Pandarum, quorum eſt uterque Homeri verſibus poſteritati traditus. Ιλ. β. γ. δ. ε. cum autem, ἡ θῆλυν ἀπὸ χροιᾶς Κύκνον ἔγνω: album fuiſſe ſignificat. Euſtathius, θηλυπρεπὲς ἐν ἥρωσιν ἡ

λευκότης· διὰ τὸν Τρωϊκὸν Κύκνον Θεόκριτος τοιοῦτον ὄντα, θῆλυν ἀπὸ χιονᾶς ἔφη. Verſu iſto Ἀμυσοὶ δὲ, τὰ πολλὰ καὶ ὄλβια τῆνα λιπόντες, alluſit non obſcure ad Sardanapali epitaphium notiſſimum, quod ita deſinit, — τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται. Videri alicui poſſit in iſto verſu, ἱππεῖαι δὲ κόρυν σκεπάσσιν ἔθειραι, aliter legiſſe Euſtathius: cujus verba ſunt haec, vocem poëtae ἵππειν explicantis, Θεόκριτος δὲ τὸ Ὁμηρικὸν περιφραστικῶς ἑρμηνεύων, φησίν· ἵππειαι κόρυν σκεπάσασαι ἔθειραι. ſed nihil mutandum: Euſtathius enim, ut ſaepe, quod ante notavimus, ἀπὸ μνήμης locum deſcribens, fallitur. Qui ſequitur verſus,

Αἲ γὰρ Ζεῦ κύδιστε πάτερ, καὶ πότνι' Ἀθάνα. leviter ex iſto Homerico,

Αἲ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον. eſt immutatus. Ἀριθματοὺς pro paucis eleganter poëta uſurpat, cum ait, — ἀριθματοὺς ἀπὸ πολλῶν. Horatius, *numerabilis, utpote parvus.* alii Graeci, εὐαρίθμητος. Sed omnium elegantiſſime Hebraei, qui paucitatem indicaturi, dicunt *erant numerus.* ut Geneſeos XXXIV. & Iſaiae X. Iſta,

— ἀράχνια δ' εἰς ὅπλ' ἀράχναι Λεπτὰ διασήσαιντο,

imitatus eſt Nonnus initio XXXVIII,

— ἔκειτο δὲ τηλόθι χάρμης
Βακχιὰς ἐξαέτηρος ἀραχνιόωσα βοείη.

De Gratiis Eteocleeis, & verſibus iſtis,

Ὦ Ἐτεόκλειοι χάριτες θεαὶ, αἳ Μινύειον
Ὀρχόμενον φιλέοισαι, ἀπεχθόμενον πότε Θήβαις,

vide Strabonis librum nonum & Pauſaniam. Conferant autm ſtudioſi poëticarum amoenitatum idyllium hoc

hoc cum poëtae cultiſſimi Tibulli elegia IIII. libro primo. Nam illa videntur ad Theocriti imitationem dicta,

Carmine purpurea eſt Niſi coma: carmina ni ſint,
Ex humero Pelopis non nituiſſet ebur.

CAP. XVIII.

In hoc verſu ex Ptolemaei encomio,

Ἀθάνατοι δὲ καλεῦνται θεοὶ νέποδες γεγαῶτες,

etſi poteſt tertius pes ſpondaeus eſſe, ut ſit in ſequenti voce συνίζησις: tamen & dactylus eſſe poteſt. Ita enim perſaepe diphthongi αι & οι non in accentuum ratione ſolum (quod norunt omnes) etiam in re metrica corripiuntur. quod cum & vetus τεχνογράφος Hephaeſtion monere inſuperhabuerit, & non deſint qui negent, prolatis aliquot exemplis probabimus, Homerus, Ιλιάδ. ε.

Εἰ δέ κεν οἴκαδ' ἵκωμαι φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.

ibidem,

Πολλαὶ δ' Ἀχαιΐδες εἰσὶν ἀν' Ἑλλάδα τε Φθίην τε.

& Ὀδυσσ. η.

Πρὸς δόμον ὑψηλὸν ὅθεν ὑδρεύονται πολῖται.

Empedocles in octavo Φυσικῆς ἀκροάσεως,

Τῇδε διαλλάσσονται διαμπερὲς οὐδ' ἅμα λήγει.

Aratus,

Ἥμισυ μέν κεν ἴδηαι μετήορον, ἥμισυ δ' ἤδη.

Euphorion apud Theonem,

ὡς πυρὶ καιφόμενον ψαφαρῇ ἰνδάλλεται τέφρῃ.

Antipater, epigrammate in Nioben,

Οὐδ' ἐφ' ἑνὶ τλάμων λείπεται γηροκόμῳ.

Orpheus hymno Curetum,

Ἡνίκ' ἂν ὁρμαίνωνται χολέμενοι ἀνθρώποισιν.

Callimachus,

— τίνος ἠρίον ἴσατα τοῦτο;

Similiter οι correptae exempla, quae nunc ſuccurrebant, haec fere ſunt. Homerus Ιλ. θ.

Ἠδ' ἐπ' Ἀχιλλῆϊ, τοί ῥ' ἔχατοι νῆας ἔίσας.

Apollonius lib. II.

Καὶ τὰ μὲν ὑβριζαί τε καὶ ἄγριοι ναιετάουσι.

Oppianus Ἁλιευτ. α.

Τραχούρων τ' ἀγέλαι, βύγλωσσοί τε, καὶ πλατύουροι.

Idem Κυνηγετ. β.

Δῆριν ἀείρηται, δοιαὶ πανυπείροχοι νῆες.

Orpheus hymno μοιρῶν,

Ἀλλά μοι νυκτέριοι μαλακόφρονες ἠπιόθυμοι.

Hymno Eumenidum,

Ἤέριοι, ἀφανεῖς, ὠκυδρόμοι θ' ὥστε νόημα.

& in ejusdem Argonauticis ita ſcribimus hunc vulgatis in libris depravatiſſimum locum,

— αὐτὰρ οἱ τοῖσγε
Τύμβον χευάμενοι πολλὴν θαλίην ἐπένησαν.

vidi

vidi qui ſcriberent de ε diphthongo pari modo eam corripi, & hunc Phocylidis verſum proferrent,

Τούς τε καταχθονίους σέβου δαίμονας ἔννομα ῥέζων.

ſed neque hic σέβε ſcribi debet, verum σέβε: neque Phocylides hujus verſus eſt auctor, verum Pythagoras, aut quisquis fecit τὰ χρυσᾶ ἔπη. Non videntur autem poëtae ea licentia alibi uſi, quam in ultimis ſyllabis. Itaque recentiores poëtae τὴν αι quando in dictionibus mediis contumax eſt & obſtat metro, mutant in ε. Crinagoras, Οθρυάδην Σπάρτας τὸ μέγα κλέος ἠ Κυνέγειρον. qui tamen eo nomine a neſcio quo reprehenſus hoc elegantiſſimo epigrammate, quod extat Anthologiae lib. II.

Ὦ τλῆμον Κυνέγειρε, καὶ ἐν ζωοῖς καὶ ἀπελθών
ὡς αἰεὶ κόπτῃ ῥήμασι καὶ κοπίσιν.
Πρόσθε μὲν ἐν πολέμοισι τεὴ πέσε μαρναμένη χείρ.
Νῦν δέ σ' ὁ γραμματικὸς καὶ ποδὸς ἐξέρισεν.

ſed contra torrentem velle niti eſt, reprehendere in uno, quod ſibi licere omnes putent. vulgo enim invaluiſſe illam licentiam per illa tempora multa arguunt. Cornelii alius poëtae epigrammatarii eſt hic verſus, lib. IIII.

Ἤ σε μάκαρ Κυνέγειρε, τὸν ὡς Κυνέγειρον ἔγραψε.

Agathias quoque ſcholaſticus χερωνεῦ dicere non dubitavit pro χαιρωνεῦ epigrammate in Plutarchum. Σεῖο πολυκλήεντα τύπον σήσαντο χερωνεῦ Lucillius δανίσας pro δανείσας. libro II. φεισάμενος, δανίσας, τοκίσας τόκον, ὑδροποτήσας. Similia apud alios obſervare licet: apud Auſonium vero ſunt haec, Κιθέρων, Κλυτέμνηστρα, Φέακες, atque etiam σολικισμοί: de quibus vide in aureolo Ioſephi Scaligeri libello. Sed ut ad Theocritum redeamus, non feren-

ferenda est eorum ignorantia, qui θεοὺς νέποδας in hoc carmine *deos sine pedibus*, nimis facete, interpretantur. atqui ea voce nepotes interdum significari, recte jampridem ab eruditissimis viris docti sumus. Eustathius ὁδ. δ. νέπους, κατά τινα γλῶσσαν, ὁ ἀπόγονος. Apollonius libro IIII.

— ἦμι δ' ἐς αὐγὰς
Ἠελίῳ μετόπισθε τεοῖς νεπόδεσσιν ἑτοίμη.

hoc est, ut ipse poëta mox declarat — ἵν' ὁπλότεροι παίδων σέθεν εὐνάσσονται Παῖδες. Versu XIX. malo cum prioribus Πέρσῃσι βαρὺς θεὸς αἰολομίτρης, quam αἰολομήτας. & in LXXIII. — διὶ κρονίωνι μέλοντι Αἰδοῖοι βασιλῆες. ὁ δ' ἔξοχος ὃν κε φιλάσσῃ. Hesiodum videtur imitatus.

ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες· ὁ δ' ὄλβιος, ὅν τινα μοῦσαι
φιλεῦνται.

Porro hujus versus

ῥηιδίαι δὲ γοναί, τέκνα δ' ἅ ποτ' ἐοικότα πατρί,

pars posterior priorem explicat: significat enim facilem esse prolem ad judicandum: nempe quod sit adulterina. Fuit autem ea veterum opinio, ut putarent dissimiles parentibus partus, esse non legitimos. Catullus, *Sit suo similis patri Mallio: & facile insciis Noscitetur ab omnibus: Et pudicitiam suae Matris indicet ore.* Itaque Hesiodus inter viri probi felicitates hanc quoque recenset Τίκτουσιν δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσι. Large autem fidem veri excedit poëta cum canit, Ptolemaeum, qui in Aegypto regnabat, quando ipse illuc venit, oppida sibi subjecta in Aegypto habuisse trecenta & triginta novem supra XXXIII. millia. quem numerum ingeniose ita extulit,

Τρεῖς

Τρεῖς μέν οἱ πολίων ἑκατοντάδες ἐνδέδμηνται,
Τρεῖς δ' ἄρα χιλιάδες τρισσαῖς ἐπὶ μυριάδεσσι,
Δισσαὶ δὲ τριάδες, μετὰ δέ σφισιν ἐνδεκάδες τρεῖς.

similis locus in XIV. ubi dies LX. sive menses duos ita expressit,

Εἴκατι ταίδ', ὀκτὼ ταίδ', ἐννέα ταίδε, δέκ' ἄλλαι,
Σάμεχον ἐνδέκατος· ποτίθει δύο· καὶ δύο μᾶνες.

sed istarum urbium numerum interpres videntur aliter legisse: nam, in editis quidem scholiis, summa editur XXXIII. M. & trium ac triginta. ὁμοῦ πᾶσαι αἱ πόλεις τρισμύριαι, τριχίλιαι, τριάκοντα τρεῖς. verum manifesto desideratur vox τριακόσιαι ante τριάκοντα. ut ex hujus mente sit summa oppidorum 33313. etsi ne sic quidem ratio quadrat. omittuntur enim illa verba, Δισσαὶ δὲ τριάδες. in scripto autem libro haec verba reperi, δισσαὶ τριάδες, ἑξήκοντα· ἐνδεκάδες τρεῖς, ἐνενήκοντα τρεῖς· ὁμοῦ πᾶσαι γ ω τριχίλιαι τ κ γ· ita scribuntur in veteri codice: sed non dubito scripsisse interpretamenti hujus auctorem — μετὰ δὲ σφισι ἐννέα καὶ τρεῖς. quam scripturam reperimus etiam apud Tzetzem in Chiliadibus. ita pulchre isti constat ratio. vult enim δισσὰς τριάδας non unitatum intelligi, sed δεκάδων. ita fiunt LX. & similiter ἐννέα δεκάδες faciunt XC. At totius summae collectio manca ut in editis. Iohannes Tzetzes quid sit secutus cum ex isto loco scriberet Ptolemaeum τριχιλοτρισμυρίων τετρακοσίων ἅμα δεκαοκτώτε πόλεων regem fuisse, ipse viderit. Poëtam quidem non historica fide, sed licentia poëtica hic esse usum, arguit Diodorus Siculus, qui πολυανθρωπίαν Aegypti enarrans libro primo, auctor est olim quidem fuisse in ea, qua pagos, qua oppida mediocria, plura

quam XVIII. M. quemadmodum quidem libris ſacris contineretur. temporibus autem Ptolemaei Lagi F. ſuperfuiſſe, atque etiam ejus adhuc aetate ſupereſſe, ter mille, & aliquanto plura. Parata erat poëtae defenſio, ſi ad omnes urbes, quae Ptolemaeo in variis & continentis partibus, & inſulis parebant, poſſent ejus verba extendi: nunc id non poteſt: obſtant enim iſta οἱ ἐνδέδμηνται: quae de ſola Aegypto eum ſenſiſſe luce clarius faciunt. Verſum CXXI. cum ſequente

Μοῦνος ὅδε προτέρων τοκέων ἔτι θερμὰ κονίῃ,
Στειβομένᾳ καθύπερθε ποδῶν ἐκμάσσεται ἴχνη.

ſic interpretor: Solus hic rex ſecus ac priores feciſſent, parentum ſuorum veſtigia ita expreſſit, ut videri adhuc queant calida, id eſt, recens impreſſa in puluere calcato. κονίῃ pro ἐν κονίῃ. στειβομένᾳ malo quam στειβόμενα. & ita codices quidam. eandem ſententiam aliis verbis expreſſit Strabo lib. VI. extremo: Auguſto, inquit, ſucceſſit Tiberius, κανόνα τῆς διοικήσεως καὶ τῶν προσταγμάτων ποιούμενον ἐκεῖνον. & Tiberius ipſe de ſe apud Tacitum, *qui omnia facta dictaque ejus vice legis obſervem.*

CAP. XIX.

Placet vulgata lectio hujus verſus in Helenae epithalamio,

Ἀνίκα Τυνδάρεω κατεκλάϊξατο τὰν ἀγαπατάν.

prae alia, quam reperi κατεκλάχετο, ἀντὶ τῦ ἐκληρώθη. confirmandae alteri ſcripturae ſatis ſit iſtud ex Adoniazuſis,

Κάλλιστ' ἐνδοῖ πᾶσαι, ὃ τὰν νυὰν ἔπ' ἀποκλάξας.

In

In eodem libro ſcriptum erat, χερσὶ περιπλέκτοις. non male; bene enim convenit choro. Nonnus, lib. X.

Καὶ σατύρῳ παίζοντι συνέπλεκε χεῖρα χορεύων.

Atrae hunc locum tenebrae ſic ſcriptum occupant,

Ἀὼς ἀντέλλουσα καλὸν διέφανε πρόσωπον,
Πότνια νὺξ ἄτε.

lucem, opinor, attuleris, ſi pro ἄτε ſcripſeris ὅτε, eſt anaſtrophe, pro ὅτε πότνια νὺξ ἔσι, nocte: nempe deſinente. ac fortaſſe ſcribendum, Πότνια νὺξ ὅτε λήγει: vel ὅτ' ἄλευεν, ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος. nam ἀλεύειν etiam ἀφεσάναι exponitur. primam conjecturam puto abeſſe propius a vero: nam poëtis familiare eſt ἔαρ λευκὸν dicere. Callimachus hymno Cereris, Λευκὸν ἔαρ, λευκὸν δὲ θέρος, καὶ χεῖμα φέροισα. Lege autem ex ſcripto ſcholiorum libro,

Κερκίδι συμπλέξασα μακρῶν ἕταμ' ἐκ κελεόντων.

non καλεόντων. verba ſcholiaſtae ſunt, ἕταμ' ἐκ κελεόντων ἤγουν ἐκ τῶν ἰσοπόδων· τέμνεται γὰρ τὸ ὕφασμα ἐκ τῆ ἰσοῦ ὅταν τελεσθῇ. idem eſſe κελεόντας & ἰσοπόδας declarant haec e lib. III. Baſſaricorum Dionyſii,

ἔνθα τε πέπλα γυναῖκες Ἀθηναίης ἰότητι
αὐτῆμαρ κροκόωσιν ἐφ' ἰσοπόδων τανύσσαι,
αὐτῦμαρ δ' ἐτάμοντο.

Poëta cum ait, Γράμματα δ' ἐν φλοιῷ γεγράφεται. reſpicit amantium veterem morem: de quo legi in ſcholiis Ariſtophanis Acharnenſibus, Ἴδιον ἐραςῶν ἦν, τὰ τῶν ἐρωμένων ὀνόματα γράφειν ἐν τοῖς τοίχοις, ἢ δένδροις, ἢ φύλλοις, ἵνα, Ὁ ΔΕΙΝΑ ΚΑΛΟΣ καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ, Ἀλλ' ἐ

Ἰδὴ φύλλοισι κεκομμένα τόσσα φέροιτε Γράμματα, Κυδίππην ὅσσ' ἐρέεσι καλήν. καὶ ἐν τοῖς Σφηξίν· ἰὼν παρέγραψε, ΚΗΜΟΣ ΚΑΛΟΣ. Notus mos etiam ex Virgilio, Propertio, Ovidio. Idyllii XXI. poſtremi verſus ſunt hi,

Μηκέτι μηδὲ σὺ Κύπρι τὸν ἀδέα μήτε κατ' ἄγυ.
Μήτ' ἐν ὄρει φιλέοις· μώνη δ' ἀνὰ νύκτα καθεύδοις.

qui mihi videntur duobus modis accipi poſſe. vel enim ipſi Veneri iratus amator iſte ruſticus malum imprecatur: qui fuit veterum contemtus ſuorum numinum: vel quod potius putem, Κύπρις hic eſt Eunica. quaſi diceret, tu quae altera tibi Venus videris. In idyllio cui index Ἁλιεῖς, cave aſſentiaris mutantibus iſta verba, — τὸ δὲ λύχνιον ἐν πρυτανείῳ. eorum mentem ad Athenaeum explicamus.

CAP. XX.

Verſu XXX. in Dioſcuris ſcribunt veteres, ἀμφοτέρων ἐξ τοίχων. vide in Etymologico, ubi de ἐκ & ἐξ agitur. Verſu autem CXXVIII, etſi non damno vulgatam ſcripturam, νεῖκος ἀπαυδᾷν· νῖκος tamen puto eſſe convenientius. nam qui in pugilatus certamine victi erant, cogebantur manus tollere, & victoriae renuntiare victos ſe confitentes. Sane videtur νεῖκος ἀπαυδᾷν ei potius convenire, qui certamen detrectet, & ſubire nolit. In oratione Lyncei, quae habetur in poſteriore parte hujus carminis, male vulgo accipiuntur haec verba: Ἴσκον τοιάδε πολλά. non enim poëtae illa ſunt, ut putarunt, qui notis parentheſeos verſum hunc cum proximo incluſerunt: ſed Lyncei ipſius. nec verte[illegible]m, *dixerunt*, ſed *dicebam*. Pendet oratio ab illis ſuperioribus,

ἦ μὰν

ἦ μὰν πολλάκις ὔμμιν ἐνώπιος ἀμφοτέροισιν
αὐτὸς ἐγὼ ταῦ ἔειπα.

Ἴσκειν pro dicere accipiunt poëtae, ſed οἱ μεθ' Ὅμηρον. nam poëta, & Ἰλ. λ. & Ὀδ. τ, pro aſſimilare poſuit, quod uſitatius eſt ἐΐσκειν. ut in Hercule Leontophono, Ἀσέρι πάντες ἴσκον. Lycophron, ἴσκων παρέξειν κυνθίαν ὅσοι σκοπήν. Scholia, Ὅμηρος μὲν ἐπὶ τῶ ὁμοιῶν· Λυκόφρων δὲ ἐπὶ τῶ λέγειν. ſic apud Apollonium ſaepe. Porro qui contulerit priorem partem, quae Pollucis pugilatum cum Amyco deſcribit, cum iis, quae habent Apollonius libro II. & Valerius Flaccus lib. IIII. (nam Orpheus hanc hiſtoriam verſu uno altero tantum perſtringit,) reperiet profecto tantum excellere Theocritum,

— *quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.*

Videtur autem iſtum hujus verſum, εὐνὰς τ' ἐξόρνυντο, πυρεῖά τε χερσὶν ἐνώμων, imitatus eſſe Apollonius, canens lib. I. — τοὶ δὲ λεχαίην

φυλλάδα λειμώνων φέρον ἄσπετον ἀμήσαντες
σόρνυσθαι· τοὶ δ' ἀμφὶ πυρήϊα δινεύεσκον.

πυρεῖα vocat uterque poëta inſtrumenta illa, ex quorum colliſione ignis extunditur. Ligna intelligunt grammatici, non ſilicem: de iis lignis ſic illi, πυρεῖα τὰ ξύλα ἃ προστριβόμενα ἑτέρῳ ξύλῳ, πῦρ γεννᾷ. ὧν τὸ μέν ἐστιν ὕπτιον, ὃ καλεῖται σορεύς, θάτερον δὲ παραπλήσιον τρυπάνῳ, ὅπερ ἐπιτριβοντες τῷ σορεῖ σχέφουσιν. haec valde firmant veterem lectionem apud Feſtum *terebrare*, merito defenſam Joſepho Scaligero contra eos, quibus viſum ſubſtituere *verberare*. quo loco de igni Veſtalium interſtincto loquitur, ejusque accendendi rationem explicat. Heſychius

videtur Phrygibus tribuere hoc inventum, appellans Φρύγια πυρεῖα, locum Sophoclis explicans. sic ille, ἀχάλκευτα τρύπανα, τὰ Φρύγια πυρεῖα. Σοφοκλῆς ἐν Φινεῖ δευτέρῳ. Graeci πυρείων inventionem ascribebant Prometheo, quem poëtae fabulantur ignem in ferula esse furatum, & e coelo ad homines transtulisse. auctor Diodorus Siculus libro V. Hac de re locus est egregius apud Nonnum lib. II. quem propter elegantiam ascribam.

ὡς λίθος ἀμφὶ λίθον φλογερὴν ὠδῖνα λοχεύων
λάϊον ἠκόντιζε πολυθλιβὲς αὐτόγονον πῦρ
πυρσογενὴς ὅτε θῆλυς ἀράσσεται ἀρσένι πέτρῳ.

similis alius est ejusdem locus lib. XXXVII. In Dyserote corrupte scribitur hic locus.

— ἀλλὰ καὶ οὕτως
ἦ καλὸς ἐξόρπαξ ἐξεθίζετο μᾶλλον ἐρασάς.

mihi vero perplacet emendatio Stephani scribentis ἦς καλὸς· ἐξ ὀργᾶς δ'. etsi minore mutatione scribi potest, ἦ καλὸς ἐξ ὄρπαξ ἐρ. id est, ὄντως ἐξερεθίζετο μᾶλλον ὁ καλὸς ὄρπαξ ἐρασάς. est autem ὄρπηξ juvenis adolescens. Orpheus,

Καὶ μὴν καὶ δισσοὶ ὄρπηκες ἀμύμονες ἦκον.

Sub finem ejus carminis nove dictum, — δὲ ἐτυλίχθη Τὰν ψυχάν. pro ἐθηλύνθη, ἐτέγχθη. Sed videntur Dores τυλίττειν usurpasse pro ἀνατινάσσειν τὴν τύλην sive σφωμήν. culcitam movere & agitare: nam plumae agitatae in culcita molliorem eam reddunt. inde ergo translatum. Ultimo versu scribe, Στέργετε δ' ὔμμες ἄϊται. ut in proximo, χαίρετε τοὶ φιλέοντες. eo compellat amantes: isto, amasios, nam ἄϊτης est ὁ ἐρώμενος.

CAP.

CAP. XXI.

Mellitiſſimum illud carmen eſt, quod inſcribitur Ὀαριστὺς Δάφνιδος καὶ κόρης. In quo, etſi non damno lectionem, quam docti viri amplexi ſunt,

Ἁ ϛαφυλὴ ϛαφίς ἐϛι, καὶ ἃ ῥόδον αὖον ὀλεῖται,

ut tribuantur iſta puellae, ſecus ac in plerisque veteribus editionibus: invenio tamen in Rom. cod. aliam ſcripturam, quae ſi admittatur, tres verſus, quorum hic medius eſt, ſub perſonam Daphnidis erunt continuandi: ea eſt, ἃ ϛαφυλὶς ϛαφίς ἐϛιν, καὶ ῥόδον αὖον ὀλεῖται. confirmari haec lectio poteſt ſimili ejusdem poëtae loco in Ἐρασῇ.

Καὶ τὸ ῥόδον καλόν ἐϛι, καὶ ὁ χρόνϕ αὐτὸ μαραίνει.
Καὶ τὸ ἴον καλόν ἐϛιν ἐν ἦρι καὶ ταχὺ γηρᾷ.

eadem ſententia varie a Graecis poëtis eſt expreſſa. ut,

Νῦν ἔτω γραιῶμαι· ἰδ' ὁ γρόνϕ οἷα δαμάζει.
Καὶ ϛαφυλὴ γήρως αἰσθάνεται ῥυτίδων.

alius poëta,

Εἴη μήτ' ὄμφαξ, μήτ' ἀϛαφίς.

item alius,

Ὄμφαξ ἦκ ἐπένευσας, ὅτ' ἦς ϛαφυλὴ παρεπέμψω,
Μὴ φθονέσης δοῦναι κἀν βραχὺ τῆς ϛαφίδος.

Lector eruditus dijudicet. Sequuntur poſtea puellae haec verba,

Τεύχεις μοι θαλάμους; τεύχεις καὶ δῶμα καὶ αὐλάς;

quibus indicat nobis poeta antiquorum morem, cujus alii quoque multi Graeci Latinique poetae meminerunt. Solebant enim veteres cum uxorem ducerent, domum ſtatim ſibi aedificare. Adi poetae interpretes ad illud Il. β. de Proteſilao, καὶ δόμος ἡμιτελής, & doctiſſimum Turnebum libro XXI. cap. XVII. Diodorus in ſponſi obitum,

Ἡμιτελῆ θάλαμόν τε καὶ ἐγγύθι νυμφικὰ λέκτρα
Κῆρε λιπὼν ὁλοὴν οἶμον ἔβης ἀΐδου.

Mox,

Δεῖξον ἐμοὶ σέθεν ἄλσος, ὅπη σέθεν ἵσαται αὐλις.

In editionibus antiquiſſimis ut Romana & Flor. habetur, δεῖξον ἐμοὶ ἔθεν ἄλσος. quod ſine librorum auctoritate mutatum nolim: nam ἔθεν pro σέθεν ita dictum, ut alibi, ἐᾶς pro τεᾶς· ἐς ναὸν δ' ἀπέθηκας ἐᾶς δ' ἀπεδάσσαο τιμᾶς. de quo genere loquendi plura Gulielmus Canterus in Lectionibus ſuis. Ait Daphnis,

Μᾶλα τεὰ πρώτισα τάδε χνοάοντα διδάξω.

poſtremam vocem vidi qui haberet de mendo ſuſpectam: aptius enim δράξω, vel ſimile quid fore videbatur. illa vero bene habet: nam ita apud Nonnum & Muſaeum, γάμων ἀδίδακτος. νῆις & ἀμύητος ἐρώτων. in ſequenti verſu ναρκῶ pro φείττω uſurpat puella, zonam ac pudorem puellarem non ſine horrore ſolvere incipiens. Sed venit mihi in mentem, Nonni librum XLII. percurrenti, haec ita eſſe diſtinguenda,

Δω-

Δα. Μᾶλα τεὰ πρώτισα τάδε χνοάοντα διδάξω.

Ναρκῶ, ναὶ τὸν Πᾶνα. Κο. τεὴν πάλιν ἔξελε χεῖρα.

ut posterioris versus initium sit Daphnidis, stupentis in puellae mammillis, quas manibus tractabat. Nonni locus, qui movebat me ita sentire, est hic.

— ἐπιψαύουσα δὲ μαζῶν,

δεξιτερὴ νάρκησε γυναιμανέος Διονύσου.

In LIV. versu,

Φεῦ φεῦ, καὶ τὰν μίτραν ἀπέσιχες· ἐς τί δ' ἔλυσας;

placet lectio, quam inveni: *φεῦ φεῦ, καὶ τὰν μίτραν; ἀπόσιχε. ἐς τ.* Proverbium quod mox hal e ur, — *τάχα δ' ὕστερον ἀδ' ἄλα δοίης* sumtum est ex Ὀδυσσ. ρ. *Οὐ σύγ' ἂν ἐξ οἴκου σῷ ἐπισάτῃ οὐδ' ἅλα δοίης.* nam Callistrati scribentis apud Homerum *οὐδαλα*, ratio haberi non debet: alioquin etiam apud Theocritum ita putarem scribendum Hesychius, *ἀδ' ἅλα, οὐδὲ τὸ ψυχρὸν καὶ ἄφθονον εἰς χρῆσιν. Αἰγύπτιοι δὲ τῶν ἄρτων τὰ φλογίσματα.* quo loco mira sunt, ni latet monstrum in voce Αἰγύπτιοι· intelligit autem Hesychius, quae Graecis vocantur *ψώθια* & *ἀττάραγοι*, Latinis *hettae* in panis crusta. orta paroemia a pauperum coenis, quibus sal & acetum pro cibo. quo respiciens Theocritus dixit idyllio X. — *ἐγὼ δ' ἔχω ἀδ' ἅλις ὄξος.* Sed & vulgo *ἅλας* pro re vilissima usurpabant: unde apud Isocratem *τοὺς βουβυλίους καὶ τοὺς ἅλας ἐπαινεῖν*, de rhetorum ostentatione in re nihili: & *ἀλώνητον ἀνδράποδον* pro vilissimo. Non probo autem, ut legatur in extremo, *ἀνίσατο φωσφόρος εὐνᾶς·* neque enim

haec noctu geruntur, ut dicatur aurora surgere. placet vulgata lectio: quam tamen ut explicem, operae non est pretium. Atque utinam sinerent nos eruditissimi viri multa id genus in Plauto ignorare: nec tantum se in eorum expositione torquerent.

CAP. XXII.

In omnibus antiquis editionibus, atque etiam in recentioribus nonnullis, inter Theocriti idyllia locum habet elegantissimum illud poëmatium, quod est de Europa scriptum. Nos igitur illud hoc loco, ceu Theocriticum, etsi aliter quibusdam videtur, percurremus. Ac primum illud videamus in calathi descriptione,

— ἡ δὲ πόρεν περικαλλέϊ Τηλεφαέσσῃ

ἤτε οἱ αἵματος ἔσκεν.

quid enim, obsecro, postrema verba sonant? non opinor aliud, quam si dixisset ἔσκεν οἱ θυγάτης vel ἀπόγονον, ut sit sensus ex Libyae sanguine ortam esse Telephassam. Sic accipiuntur ista apud Homerum: αἵματος εἴ ἀγαθοῖο φίλον τέκος.' & haec Apollonii lib. IIII. Ἔμπεδον ἀθανάτων ἔσαν αἵματος. Q. Smyrnaeus lib. XIV. Ἀμφω γὰρ μακάρων ἔσαν αἵματος. Atqui Telephassa nurus Libyae, non filia, aut neptis fuit. Apollodorus, Ἀγήνωρ παραγενόμενον εἰς τὴν Εὐρώπην γαμεῖ Τηλέφασσαν. Agenor autem Libyae filius & Neptuni. de Telephassa diversa est apud Apollonii interpretem narratio: sed nemo tamen veterum, quod sciam, Libya prognatam dixit. An vero ita accipiemus, quasi dixisset ἔσκε πρὸς αἵμα-

αἵματος? mitto dicere quam recte dicatur nurus ſoerui conſanguinea: hoc dico, inſolens valde & durum eſſe hoc loquendi genus, ἔσκεν αἵματος, pro ἔσκε πρὸς αἵματος. non enim temere bonos auctores ita eſſe locutos reperias. Lego autem, οἵγε οἱ ἐννυὸς ἔσκεν. ἐννυὸς veteribus Graecis eſt nurus: quae aliis eſt νύμφη, ut apud Plut. & Graecos I. Ctos. Pollux, ἡ μὲν γεγαμημένη νύμφη καλεῖται τῇ τὸ γήμαντος μητρὶ καὶ τῷ πατρὶ, καὶ ἐννυός. Scribi etiam poteſt, Ἥγε ἑοῖ νυὸς ἔσκεν. nam νυὸς pro eodem accipitur. Euſtathius νυὸς ὡς ἐπὶ πλεῖσον υἱοῦ γυνὴ τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ, ὡς ἡ Ἑλένη τῷ Πριάμῳ καὶ τῇ Ἑκάβῃ. & ita accipit hic idem poëta: ſi quidem Moſchus eſt, quod quidam volunt, huius carminis auctor. Locus eſt in Megara, ubi de Alcmena ait, Μύθοισιν πυκινοῖσι φίλην νυὸν ὧδε μετηύδα. ſic etiam apud alios. non fruſtra tamen additum eſt ab Euſtathio, ὡς ἐπὶ πλεῖσον. nam aliquando aliud ſignificat. Theocritus in Epithalamio,

Κ' εἰς ἔτος ἐξ ἔτεος Μενέλαε τεὰ νυὸς ἥδε.

Scribo ibidem mutata diſtinctione,

ὄρνις ἀγαλλόμενος πτερύγων πολυανθέϊ χροιῇ,
Ταρσὸν ἀναπλώσας ὠσεί τε τ.

Legebam etiam paullo poſt, Κρύψε θ' ἑὸν καὶ τρέψε δέμας, pro κρύψε θεόν. eſt enim proclive mendum, e θ' ἑὸν, in θεόν. non ſemel in hac voce peccatum eſt apud poëtas: & ſuccurrunt exempla quaedam. Pindarus Nemeonicis, ode tertia,

— ὧν παλαίφατον ἀγοραὰν
ἐκ ἐλεγχέεσσιν Ἀριστοκλείδας
τεὰν ἐμίανε κατ' αἶσαν.

ſcribendum Αριςοκλείδας γ' ἐὰν ἐμ.] Q. Smyrnaeus lib. VII.

Τεύχεα δ' αὐτὸς ἐγὼ θεῦ πατρὸς ἀντιθέοιο.

legendum, ἐγώ τοι ἑοῦ π. & ἑῦ pro ἰδίυ vel σοῦ ut ſaepe. & ita lib. IX. νῦν δ' ὄτ' ἄρ σύγ' ἐσεῖδες τεὸν τέκος. ſcribe, ἑὸν τέκος. Nonnus libro quinto, καὶ πλοκάμυς ἐδάϊξε· νόθον δ' ἔῤῥηξε χιτῶνα. ſcribo. ἐδάϊξεν· ἔθεν δ', vel ἑόν. In carmine de Alpheo, Ἀνθολ. α. Νυμφίος αὐτοκέλευτος ἐὼν ὀχετηγὸς ἐρώτων. malim ἑῶν. Veruntamen vulgata lectio in Theocrito mihi nunc mutanda non videtur. nam κρύψε θεὸν eſt, quod Latini dicunt, *diſſimulare deum*, ut apud Ovidium aliquoties, & *celare hominem* apud Caſſiodorum, omnino autem ſcribi debet,

ὄσσε δ' ὑπογλαύσεσκε δι' ἵμερον ἀςράπτοντε.

non ὑπογλαύκεσκε. nam γλαύσειν & ὑπογλαύσειν dicitur. Callimachus.

Φάεα μυνόγληνα σάκει ἴσα τετραβοείῳ

Δεινὸν ὑπογλαύσοντα.

Apollonius in pr. — διαγλαύσουσι δ' ἀταρποί. Heſychius, γλαύσει, λάμπει, φαίνει. Probo vero & amplector omnino doctiſſimi Aurati emendationem, infra legentis, — ὄφρα μὴ ᾤην Δεύοι ἐφελκομένην. ᾤη eſt veſtimenti ora, quae & λέγνη, & λῶμα, & πέζα, & ὄχθοιβος dicitur. Eandem vocem ᾤη putem reſtituendam apud Cedrenum in vita Tiberii junioris: ὁρίσας, ait, διδακτυλίους ὄρνας ἐν ταῖς ςολαῖς αὐτῶν κόσμου χάριν φορεῖν: ſignificat conſtituiſſe Tiberium ne quis aliter purpura utere-

uteretur, quam in ſegmentis veſtibus aſſuendis duos digitos latis. itaque ſcribendum videtur ᾤας, non ὄρνας. nam etſi ᾤας proprie appellabant ſegmenta ex pelle ovina, quae ſoliti veteres ſuis veſtibus aſſuere, ne orae ſolum ſtringentes tererentur: tamen & de aliis dicitur. ſed fortaſſe verius eſt (quod vir praeſtantiſſimus Iacobus Cujacius ſentiebat) vocem eſſe e Latino detortam, pro orna vel ornatura: quales ſunt apud ſcriptores id genus infinitae.

CAP. XXIII.

Vagabor libere iſto capite, & quicquid, ut dicitur, veniet in ſolum, quod ſcire Theocriti lectorem melius putem, quam ignorare, id huic chartae illinam. etenim, ut ille ait, *ſtulta eſt clementia, cum tot ubique Nugis occurras, periturae parcere chartae.* In epigrammate de Piſandro ſcribe, Πείσανδρος ξυνέγραψεν ὡ κ' Καμείρου. non Καμερίου. praeter metri legem, auctor Strabo. In ſexto locum iſtum, Καὶ τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον. ſic explicat Euſtathius. Θεόκριτος δὲ ἐν τῷ καὶ τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον, ἰδίως τῇ ἐλλείψει χρῆται. παραπέμψας φασὶν, ἤγουν σιωπήσας τὴν ἱεράν. Locus eſt in ſexto Iliadis commentario. ſed uberius de eodem loco ſcribit haec ille in primum Ὀδυσσ. tractans de teſſerarum ludo. παρετείνετο δέ, φησι, δι' αὐτῶν καὶ μέση γραμμὴ, ἣν ἱερὰν ὠνόμαζον, ὡς ἀνωτέρω δηλοῦται, ἐπεὶ ὁ νικώμενος, ἐπ' ἐσχάτην αὐτὴν ἵεται. ὅθεν καὶ παροιμία, κινεῖν τὸν ἀφ' ἱερᾶς, λίθον δηλαδὴ, ἐπὶ τῶν ἀπεγνωσμένων, καὶ ἐσχάτης βοηθείας δεομένων. Σώφρων. κινήσω δ' ἤδη καὶ τὸν ἀφ' ἱερᾶς. Ἀλκαῖος δέ φη-

σιν ἐκ πλήρους. νῦν δ' οὗτος ἐπικρέκει, κινήσας τὸν πείρας πυκινὸν λίθον. τοιοῦτον δὲ καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ τὸ, τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινήσω λίθον. In ſeptimo idyllio verſum hunc, τοῦθ' ὅ τι πρὰν ἐν ὄρει τὸ μελύδριον ἐξεπόνασα, aliter legit Euſtathius, nempe pro ἐν ὄρει, ὤρῃ. eius verba ſunt haec ad Ιλ. ῥαψ. α. τοιοῦτον καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ τὸ, ὄρη φίλε, ὃ μελύδριον ὤρῃ ἐξεπόνασα. τουτέσιν ὄρα τὸ μέλος ὃ καθ' ὥραν ἐπονήσαμεν. non male: niſi quod ſuſpecta mihi etiam hic eius grammatici memoria. Quid appellat idem alibi τὰ σκληρὰ τῦ Θεοκρίτου? Sic ille ad 'Οδ ῥαψ. ζ. Ἰσέον ὅτι περὶ Ἀπόλλωνος Δηλίᾳ ἤγουν γενηθέντος ἐν Δήλῳ τῇ νήσῳ αἴνιγμα φέρεται ἐοικὸς τοῖς τοῦ Θεοκρίτου σκληροῖς, τοιοῦτον. Ἐν φανερᾷ γενόμην· πάτρην δέ μου, ἅλμυρον ὕδωρ Ἀμφὶς ἔχει· μήτηρ δ' ἐς' ἀρίθμοιο παΐς: ἤγουν ἐν τῇ Δήλῳ ἐγενήθην, μητέρα δ' ἔχω Λητὼ τὴν παῖδα τῦ Κοίου· ὃς ὁμώνυμός ἐςι τῷ παρὰ Μακεδόσι κοίῳ, τουτέσι τῷ ἀριθμῷ. an reſpicit Fiſtulam & Aram, aenigmatica poematia? an illas duplices metalepſes, quae ſaepe ad aenigmatis obſcuritatem accedant? nam de ea figura tractans idem ad Ιλ. α. Theocritum maxime inter veteres illa eſſe uſum notat. Extant apud Athenaeum verſus poëtae hujus, qui nusquam hodie in iis, quae habemus, reperiuntur: eum locum aſcribam. Θεόκριτος, inquit, ὁ Συρακούσιος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Βερενίκῃ τὸν λευκὸν ὀνομαζόμενον ἰχθῦν, ἱερὸν καλεῖ διὰ τούτων.

Καί

Καί τις ἀνὴρ αἰτεῖται ἐπ' ἀγροσύνην τε καὶ ὄλβον
Ἐξ ἁλός, ᾧ ζώει, τάδε δίκτυα κείνῳ ἄροτρα
Σφάζων ἀκρόνυχος ταύτῃ θεῷ ἱερὸν ἰχθῦν
Ὃν λευκὸν καλέουσιν· ὁ γὰρ θ' ἱερώτατος ἄλλων.
Καί νε λίνα σήσαιτο καὶ ἐξερύσαι τε θαλάσσης
Ἔμπλεα.

puto autem hunc locum ſumtum eſſe ex opere Heroinarum: quod non omnes huic aſcribebant, quemadmodum ex Suida conſtat. At Encomium Ptolemaei nemo unquam, ut arbitror, dubitavit iſtius eſſe. ut manifeſti erroris arguatur Ioannes Tzetzes, qui locum ex eo carmine proferens, tamen ait, ὁ Χῖος ὁ Θεόκριτος γράφει. Miror Theocritum nequiſſe ei perſuadere ſe alium eſſe a Chio: quod tamen omnibus teſtatum facere voluit hoc diſticho.

Ἄλλος ὁ Χῖος· ἐγὼ δὲ Θεόκριτος ὃς τάδ' ἔγραψα
Εἶς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμὶ Συρηκοσίων.

Magis tamen mirari ſaepe ſubiit antiquiſſimos criticos, & Tzetze haut paullo eruditiores, in Olympiade notanda erraſſe, qua florebat Theocritus. Omitto craſſum Munati errorem, qui Theocritum temporibus Ptolemaei Philopatoris vixiſſe ſcriptum reliquerat, quo nomine iure eſt reprehenſus a ſcholiaſte ad XVI. ſed ut Munatus iuniorem fecit Theocritum, quam eſſet: ita alii nonnulli antiquiorem. nam in veteri hypotheſi idyllii quarti ſcriptum, floruiſſe illum circa centeſimam Olympiadem. vel, ut ſcriptus liber habebat, CIIII. & adde-

addebat auctor, ὡς ἐδείξαμεν. Vellem extaret ille locus quo nos rejicit. ibi enim hac de re accuratius tractatum fuisse videtur: quod nusquam factum in iis commentariis, qui nunc extant. Atqui certum est neque centesima, neque CIIII. Olympiade floruisse Theocritum: sed post centesimam & vigesimam. quare scripserat fortasse hic grammaticus: ὁ δὲ Θεόκριτος ὥσπερ ἐδείξαμεν κατὰ τὴν ϱκδ Ὀλυμπιάδα ἤκμασε. non ut editum est, κατὰ τὴν ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα: neque, ut scriptum offendimus, κατὰ τὴν ϱδ. nam illis temporibus ne natum quidem arbitror fuisse hunc, nedum ἀκμάσαι. Floruit vero sub Hierone juniore Syracusarum tyranno, & Ptolemaeo Philadelpho Aegypti rege altero ex gente Ptolemaeorum. ille interstinctum majorum imperium Syracusis redivivum excitavit, anno secundo Olympiadis CXX. hic, circa Olympiadem CXXIV, a patre Ptolemaeo Sotere traditum sibi regnum coepit administrare.

VERBIS

Verbis Theocriti graecis recte conſtituendis hic liber conſecrabitur. Quam ob rem in eo congeram, et inter ſe comparabo, quicquid aut lectionum libri, ſive illi calamo exarati, ſive formulis typographicis excuſi, ſuppeditant, aut conjecturarum ſive ingenium virorum doctorum excudit, ſive mea mihi mens ſuggeret. Quibus ex omnibus probabili ratione colligam, quid lectionis loco quoque poeta Syracuſanus reliquiſſe exiſtimandus ſit.

Idyllium itaque primum antequam ſuſcipiamus tractandum, univerſe de nomine horum carminum, in quibus jam verſabimur illuminandis, erit videndum, unde ductum ſit, et quid ſibi velit. Fui aliquando in eo haud ſcio an errore, poſſe morem εἰδύλλιον appellandi comparari cum more hodierno, minutis diſputatiunculis et carminibus, titulum *Eſſay* aut *Verſuch* inſcribendi. Nunc autem malim ſuſpicari, vetuſtos commentatiunculam quamcunque ſcitam, ingenioſam, et univerſe, quicquid artificioſe, ſubtiliter, lepide ſeu factum manibus, ſeu mente excogitatum, ſeu calamo exaratum et verbis conceptum eſſet, id omne εἰδύλλιον uſurpaſſe. Quam ad ſuſpicionem locus Callimachi me adduxit, in fragmentis locum n. 451. tenens, p. 577. forte ſic legendus: καὶ τόσσον ὀφθαλμοὶ γὰρ ἀπευθέες, ὅσσον ἀκοὴ εἰδυλὶς. *oculi enim tam ſunt ad quaerendum et inueniendum tardi, quam auditus eſt ingenioſus.* Vult enim Etymologus ex eo Callimachi loco docere, εἰδυλὶς eſſe idem atque ἐπιστήμων, εἰδυῖα.

AD IDYLLIVM PRIMVM.

Verſ. 1. Citat hoc initium Hermogenes p. 316. edit. Porti, et Scholiaſtes Ariſtophanis ad *Nub.* vſ. 1003. et Suidas v. ἁ πίτυς, et rurſus v. τήνα, et denique v. ψιθυρίζει, et Etymolog. M. v. ζυγὸς. p. 412. 2.

2. pro τὸ ψιθύρισμα malim τοι ψιθύρισμα, ut ſit haec conſtructio verborum: ἡ πίτυς ἡ παρὰ ταῖς πηγαῖς ἥσα μελίζεταί σοι ἠδύ τι ψιθύρισμα. *etiam illa, apud fontes, pinus jucundum quendam tibi ſibilum ſuſurrat.* Illud καὶ refertur ad ſequens ἆδὺ δὲ καὶ τὸ συρίσδες. *Sed et tu quoque fiſtula dulce canis.* Comparantur inter ſe paſtor et arbor, quibus ambobus dulcedo communis tribuitur.

3. συρίσδ ς / dina um reliquis. (Aldinam ubi ſimpliciter allego, conſentu... ...barum Aldinarum, tam prioris illius, cui nonnulla deſunt, quam poſterioris plenioris, ſignifico.) ſed duo medicei Codices et hic, et vſ. 14. et 15. melius dant τυρίσδες. item ZC. hic dat τυρίσδες, et vſ. 16. τυρίσδεν. Sed Lipſ. cum vulgata facit utroque loco. v. vſ. 14.

6. ἀμέλξῃς Aldina, Venetae, HSt. ſed ZC. ἀμέλξῇς. quem morem, eandem vocem duplici accentu ornandi, in libris Theocriti vetuſtis haud raro vidi uſurpatum, quo qui uſus eſſet, voluit ille lectionis varietatem indicare, fuiſſe nempe in aliis libris vulgarem, ut hic, ἀμέλξῃς, in aliis doricam ἀμελξῇς. v. 51. 152. et 5, 99. v. H. Stephani not. ad Idyll. 27, 19. de ἕς τε, vel, quod Caſaubonus praefert, neſcio quam vere, ἕς τε, v. ab eo dicta ad Idyllium quintum. Sententia eſt: *donec tu omiſeris eam mulgere. nam ubi lac ei detrahere inceperis, carnem ejus quoque corrumpes.* χιμάρῳ (in dat.) dat Lipſ.

7. καταχὲς] ad h. v. annotaverat Scholiaſtes Lipſienſis ἠχῶν ἐν τῷ κάτω φέρεσθαι. male, et parum convenienter cum ratione linguae graecae. κατὰ in ejusmodi compoſitionibus ſignificat, *magnitudinem*, *multitudinem*, *vehementiam*, *plenitudinem*. ut κατηχεῖν, *obruere et implere aures clamore*, vel *clangore*, κάθυγρος, *perudus*, *penitus madidus*, *aquarum plenus locus* κατάδενδρος, *arboroſus*, *arboribus obſitus*. itaque κατηχὲς eſt *perquam ſonorum*. v. Lambert. Bos Obſervat. p. 88. ubi latinam hujus loci interpretationem caſtigat. Colligatur e paucis illis Theocriteis locis, quibus ingenii ſui facem in illo admovit opuſculo profeſſor Franekeranus, homo ſua aetate doctiſſimus, eum fuiſſe in paucis unum, a quo lucis et opis quam plurimum Theocrito ſperari potuiſſet. Pauca quamvis, egregia tamen ſunt illa Boſiana ad Theocritum, quae exſtant. Latina interpretatio, quam ſit jejuna, et reprehenſioni obnoxia, et eo nomine plane indigna, ſive ſententiarum fidem ſpectes, ſive latinae orationis nitorem, ipſa loquitur. Praeſtabat omnino latinas interpretationes a libris graecis excludere. Sed alio loco ſcabiem hanc fricandam habebimus.

8. καταλείβεται in conſtructione, quam grammatici uſurpant, eſt iterandum. ut ſit τὸ σὸν μέλος καταλείβεται (ſcil. ἀπὸ τοῦ σοῦ στόματος) ἥδιον, ἢ ἐκεῖνο τὸ κατηγ...ς ὕδωρ ἀπὸ τῆς πέτρας καταλείβεται.

λείβεται. Loco hujus verbi ſcholium habet codex Nic. Stopii καταςάζεται.

9. μοῖσαι dant duo medicei, ὕιδα ſola Farreana. male.

10. Codex Stopii σακίταν explicat hoc ſcholio: λιπαρὸν, πίονα, ἢ κατὰ τὴν μένδραν σιτιζόμενον.

11. τήνας ſola Farreana, et hoc male. ἀξεῖς Lipſ. Aldina, Salamandr. Brubach. HSt. ἀξῇς mediceus quartus, ZC. Farreana. Ego nil dubito, ſine ς leg. eſſe ἀξεῖ, vel ἀξῇ, in ſecunda perſ. ſing. fut. 1. med.

12. praeponit Lipſ. perſonam ποιμὴν. caeteri Thyrſidis. perinde eſt. nam Thyrſis eſt opilio. v. vſ. 15. et 19. Verſum hunc citat Scholiaſtes Callimachi ad vſ. 19. H. in Dianam.

13. malim ᾗ ταὶ μυρίκαι. *ubi myricae ſunt.* nam diphthongus eſt anceps.

14. ſolae duae, Salamandrina et Farreana, dant νομευσῶς, ridiculo errore. Scilicet typographus ſignum, quod Graeci ad repraeſentandam interrogationem uſurpant, hoc nempe ; pro ſigmate accipiebat. Pro συρίσδεν dant ZC. et duo medicei, item vſ. 16. τυρίσδεν, quod Caſaubonus, ut magis Doricum, praefert. Ad ἐν τῷδε ſubauditur τῷ χρόνῳ, Codex tamen vetuſtus Jo. Sambuci addit τῷ τόπῳ.

15. τὸ μεσημβρινὸν Lipſ.

17. v. ad Epigramma 3.

18. de naſo iracundiae ſede, nota omnia. Sed hoc dubito, ad omniumne permanarit notitiam, plebeios noſtrates, ramum venae jugularis a naſo ad frontem ſurſum arrepentem, appellitare *die Kollerader*, venam iracundiae. ποτὶ ῥῖνα dat Stobaeus cap. 20. ubi locum hunc affert.

19. triplex in libris loci huius verſatur lectio, ne Scholiaſtae quidem illa praeterita. Vna ἄλγε' ἄειδε, altera ἄλγε' ἄειδες, tertia denique ἄλγεα εἶδες. Primam exhibent Aldina, Salamandr. Farr. Brubach. ſecundam Schol. et editio ZC. tertiam Flor. et Henr. Stephanus iure merito protulit. Pro δὴ dat mediceus quartus ποτε.

20. duo medicei et Lipſ. dant μοίσας.

22. τῶν κραναίδων Lipſ. Aldina, Salamandr. Farr. Brubach. τῶν κρανιάδων ZC. τᾶν κρανιάδαν HSt. mihi videtur lectio καὶ τῶν κρανίδων vera eſſe. Moſchus quidem Idyll. 3, 29. ubi

eſt νύμφαι κρηνίδες, mediam corripit. Sed illa anceps eſt, et poteſt pro arbitrio poëtae corripi aut produci. A κρήνη eſt κρηνὶς.

23. ποιμενικὸς Aldina, ZC. Salamandr. Farr. Brubach. ποιμενικὸς Lipſ. Flor. HSt.

24. λιβύαθεν Lipſ.

26. ποταμέλξεται] id eſt προσαμέλξεται, *patietur, praeter illud lac, quo nutrit duos hoedulos, aliud adhuc ſibi lac detrahi, quo duae mulctrae impleantur.*

27. de κισσυβίῳ vid. ad Callimachum fragm. 109. p. 481. κεκλισμένον ſola ZC. male.

28. hunc locum deſignat Etymolog. M. v. ἀμφορεὺς, his verbis: Ἀμφορεὺς τὸ ἑκατέρωθεν δίωτον ϛαμνίον, ὡς Θεόκριτος Ἀμφορεὺς νεοτευχὴς, etc. Sed fallitur eius auctor. Ἀμφιφορεὺς νεοτευχὴς Homeri eſt, Theocriti autem ἀμφῶες νεοτευχὲς, et referri debebat eius auctoritas ad ἀμφῶες, titulum paullo ante praemiſſum. Melius tamen in v. οὖας (p. 639, 2.) τὸ δὲ ἀμφῶες νεοτευχὲς παρὰ Θεοκρίτῳ γίνεται οὕτως, etc. Idem v. γλυφὶς h. l. deſignat, ubi ſic ait: λέγεται γλυφὶς καὶ τὸ γλύφον ἐργαλεῖον, ὃ καὶ γλύφανον ὠνόμασε Θεόκριτος.

29. τῷ cum iota ſubſcripto Ald. τῶ (ſine iota, in genitivo Dorico) ZC. Salam. Farrean. Brubach. HSt. τᾶ Lipſ. nil admodum intereſt. Idem ſuperſcriptum habet γρ. ποτὶ ſuper περὶ.

30. κεκονιμένος ſolus Lipſ. nil refert. Hoc a κονίειν, vulgatum a κονίζειν, incruſtare quaſi aliqua κονίᾳ tectorio cuiuscunque coloris, ad illum morem, quo caementarii parietes incruſtant. κονιῶσι. Hic eſſe helichryſum idem, atque quod vulgo auripigmentum appellant, contendit Niclaſius. Cui facile aſſentior. κεκονισμένος dat etiam Etymolog. M. verſum hunc citans v. Ἑλίχρυσος. Scholiaſtes Nicandri ad Theriac. 625. ἑλίχρυσον ἄνθος ἐϛὶν, ὃ μέμνηται καὶ Θεόκριτος. et ille quidem haud uno loco. Similis varietas lectionis eſt etiam apud Aratum Phaenomenis vſ. 253.

31. ναρτῷ eſt in ſola Aldina.

32. τις Aldina, ZC. Salamandr. Farreana, Brubach. τι varie as lectionum Brubachianae ſubiuncta et HSt. neſcio quo auctore. Sine dubio τις praeſtat, quod etiam reuocaui. θεῶν pro una ſyllaba effertur, et pugnat pro eo quoque Niclaſius.

36. γε-

36. γελεῦσα Aldina, ZC. Salamandr. Farreana, Brubach. γελοῖσα Flor. HSt. γελῶσα Lipſ. Bene Theocriti dignitatem poeticam h. l. adverſus Caſauboni aggreſſiones tuetur Niclaſius.

38. initium huius verſus citat Scholiaſtes Ariſtoph. Lyſiſtrat. vſ. 475. in margine Commelin. (apud Niclaſ.) redditur δηθὰ per συνεχῶς. Suidas geminam dat verbi lectionem ſub κοιλιδιᾷν et κυλοιδιόων, ibi κοιλιδιάοντι, hic κυλοιδιόωντα, Lipſ. κυλοιδιόοντες.

43. ὧδέ οἱ Lipſ. Aldina, Salam. Farr. quam lectionem reſtitui- *tam ipſi tument venae.* αἱ δέ οἱ ZC. Brubach. HSt.

47. κῦρος (ex indicio Niclaſii) dat codex Stopii et Scholiaſtes Apollonii Rhodii p. 134, b. (Eſt Argonaut. 1, 959.) Dictionem ὀλίγος κῦρος pro μικρὸς illuſtrat P. Victorius Var. Lect. 36, 18.

48. ὄρχως Aldina, Lipſ. ὄρχως ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt.

49. φοιτῇ ſola Commelin. cum poſtſecutis, item Lipſ. reliquae φοιτᾷ. ἐπὶ πήραν Aldina, ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. ἐπὶ πήρᾳ codex Nic. Stopii, item Lipſ. unde forte Heinſius arripuit.

50. τεύχοισα Aldina, ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. κεύθοισα varietas lectionum Brubach. ſubiecta et margo HSt. κεύθουσα Schol. ἀνάσειν Ald. et Lipſ. quae vera eſt lectio. ἀνάσσειν ZC. Salam. Farr. Brubach. ἀνήσειν codex Stop. Flor. HSt.

51. pro ἀκράτιστον dat codex Fulvii Vrſini apud Niclaſium, ἀνάριστον, quod Niclas pro ſcholio habet. κάθιξεν Aldina, et margo Salam. atque Farreanae. καθίξῃ duo medicei, Lipſ. Salam. Farreana, Brubach. καθίξῆ (gemino accentu) ZC. καθ ξοι HSt. καθίζῃ et κάθιζεν varietas lectionum Brubachianae ſubiecta. καθίξει duo medicei. Dictionem ἐπὶ ξηροῖσι καθίζειν illuſtrat Erneſtius ad Callimachum p 253. verba ſunt poetae Cyrenaei, ἀλλ᾽ ὅτε τὸν βαθὺν οἶκον ἀνεξήρανε ὀδόντες. *ſed poſtquam lautam rem familiarem abſumſerant dentes.* quem ad locum haud male Vulcanius admonet, ſibi ſimile ductum a pueris vacuefactis et exhauſtis videri. In Noſtri loco poteſt ad ξηροῖς ſubaudiri, ſive σκευαρίοις, ſive ἐδέσμασι. *aliquem deponere ſuper aridis eduliis*, ſive *ſuper ſiccis*, *parum unctis ollis*, id eſt, *ei nihil relinque e praeter ſiccum panem*, vel *praeter vacuam inanem peram.* Poteſt quoque λίθοις ſubaudiri. *ſuper*

aridis, nudis saxis, id est, *in loco duro et incommodo, vehementerque molesto collocare.*

52. Eustath. ad Iliad. τ. p. 1206. 7. ἀνθέρικος ὁ τῆς ἀσφοδέλης καρπὸς ἡ καυλὸς (quae est prioris lectionis emendatio) ἡ δὲ χρῆσις (vel ξύησις) καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ.

55. πάντα Aldina, ZC. Salamandr. Farr. Brubach. παντᾶ Lipsi. et HSt. De v. ἀνθέρικες adire iubet Niclas Spanhemium ad Callimachi H. in Delum 193. et Foesii Oecon. Hippocr. Idem Niclas bene tuetur dignitatem Theocriti adversus iniquam censuram Lacerdae, (ad Virg. Eclog. 3, 45.) quem ὑγρὸς ἄκανθος offenderat. Conf. Idyll. 25, 206.

56. E Niclasio disco, Wintertonum aliter exhibere, atque reliquos libros, in quibus, meis quidem omnibus, est αἰπολικὸν. Videtur Wintertonus αἰολικὸν exhibuisse e margine HSt. scholiis et ex Hesychio v. Αἰολικὸν, ubi locum hunc Theocriti grammaticus affert. Sed loco secundi αἰολικὸν leg. est αἰτωλικὸν. Saepe Αἰολεῖς et Αἰτώλους inter se permutari, docet Grotius ad Aratum Phaenom. vs. 255. p. 6. v. etiam Canteri N. L. 3, 5. et Schotti Observat. 2, 46. qui lectionem αἰολικὸν auctoritate Phavorini Camertis stabilit.

57. τῶ (pro τῷ, Dorice) medicei duo. quod recepissem, si citius illa fuissem auctoritate instructus.

59. ἐμὸν omnes mei libri. ἐμῷ solus Lipsi. ποτὶ cohaeret, non cum χεῖλος, sed cum θίγεν. *attigit.* τι est pro κατά τι, *ullo modo*, *unquam.*

60. τῷ καί τοι Ald. Salam. Farr. Brubach. τῷ καί τυ ZC. et Schol. τῷ κέν τυ codex Stopii, HSt. μάλα τοι πρόφρων quatuor medicei.

61. Niclas vulgarem bonam lectionem ἐφίμερον adversus ἐφ' ἱμέρα, Dan. Heinsii commentum, bene defendit. Daphnis erat vulgare pastorum et adamatum carmen, ut patet e Callimachi Epigr. 23. ᾐκέτι Δάφνιν, Ποιμένες, Ἀσανίδην δ' αἰὲν ἀεισόμεθα.

62. κἤτοι τοι φθονέω Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. κἤτι τοι φθονέω Lipsi. quae lectio si probatur, τοι distrahendum est in duas syllabas τόϊ. κἤτοι τι φθονέω HSt. κἤτι τυ κερτομέω margo HSt. e scholiis, quam lectionem pro genuina habet, alteram pro scholio, Niclas.

63. πω Ald. ZC. Salam. Farr. Brub. HSt. πα margo HSt. malim ᾗ δήπτε εἰς — ubi ε et ει in unam syllabam inter pronuntiandum colliquescunt.

65. ὦ

65. ὃδ' ἐξ αἴτνας Lipſ. Ald. Flor. margo Salamandr. et Farr. ὃδ' ὦ 'ξ αἴτνας ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. ἀδέα φωνὰ Aldin. ἄδ' ἁ φωνὰ Lipſ. ZC. Salam. Farrean. Brubach. HSt. et ſic quoque decem codices meliores dare, affirmat Dorville ad Chariton. p. 4.

66. ἦδ' [id eſt ἦτε] quod revocavi, Lipſ. Ald. ἦσθ' ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. Pro poſteriore πᾶ τοκα dat Salamandr. et Farreana πᾶ τοκα, neſcio conſilione an errore. quod ſi data opera, neceſſe eſt, ut primo etiam loco πᾶ τόκ' legatur. In fine verſus ſola ZC. dat νύμφα vitioſe.

68. ποταμῶ γε μέγαν Flor.

72. omnes ἀνέκλαυσε. ſolus margo HSt. dat ἔκλαυσε. Forte repraeſentare volebat admonitionem, ſtultam illam quidem, Scholiaſtae, eſſe, qui diviſis vocabulis legant ἂν ἔκλαυσε.

73. pro φίλαι dat, hic et poſtmodum, tertius mediceus πάλιν.

77. πρώτισος Lipſ. ZC. Brubach. πράτισος Ald. Salam. Farr. ὤρεος ZC. et codex Stopii. Lipſ. ὄρεος.

78. ἑρασσαι (duplici ſibilo) ſolus HSt. poterat ille ea quidem opera ſuperſedere. v. Idyll. 2, 149.

79. pro φίλαι hoc loco et vſ. 84. dat Lipſ. πάλιν. v. ad vſ. 73.

80. βῶται quatuor medicei, Lipſ. Aldina, et ex indicio Niclaſii, etiam Stop. et Flor. βῶται ZC. Salam. Farr. Brub. HSt.

81. ἀνηρώτων, Lipſ. Ald. Salam. Farr. Brubach. ἀνηρώτευν ZC. HSt. πρίαπος omnes veteres, ut neceſſe ſit, ut Dan. Heinſius primus auctor πρίηπος invexerit.

82. ἃ δέ τε Ald. Salam. Farr. Brub. Lipſ. ἃ δέ γε ZC. quod recepi. ἁ δέ τι κώρα HSt. quod plane repudiandum.

83. πάσας ἀνὰ κράνας ſolus margo HSt.

85. ζατεῦσα, δύσερως Lipſ. Ald quod recepi. ζατεῦσ', ἃ δύσερως ZC. Brubach. quod idem videtur etiam voluiſſe Salamandrina, in qua eſt ζατεῦσ' δύτερως. ſed adhuc peius Farreana ζατεῦσ' δύτερος. denique ζατοῖσ' ἃ δύσερως. HSt. E Stopiano video ζητοῖσ' afferri.

86. μὲν ἐλέγευ revocavi e Lipſ. Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. ut neceſſe ſit, vulgare μὰν ab Heinſio profectum eſſe.

87. me-

87. mediceus primus ἐσορεῖ. Euſtath. ad Iliad. ι. p. 741. 48. ex hoc verſu βατεῦνται affert.

90. γελῶντι Lipſ.

91. τῇσι ſolus ZC. et Stop.

92. ποτελέξαθ' recepi e Lipſ. Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. Solus Stephanus auctor fuit inſecutis, ut ποτιλέξαθ' darent.

95. ἡ κύπρις Ald. ZC. Salam. Farrean. Brubach. HSt. ἃ κύπρις ſola Commelin. et Lipſ. videtur ἁδεῖα h. l. non ſingularis nominativus, ſed accuſativus pluralis neutrius generis et adverbialiter uſurpatum pro ἡδέως eſſe, *ſuaviter ridens.* γελόωσα Flor.

96. ſola Aldina dat βαρὴν, quod revocavi, paululum mutatum in βάρην. Vocabulum bene graecum eſt βάρη pro βάρησις vel βάρος, ἄχθος. Vix graecum videtur eſſe βαρὺν θυμὸν ἀνέχειν, pro ſimplici ἔχειν, *animo gravari.*

97. citatur a Scholiaſta Ariſtophanis ad Veſp. 1478.

98. ἄρ' Ald. Salam. Farr. Brubach. HSt. ἦρ' Lipſ. ZC. ἀργαλέω ſolus HSt. ἀλιγύθης ZC. ſola, vitioſe.

100. ποταμείβετο Lipſ. Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. margo HSt. et Stobaeus, qui cap. 62. hunc locum recitat, ſed cum vitio, quod interpretem errore mirifico implicuit. Verum locus hic ab editione Bernardi Zanetti abeſt. ποταμείψατο HSt. et Stop.

101. θανατοῖσιν ſola Ald. unde poſſit effici κύπρι ἀθανάτοῖσιν. ego vero in vulgata acquieſco.

102. in huius verſus lectione et interpunctione libri multum a ſe diſcedunt. Medicei duo, Lipſ. Ald. ZC. Salam Farr. Brubach. ſic dant: ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ' ἅλιος. ἄμμι δεδύκει Δάφνις. κεἰν — niſi quod ZC. poſt δεδύκει adhuc aliud comma addit. Eandem lectionem, ſed aliter diſtinctam, exhibet HSt. ſcilicet ſic: ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ' ἅλιος ἄμμι. δεδύκει Δάφνις. De lectione dubium non eſt, quin ἅλιος vera ſit. ſed de ratione verba diſcriminandi laboratur. Penes me quidem certum eſt, ita illa diſcerni oportere, ut diſcrevi, ad hunc nempe modum: (ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ') ἅλιος ἄμμι δεδύκει. *Sol nobis occidit* (in praeſente) hoc eſt, *in extremo vitae verſor articulo, fatum mihi ſupremum imminet. Id enim loquuntur omnia,* ſcil. ſigna et argumenta vitae meae declinantis, aut omnes meae res. δεδύκει repeto a verbo δεδύκω. Juniores editiones vitioſe dant ἅλιον et δεδύκειν. Liber Vimarienſis annotatum dabat, in Flor.

Flor. esse ἅλιον et δεδύκην. Eustath. ad Iliad. χ. p. 1266. 47. ἐντεῦθεν δὲ ὀνάμενος ὁ Θεόκριτός φησι τὸ ὐ πάντα τὸν ἥλιον δεδυκεῖν, ἤγουν ὐ πάσας συντελεσθῆναι τὰς ἡμέρας τοῦ ζῆν. Citavit scil. e memoria, quae ad lapsum facilis et prona est. Idem ad Odyss. υ. p. 1895. 16. καθὰ καὶ Θεόκριτος ἥλιον πάντα δεδυκεῖν λέγει τῷ ἤδη θνήσκοντι.

103. ἔρωτος est in meis omnibus. Henr. Stephanus in notis e Florentina probat ἔρωτι, me quidem invito. ἄλγος ἔρωτος, *ulcus Cupidinis* est, *res eum urens, excrucians.* κὴν ἀΐδᾳ Lips.

105. ὦ λέγεται dant omnes mei. nullus tamen dubito, quin legendum sit, aut ὦ λέχεται, *vado ad Idam, ubi lectum sternit*, vel *lecto accipit, et concubinam sibi habet*, vel potius ὦ δέχεται, *ubi hospitio accipit, vel exspectat, pastor, Anchises, Venerem.* Videte, quomodo locum hunc acceperit, quisquis huius scholii auctor est, quod liber Vimariensis apud Niclasium offert. λείπει τὸ καταισχύνει.

106. solus HSt. dat ἀγχίσαν. caeteri omnes ἀγχίσην. et solus Stopii codex κύπειρον. Duo vocabula τηνεὶ et ὧδε, non sunt inter se disiuncta, non *ibi* et *hic* significant, sed utrumque idem dicit *ibi, ibi*, apud Anchisen puta, in monte Ida. Locus est similis vs. 33. idyllii 5. ubi v.

108. a mediceo tertio et a Stopiano abest.

109. pro ἐπεὶ legendum videtur ἔπι, aut ἔτι, eodem sensu, *adhuc superest*, aut ἐκεῖ, *ibi est.* Obiectat Veneri dedecora eius, quod ipsum prior adorta esset oratione aculeata. ideo illam mutuis aculeis ulciscitur. Quoniam cum viris pugnare gestis, et nullus tibi relictus est in me quidem victoriae locus, dicam tibi, quibuscum committere pugnam gloriosam possis. vade ad Anchisen, vade ad Adonin. nam et hi pastores erant. Videris enim mihi omnibus modis pastores vincere velle. vade ad Diomedem.

110. θηρία πάντα διώκει Ald. Lips. margo Salamandr. et Farr. et margo item HSt. Scholiastes et Florentina. θηρία τ' ἄλλα διώκει ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. et codex Stopii. Praestabat tamen, meo iudicio, καὶ θηρία δ' ἄλλα διώκει.

112. αὖθις quatuor medicei, et ex editis sola Brubach. caeterae omnes αὖτις. propius a vero. leg. enim ἄντις, *ex adverso.* Vide, ut stare possis ex adverso Diomedis, cum eo in certamen congressa. Potest tamen vulgata ferri, si αυτις accipitur pro *rursum*, aut, *ut aliud exemplum afferam*, et ἄσ-

σον cum Διομήδεος coniungitur. *ut ſtes prope Diomedem.* ἰοῖτα tum ſignificabit ſtudium, contentionem, feſtinationem. *I propere, et vide, ut cum Diomede congrediare.* Praefero tamen ἄντις. In libro Vimarienſi ſic erat annotatum: λείπει ὄρα ἢ ὅμοιόν τι.

113. βάταν dat tertius mediceus. ἀλλὰ videtur hic loci, ut alias perſaepe, *quare, quapropter.* v. ad Idyll. 2, 18. dicenda, et ita quoque dudum Aemilius Portus in Lexico Dorico accepit. Poteſt tamen vulgaris ſignificatio etiam hic obtinere, ut ſententia ſit: *vinco equidem Daphnin. iuvat tamen etiam tecum, o Diomede, experiri.* Florent. μαχεῦμαι. Poſt verſum 115. repetebat Codex Stopianus verſum intercalarem.

115. ἀνὰ ἄρεα Lipſ. ZC.

118. Θύβριδος dat codex Stopii, Θύμβριδος omnes, quos vidi. margo tamen HSt. e ſcholiis affert Δύβριδος. Sine dubio lectio vulgaris proba eſt. Θύμβρις eſt idem atque Θύμαιρις vel Θύμηρις. forte calidus erat iſte fons, ſeu rivus. Meminit huius loci, et verſatae in eo lectionum diſcrepantiae Euſtathius ad Dionyſ. Perieget. vſ. 354. his verbis: Σημειωσαι δὲ, ὅτι παρὰ τῷ Θεοκρίτῳ φαίνεται ἐν τινι ἀμφιβαλλομένη γραφῇ καὶ Σικελικός τις εἶναι ποταμὸς.

125. ἑλίκας δὲ λίπε ἕϊον in omnibus eſt libris meis. codex Stopii λίπον. Sed Lambertus Bos l. c. p 89. commendat Ἑλίκα δὲ λίπ' ἠϊόν, ut ſit genitivus a nominativo Ἑλίκας, quod ſit nomen viri, filii Lycaonis, adeoque eiusdem cum Lycaonide ſtatim poſt commemorando. Non diſplicet coniectura, neque tamen audeo quicquam contra codicum conſenſum; neque ſatis verſatum me ſentio in hiſtoria fabuloſa, ut poſſim in hac cauſa meum iudicium interponere.

126. ſolus Lipſ. ἀγατὸν. quod verum puto. *venerabile, reverendum, auguſtum.* Flor. ἀγητὸν.

128. omnes libri φέρ' εὐπάκτοις. nihilominus contendam, legendum eſſe φέρευ πακτοῖο. Non enim φέρειν dicitur, ſed φέρεσθαι, cum ſignificatur ablatio praemii propoſiti. πακτὸς κηρὸς aeque bene dici poteſt, quam εὔπακτος.

129. καλὰν libri omnes. videtur tamen καλὰ leg. eſſe, adverbialiter pro καλῶς, *am Mundſtücke hübſch ausgeſchweift*, vel etiam *eingefaſſt.* Si nempe ἑλικτὰν accipis pro κηρῷ ἀμφιλιχθεῖσαν, *cera illitam.* Alias poteſt vocabulum hoc reddi per *curvatam*, h. e. exciſam ad ambitum curvum.

131.

131. τῦν δ' ἴα Lipſ. quod non probo. Idem Lipſ. cum duobus mediceis ἄκανθοι.

133. Leichius e P. adnotaverat κομᾶσι. quod evertit meam ſuſpicionem, illa litera P. primam aut principem Theocriti editionem, h. e. Aldinam ſignificari. nam in Aldina eſt κομᾶσαι. quare neceſſe eſt, ut ea litera alium codicem deſignet. Cl. Erneſtius ſuſpicabatur, ea ſigla editionem aliquam Theocriti Pariſinam, forte Bogardianam, deſignari. Qui κομᾶσι dedit, ſi dedit, neque ille potius lapſus Leichii eſt, videtur ille κομάσῃ voluiſſe. ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. dant κομάσαι.

134. omnes veteres libri dant γένοιντο. quod revocavi. Primus videtur Dan. Heinſius γένοιτο invexiſſe, quod in Lipſ. quoque reperi. Crebro Theocritus nomina neutrius generis pluralia componit cum verbis in numero plurali, contra vulgarem loquendi morem. Flor. γένοντο.

135. θνήσκει Aldina et Flor. De ultima parte verſus v. Io. Brodaei Miſcell. 2, 28. quem miror abſurdae Scholiaſtae interpretationi ſubſcribere, deſerentem Eraſmum, qui recte et ex natura rei et poëtae mente accepit.

136. κἠξ ὀρέων ſolus ZC. γαρύσσαιντο (duplici ſibilo) ſolus Lipſ. et unus mediceus.

137. deeſt Lipſ.

138. ἀνεπαύσατο ſola Aldina, et P. ex annotatione Leichii.

139. μὰν omnes reliqui. μὴν Lipſ.

140. f. ὦ [id eſt ᾧ] κλύσε δίνα, *cuius rivi vel torrentis*, Stygii puta, *vortex obruit.*

141 μείσαις Lipſ. Aldina et reliqui, praeter HSt. et Heinſ. qui μώσαις dant.

143. κεν P. Lipſ. Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. margo HSt. qui tamen in textu dat μιν, e codice forſitan Stopii, in quo ita eſt, teſte Niclaſio.

147. πλῆρες δὲ σχαδόνων Ald. Salam. Farr. Brubach. HSt. πλῆρές τοι σχαδόνων medicei tres, Lipſ. ZC. Schol. Heringa in Obſerv. Novis Miſcell. Amſtelod. ſeu Dorvillianis p. 963. vult Αἰγαλῷ legi. Conf. Palmer. Exercit. ad Auctores Graecos p. 791. qui vulgatam defendit. Vir doctus libro Vimarienſi (apud Niclaſium) adſcripſerat locum ex epiſtola Iuliani Aug. ad Sarapionem. Ἀριστοφάνει μὲν δοκεῖ etc. Etymolog. M. v. Αἴγειρος exhibet lectionem αἰγίρῳ, cuius haec ſunt

verba: δεῖ δὲ γινώσκειν, ὅτι καὶ τὸ παρὰ Θεοκρίτῳ ἀπ' αἰγίρω ἰσχάδα τρώγοις διὰ τῆ Ι γράφεται ἀπὸ τῆ αἴγιρον. ἐστὶ δὲ τὸ Ἄγιρον (sic) ὄνομα πόλεως.

150. δοκασσεῖς unus ZC. Eustathii locum huc pertinentem affert Henr. Stephanus in notis ad h. l. est e comm. ad Il. ω. p. 1349. 4.

151. Schol. κινεῖθα.

152. σκιρτάσῃτε ZC. duplici accentu. v. ad vs. 6. ἀναστῇ P. Ald. Salam. Farr. Brubach. quod nihili est. ἀνασῇ ZC. et HSt. quod verum est.

AD IDYLLIVM SECVNDVM.

φαρμακευτρίας in plurali appellat Athenaeus p. 475. recte et hoc; quanquam etiam vulgata non male. Princeps enim una est incantationis. Pharmaceutria itaque recte dicitur in numero singulari. Sed ei alia quoque est adiutrix veneficii. quapropter merito Pharmaceutriae ambae audiunt. Cur Heinsius argumenta alia suffecerit illis, quae vetustae editiones a Zach. Calliergo inde ad Henricum Stephanum per manus dederant, et quas ipse quoque Stephanus sibi servandas censuit, nil causae video; praesertim cum illa nova argumenta illis vetustis nihilo meliora, et vel peiora sint haud raro. Verum quidem opera, vetusta argumenta cum novis componendi, reservata tertio harum Animadversionum libro esto.

vs. 1. φέρε] *agedum, dic, cedo dum.*

vs. 2. citat Athenaeus p. 479. et multis de v. κελίβα disputat. v. Palmer. Exerc. p. 792. qui pilam mortarii esse contendit. De οἰδὲ λώτῳ v. Lamb. Bos Observ. p. 80.

3. τὸν ἐμὸν βαρυνεῦντα Lipsius et veteres omnes libri ad Henr. Stephanum, qui primus dedit τὸν ἐμοὶ βαρὺν εὖντα, reiecta in marginem vetusta lectione. malo consilio. nam sine dubio illa vetusta lectio proba erat. Existimabat auctor huius lectionis, εὖντα esse idem, atque ἐόντα. concedo, alias esse posse, ut saepe est εὖσα pro ὖσα. sed hic non erat. qui enim βαρὺς ἀνὴρ et φίλος ἀνὴρ secum consistere possunt, vir amicus,

amicus, et idem gravis, seu molestus? quare putavi, mihi revocandam esse veterem lectionem. βαρύνειν hic loci idem est, atque βραδύνειν, *cunctari*, *cessitare*, sive veniendo ad domum meam, sive ad venerem exercendam. βαρύθειν pro *tarde ire*, saepe apud Oppianum, Nicandrum, (vid. v. c. Theriac. 319) et alios occurrit.

4. editi omnes οὐδέποθ' ἥκει dant. nisi quod Salam. et Farr. οὐδέθ' ἥκει, et Aldinae proxime ad verum οὐδέ ποθήκει. unde effeci οὐδὲ ποθήκει, id est, οὐδὲ προσέρχεται, *ne ad me ventitat quidem, ne pedem quidem unum infert in domum meam, nedum ut me familiariter utatur.*

5. plane abest a Salam. et Farr. Codex Stopii dat τεθνήκαμες. ἠμὲς Lips.

6. ἄραξεν Ald sola.

9. μέμψωμ' solae Heinsianae. plane praeter omnem causam. quasi ὡς vel ἵνα non item indicativum adsciscat, aut μέμψομαι non aeque possit coniunctivus, apud poëtas quidem, esse, quam indicativus est, quum poëtae longas et breves vocales promiscue habeant. μέμψομ' οἷα Lips.

10. ἀλλὰ hic loci, ut saepe alias, e. c. vs. 18. paulo post, significat *quapropter*. Iam supra ad Idyll. 1, 131. attigimus. Sic Callimachus in Lav. Pall. 51. ubi male redditum est: *sed, Pelasge, vide.* imo vero, *quare Pelasge vide.* item vs. 137. ἀλλὰ δέχεσθε, *quare accipite.* Innumeris locis haec particulae vis ab interpretibus est ignorata. Castigavit errorem interpretis Theocritei h. l. commissum Lambertus Bos Observ. p. 91. Videtur hunc locum in mente habuisse Eustathius ad Odyss. ξ. p. 1767. 19. sic scribens: ὅτι δὲ τὸ θύειν καὶ ἐπὶ τοῦ θυμιᾶν κεῖται Θεόκριτος ἐν ταῖς φαρμακευτρίαις δηλοῖ σαφέστατα.

13. αἷμα dant libri omnes. quae bona atque proba est lectio. displicuit tamen Valkenario V. C. p. LIV. epistolae ad Matth. Roeverum, eique sufficit εἷμα. nescio, an hunc locum designaverit Etymologus v. ἠρία, tanquam e Theocrito asserens καὶ ἠρία κεκμηώτων. forte errore memoriae, aut ex varia lectione.

14. δασπλῆτις vocabulum est poëticum, cui vis paene par inest illi latino, *immanis*. Vtitur eo etiam Nonnus Dionys. 30. p. 776. οὐδὲ χόλον δασπλῆτα καθαψάμενος φύγεν ἥρης. Citat hunc locum Etymolog. M. v. Δασπλῆτις, ubi ait: Θεόκριτος δὲ αὐτὸ ἑκάτης ἐπίθετον εἶναι φησὶ, ἢ μεγάλων κακῶν ἀναπιμπλαμένη.

16. Propert. 2, 1. 73. *Non hic herba valet, non hic nocturna Cytaeis, Non Perimedea gramina secta manu.* ubi Bruckhusius haec annotavit. [*Cytaeis* Medea est. Perimedes meminit Theocritus in Pharmaceutria, estque eadem, quae Homeri Acamede.] v. de hac Agameda vel Hecameda Wolf. in catalogo foeminarum olim illustrium p. 262.

17. versum hunc allegat, sed cum reprehensione, Aelianus Hist. Anim. 15, 19.

18. in librorum, quibus usus sum, nullo reperi lectionem in margine HSt. annotatam κάεται. videtur utique lectio vulgaris τάκεται, sic obiter intuenti haud satis accommodata rei praesenti. Maza enim igni apposita, non liquescit, sed indurescit potius, et solidescit ad instar saxi. verumtamen pultes cum aqua in olla flammis impositae sine dubio τήκονται, mollescunt, liquescunt, dissolyuntur in liquidum et sorbile alimentum. Cuiusmodi puls h. l. videtur vocabulo ἄλφιτα designari.

19. ἐκπεπύτησαι ZC. solus, et id videtur quoque Lipsius voluisse, dans ἐκπετύτισαι.

20. μισαρὰ solus ZC. male.

21. καὶ λέγε ταῦτα. τὰ Δ.] sic distinctum dant hunc locum libri omnes. sed videtur potius sic distinguendus esse: καὶ λέγε· ταῦτα τὰ Δ. δ. π. *et dic: Haec spargo Delphidis ossa.* h. e. pulvis hic, quem huic pulti inspergo, vicem gerito Delphidis ossium, eaque mihi repraesentato; et cum illum pulverem spargo, id tantundem mihi esto, ac si ossa Delphidis ipsa comminuta spargerem. v. Palmer. Exerc. p. 793. quem non satis bene intelligo.

24. λακεῖ omnes, etiam Lipsius omisso etiam commate post hoc verbum, praeter HSt. qui λακέει cum commate dedit, quem secuti sunt iuniores. Fieri possit, ut poeta primam syllabam produxerit, quasi esset pro λήκει. possit quoque dedisse αὐτά τε λακεῖ μέγα κ. nam μέγα potest tam ad λακεῖ, quam ad καπυρίσασα trahi. Postremum hoc verbum displicet Valkenario l. c. p. LVI. qui malit καππυρὸς εὖσα, id est, ἐν πυρὶ ὖσα. quo non parum vis et venustas loci debilitatur. καπυρίζειν est καπυρὸν πνεῖν, ingens, sonorum spirare, multum aurae cum sibilo et crepitu efflare. Etymolog. M. in v. Δάφνη. — ἢ ἐν τῷ δαίεσθαι φωνῆσα. ἠχεῖ γὰρ καιομένη. μαρτυρεῖ Θεόκριτος. χ' ὡς αὐτὰ λακῇ (sic) μ. κ.

25. ἀφ᾽ ᾗ

25. ἀφθῇ Lipſ. Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. ἄφθη HSt. cum iunioribus. αὐτᾶς dat ſolus mediceus primus et Stopianus.

30. veteres ante Stephanum ſic diſtinctum exhibent hunc locum: ὁ χάλκεος ἐξ Ἀφροδίτας, ὡς κεῖνος δινοῖτο. Sed Stephanus ſic: ὁ χάλκεος, ἐξ Ἀφροδίτας ὡς κεῖνος δινοῖτο. negat enim, ſe videre, qua ratione verba ἐξ Ἀφροδίτας cum praecedentibus cohaereant. Quod perſpicuum eſt. Significant illa *propitia Venere, cum pace Veneris.* v. Id. 7. 12. Nil eſt, cur vetus diſtinguendi ratio improbetur. Meminit huius loci Euſtathius, ad Dionyſ. Perieg. vſ. 1131. ἐστὶ δὲ καὶ φαρμακίδων τρόχος ὁ ῥόμβος παρὰ Θεοκρίτῳ, καταγοητευόμενος [f. καταγοητεύων] ἐν τῷ τρέφεσθαι. De rhombo nemo diligentius expoſuit Iacobo Nicolao Loënſe, libro 7. Epiphyll. c. 23. miror hominis diligentiam. Stopiano deeſt ὁ.

31. θύρῃσιν etiam Stop. ſed θύραισιν Farr. δινεῖτο et ἀμετέροισι θύρῃσιν Lipſ.

33. pro θυσῶ malim εὐσῶ, ab εὔω, *uro, amburo.*

34. verſatur hic varietas in libris. Alii, ut Ald. Flor. ZC. Brubach. Scholiaſt. et margo HSt. dant ἐ' ἀδάμαντα recte. alii, ut Farrean. et HSt. dant ῥᾳδάμαντα. quid voluerit Salamandr. dubium fit. dedit enim ῥᾳδάμαντα. Sed videtur hoc magis ad lectionem poſteriorem accedere. Verum illa prava eſt, et a me merito expulſa, et cum vetuſta permutata. Ipſe Stephanus in annotationibus poenitentiam inconſultae ſuae feſtinationis prodit, et firmas affert cauſas, cur illa a ſe admiſſa lectio repudianda ſit. fuiſſe ſe mutaturum, ſi res integra adhuc fuiſſet. Sed, quo tempore ſuum errorem deprehendiſſet, eo iam folium excuſum fuiſſe. Quem bona fide agentem et recta monentem debebant Heinſius et poſt ſecuti audire, praeſertim, cum Stephano ſuffragator accederet Iſ. Caſaubonus in Lect. Theocr. teſtis haud contemnendus. Sed illi videntur Henrici notas plane ignoraſſe, et Heinſii ſui auctoritati, nimis profecto quam levi, et penes me quidem plane nulli, ſecurius indormiviſſe. Rationibus, quas Stephanus pro vetuſta proba lectione a me revocata attulit non paucas et idoneas, quod addam, nil habeo.

ibid. εἴ τι πεῳ Ald. ZC. Brubach. HSt. recte. Sed Salam. et Farr. male dant πᾳ', quaſi eſſet pro πάῃσι. unde margo HSt. repetiit.

36. ſola

36. ſola Brubach. ἀχεῖ dat. Verbo ἠχεῖν non illa vulgaris ſolummodo ineſt vis, ut *ſonare*, *ſonitum edere*, ſignificet, ſed etiam haec paulo ab uſu communi alienior, quae hoc loco obtinet, ut ſignificet, ictu, perculſu, conquaſſatione, ad ſonandum vel tinniendum impellere.

41. ἀντὶ γυναικὸς] Vocab. γυνὴ ſignificat uxorem legitimam, rite marito a neceſſariis collocatam, ut materſamilias ſit, cuius contrarium eſt pellex. Sic Idyll. 27, 65. ἀλλὰ γυνὴ, μήτηρ — quod ſi tenemus, facile erit, locum Callimachi, qui in fragmentis Bentleianis numerum 170. tenet, emendare ſic: τὸς αὐτῷ σκοτίως ἐμπελάτειρα τέκεν, ἣ γυνὴ. *quos ei nothos concubina peperit, haud uxor legitima, materſamilias.* quo etiam lectio codicis Leidani ducit ἢ τ' ἔτεκεν γυνὴ. vulgo ibi loci particula negans abeſt, quae res illas turbas dedit, et tenebras obiecit interpretibus. κακὰν eſt *aſpernabilem, contemnendam.* ἀπάρθενον eſt idem atque παρθένον ἀπάρθενον, *virginem eo nomine indignam*, quod tamen affectat, quae cum uxor non ſit, non magis eſt virgo, ſed inter utrumque nomen ambigit, neutrius particeps.

45. Θησέα Ald. Salamandr. Farr. Θασέα ZC. Brubach. HSt.

46. λαθῆμεν (ſine ſibilo) ἐυπλοκάμῳ Ἀριάδνης Lipſ. f. λασθήμεναι εὐπλοκ.

48. v. Palmer. Exerc. p. 793. P. Victorii Var. Lect. 2. 6. et P. Bayle diſſertation ſur l'Hippomanes, ſubiunctam eius dictionario hiſtorico. unde intelligo, Salmaſium monſtroſam foviſſe ſuſpicionem, in h l. pro φυτὸν leg. eſſe χυτὸν. v. etiam Broeckhuſ. ad Tibullum 2. 4, 58.

51. ἴκελος ſolus Lipſ. quod recepi, recte. nam περήσαι non eſt infinitivus, ſed optativus. Si vulgaris lectio ἰκελὸν deberet obtinere, ſcribendum etiam eſſet περῶντα. *o utinam videam Delphin ſimilem furioſo, et in aedes meas irrumpentem.* Sed ſententia eſt: *o utinam Delphin videam illo loco, et o utinam veniat in aedes meas, ſimilis equae furioſae.* Facit etiam Scholiaſtes huius lectionis mentionem. Scius Lipſ. etiam et ZC. dant λιπαρῆς — παλαίστης. neque tamen omittendum, ſuper ς in codice Lipſ. υ fuiſſe ſuperſcriptum, ſed a manu iuniore.

54. κατὰ cohaeret cum τίλλεσα, non cum βάλλω. Tales verborum concerptiones et transpoſitiones, ubi praepoſitiones poſt verba ponuntur, ut omnibus poëtis uſitatae, ita in-

primis

primis Apollonio Rhodio percrebrae sunt. vid. ad Idyll. 3, 21.

55. ἀνιαρὲ Ald. sola, unde revocavi. caeteri ἀνιηρὲ. Lipsius dabat ἀνιηρὲ cum α super η scripto eadem manu, velut scholium.

58. sola Farr. σαῦρον. quod videtur mendum typographicum esse. Pro αὔριον dat mediceus tertius ἄγριον. male. κακὸν πετὸν Lipsius transpositis vocabulis.

60. φλιᾶς dant omnes. margo tamen HSt. dignam habuit vitiosam lectionem a me nusquam, nisi in Scholiaste, repertam, φιλίας commemorare. Habet illam quoque index var. Lect. Brubachianae subiunctus.

61. θυμῶ (sine iota subscripto, in gen. Dor.) ZC. HSt. reliqui θυμῷ cum iota subscripto in dativo, quod revocavi. nam ἐκ non cum θυμῶ, sed cum ἧς ἐκδέδεμαι cohaeret. ἧς ἐστι καὶ νῦν ἐκδέδεμαι θυμῷ, cui limini ego adhuc animo meo annexus et obstrictus sum.

62. ἐπιφθύζοισα Ald. ZC. Salamandr. Farr. Brubach. ἐπιφθύζυσα Lipsius. ἐπιφθύσδοισα HSt. ex ingenio suo, quod ex eius annotatione apparet, ubi ipse fatetur, se suae correctioni haud satis confidere. De verbo ἐπιφθύζειν ad Eustathium nos ablegat, cuius haec sunt verba ad Od. α. p. 1392. 42. τὸ δὲ παρὰ Θεοκρίτῳ ἐπιφθύζειν ἀντὶ τῦ ἐπιπτύειν γοητευτικῶς. item p. 1482. 43.

64. ἀκρύσω sola Aldina. Nunc sola secum relicta pharmaceutria Cimaetha agit. ablegaverat enim ancillam Thestylin. Nunc incipit amoris sui lacrymabilis originem memoria repetere.

65. ἄρξωμαι; τίς μοι Ald. Salam. Farr. Brubach. HSt. ἄρξομ' ἐγὼ; τίς μοι Lipsius. ZC. Commel.

66 τῶν βύλοιο Ald. τῶ 'νβύλοιο ZC. Brubach. HSt. τῶ ὐβύλοιο Salam. τῶ ἠβύλοιο Farr.

67. ἄλσος ἐπ' ἀρτ. Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. ἄλσος ἐς Ἄρτ. Lipsius et tres medicei.

69. loci huius latinam interpretationem corrigit Palmerius Exerc. p. 794.

70. Consentiunt libri omnes in Θευχαρίλα. Sed peregrinum quid sonat nomen Theocharilai. nullum usquam nomen graecum reperiatur, ubi coniunctum sit vocabulum θεὸς cum vocabulo λαὸς. Θεοχαρίδης facile probetur. Ergone

θευχαρίδα legendum est? sed praestat sine dubio lectio codicis Toletani θευμερίδα. v. Schott. observ. 2, 46. aut Flor. θευμαρίδα.

71. λιτάνευσεν Lipsius.

72. θάσασθαι Lipsius. Ald. Flor. θιάσασθαι ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. et mediceus primus atque tertius. Ex hoc versu μεγάλοιτος affert et interpretatur Eustathius ad Il. τ. p. 1186. 48. ἀκολούθως παρὰ Θεοκρίτῳ κεῖται μεγάλοιτος ὁ πανυδυστυχὴς.

74. remansit, quod aegre fero, in editione nostra, e Commeliniana, quae sola sic habet, τὰν κλεαρίστας. caeterae omnes τᾶς κλ. Lipsius etiam dat κἀμφιτειλαμένη τ. ξ. τὰν κλ.

75. et 81. et sequentibus iisdem versibus dat mediceus tertius ὄκιν.

76. ᾧ Lipsius. Ald. Salam. Brubach. ᾗ ZC. Farr. Commelin. allegaverat annotator in libro Vimar. Id. 1, 105. pro illa lectione.

79. ἢ τὸ σελάνας Ald. Salam. Farr. Brubach. HSt. et tres medicei, item Lipsius, adscripserat quoque Leichius, ita habere M. R. quae figlae quid sibi velint, haud teneo. num *manuscriptum regium?* sed quodnam illud? Parisinum, an Dresdanum? an aliud quodpiam? Solus, quod sciam inter veteres, habet ZC. ἢ τὺ σελάνα. Flor. σὺ. convenit utraque lectio huic loco. Verior tamen mihi visa est illa vetusta, et poeticae orationi decentior. *pectus lunae* haud profecto poetam dedeceat. quare illam revocavi.

80. λιπόντων revocavi item ex Ald. Flor. Stop. unde Salam. et Farr. et HSt. in marginibus suis, item Brubach. in fine inter varietates lectionum repetierunt; ipsi autem secuti sunt, in texto exhibendo, ZC. qui λιπῆσιν dedit primus.

82. μοι Flor. locum hunc ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην, ductum esse ex Homero, e quo non pauci Theocritei adumbrati sint, admonuit P. Victorius Var. Lect. 35, 2.

83. κἠδέ τι πομπᾶς Ald. unde margo HSt. repetiit. κἠδ' ἔτι Salam. Farr. Brubach HSt. κἠτ' ἔτι π. ZC. κἠκ ἔτι π. Lipsius.

84. ἐφρασάμαν Lipsius. ὡς πάλιν] ὡς hic loci videtur esse, *ut*, h. e. *cum*, vel *posteaquam*. *ut domum redii, non respui, mentem sanam non recuperavi.* Quod si autem ὡς h. l. accipitur pro *quomodo*, tum ἐγνων significabit, *teneo, novi.* Pro ἐξαλάπαξε, quod est in m[illegible] libris omnibus, (nisi quod Lipsius dat

dat ἐξαλάπαξεν) affert Scholiastes lectionem ἐξάλλαξεν, quam tamen male interpretatur. ἀπῆλθον Stop.

86. sola Commelin. dat κείμαν. ut Stop. caeteri omnes κείμην.

88. θαψῶ Ald. et omnes veteres. θάψῳ solus HSt. potest pariter genitivus atque dativus hic locum habere. nam ὅμοιος utrumque casum adsciscit. Citat hunc versum Scholiastes Aristoph. Vesp. vs. 1404.

94. χῶτω omnes reteres. χῶτω sola Commel. τᾷ δούλᾳ dant Aldina, ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. τᾷ δώλᾳ sola Commelin.

95. εἰδ' ἄγε] sic solet illa formula vulgo exarari. sed oportebat εἶ δ' ἄγε. nam εἶ est imperativus contractus ex ἐέ, a verbo ἐώ, unde productum in μι, ἔημι, εἶμι, *eo, vado. i, age.* illud δ tantum hiatus evitandi ergo, et consequendae suavitatis atque lenitatis cuiusdam in pronuntiando, inseritur, ut in *redigo*, pro *reago*. Lips. quoque dabat εἶ δ' ἄγε. sed iunior manus lineola transversa δ induxerat. Pro μᾶχος dat mediceus tertius μῆχος. Stop. νόσου.

100. κἀπεὶ Flor.

101. ὑφαγέο Ald. recte. accentu in penultima; quia est a verbo ὑφηγεῖσθαι, non ab ὑφάγεσθαι. Dant tamen omnes reliqui ὑφάγεο, ut ZC. Salam. Farreana, Brubach. HSt. cuius margo etiam ἀφάγεο dat. m[illegible] ille quidem. ὑπὸ in hac compositione idem est, atque πρὸ. *praei viam illi.* Pro τᾷδε dant mediceus secundus et quartus τῷδε. perinde est. τῷδε est idem atque ἐπὶ τοῦτον τὸν οἶκον vel χῶρον; et τᾷδε idem atque ἐπὶ ταύτην τὴν οἰκίαν vel χώραν.

102. ἐφάμην Ald. Flor. caeteri omnes ἐφάμαν. ἦλθε item sola Ald. caeteri ἦνθε. λιπαρόχρων omnes, praeter ZC. qui λιπαρόχρων dedit, et ex ea servavit Commel.

103. νιν omnes, praeter Commelin. quae μιν dedit, item Lips.

104. Constructio verborum haec est: ὑπεραμειβόμενον τὸν οὐδὸν τῆς θύρας.

107. κοχύεσκεν omnes mei. affert tamen Henricus Stephanus in annotatione ad h. l. e Florentina seu Iuntina κοχύδεσκεν, et Dorville p. 380. annotat. ad Charitonem, ubi locum hunc recitat, nulla facta mentione alius lectionis. meretur H. St. ad h. l. annotatio conferri, ubi lectionem illam (cum δ) ex Eustathio adstruit. Motus illis auctoritatibus le-

ctionem illam revocavi. Pro μεν dat mediceus secundus μὲν.

108. δυνάμην Ald. sola.

109. μητέρα Aldina, ZC. Salamandr. Farreana, Brubach. HSt. necesse ergo est, ut Heinsius ματέρα dederit.

115. ἐφθασσα mediceus quartus.

116. ἤ με Aldina sola, unde revocavi. nam id verum est. Sententia est: *Quod me citius vocasti ad domum tuam, quam ego illuc ivi, in ea re me tantum praevertisti, atque ego cursu Philinum nuper praeverti.* Vanus homo, quo tempore mulierculae adulatur et blanditur, eodem ipse se ei iactat atque commendat. ἦ με ZC. Salam. Farr. ἦ με Brubach. HSt. Lipsi.

119. ἐὼν φίλος αὐτίκα νυκτὸς] *utpote qui te amare coeperim ea ipsa statim nocte, qua te primum vidi.*

121. 122. v. Is. Vossium ad Catullum p. 239. πάντοθεν et περὶ ζώτερχσιν duobus vocabulis Lipsi.

126. εὖδόν τ' εἴ κε Aldina, Salam. Farr. Brubach. HSt. εὖδον δ' εἴ κε ZC. et tres medicei. ἐφίλησα Lipsi.

127. omnes mei dant ἄλλα vel ἄλλᾳ. Ex indicio Henrici Stephani intelligo, in Florentina esse ἀλλᾷ, qui tamen admonet, illam editionem in hac voce sic exaranda sibi non ubique constare. Idem etiam fuit in codice Toletano, quo Andreas Schottus est usus. v. eius observ. 2, 46.

128. v. Palmer. Exerc. p. 795. cuius tamen annotationem ad vs. 95. nullo modo probo.

130. solus Lipsi. πρῶτον.

131. τὴν idem.

136. vocem Μανίαις maiore prima litera curavi exarari. nam hic loci deae sunt. *Amor, a malis Maniis, seu Furiis, adiutus et comitatus, exagitat e penetralibus aedium, e gynaeceo, perculsam trepidatione virginem et recens nuptam.*

139. ἐφαψαμένη Lipsi. Aldina, ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. ἐφαψαμένα sola Commelin.

140. Eustath. ad Iliad. ζ. p. 624. *pen.* τὸ παρὰ Θεοκρίτῳ λεχθὲν ὡς ἐν λόγῳ σεμνῷ τὸ ἐπὶ χρωτὶ χρωὶς ἐπεπαίνετο, ἤγουν ἐρωτικῶς ἐμαλθάσσετο.

141. ἐψιθυρίσδομεν Lipsi.

143. ἤλθομες Stop.

146. deest γε Lipsi. v. ad h. l. Palmer. Exerc. p. 796. et Valkenar. ad M. R. p. LI. parcam operae infructuosae ea com-

comminiſcendi et proferendi, quae ſemper incerta ſint futura, et nihilo vulgatis ad ſententiae bonitatem meliora, praeſertim in re levi. Vulgatam αὐλητρίδος ſatis tuetur Idyll. 6, 41. et 10, 16.

147. τε dant omnes. malim tamen τὰ. τὰ ποτ' ἠρανὸν, κέλευθα ſcilicet, *vias in coelum ducentes.* Sic alio loco poeta dicit, equos Aurorae currere ἐς Διὸς, *in aedes Iovis*, vel verſus eas.

148. ῥοδόπηχυν Lipſ. Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. ῥοδόπαχυν ſola Commelin.

149. ἐρᾶται Lipſ.

151. poſt τόσον ponit Lipſ. punctum, HSt. comma. in reliquis vetuſtis procedunt verba h. l ſine ulla diſtinctione. Ego ſemicolon poſt αἰὲν poſui, ut ſit ſententia: *illud quidem*, vel *ſemper*, vel *certe mihi aſſeveravit.* Si citius ad me perveniſſet lectio medicei quarti, eaque pluribus confirmaretur auctoritatibus, ὄνεκ' ἔρωτος, nil dubitaſſem eam recipere.

152. ἀκράτῳ cum iota ſubſcripto ſola Commelin. ἀκράτω ſine iota, in genitivo Dorico, veteres omnes. quod revocavi. ἐπεχεῖτο hic accipio pro εὐωχεῖτο, *ſeſe invitabat*, vel *ingurgitabat*, amoris ſui quaſi vino meraco. ἐπισχεῖν *mammam aut poculum labris* eſt *admovere.* ἐπισχέσθαι *ſibi ipſe ſuis manibus ad labra admovere.* malim enim ab ἐπὶ et verbo producto ἐχέω, *teneo*, quod idem eſt atque ſimplex ἔχω repetere, quam ab ἐπὶ et χέω, *fundo.* Erit itaque ἐπεχεῖτο ἀκράτῳ ἔρωτος tantundem, atque ſi dixiſſet ἐπίσχετο αὐτὸς ἑαυτῷ πρὸς τὰ χείλη ποτήριον ἀκράτου ἔρωτος. fruebatur deliciis ſuis usque ad ſatietatem, tota nocte, a nemine interpellatus, et cum tandem ſummo mane ab illis ſuis amoribus diſcederet, quicunque illi tandem erant, ſeu mas, ſeu foemina, affirmabat, operam ſe daturum, ut aedes illae, in quibus libidini ſuae ſatisfeciſſet, totae corollis eſſent coopertae.

154. ſola Commelin. ἀλαθὴς.

155. ἦ ZC. Salam. Farrean. Brubach. HSt. ἦν Lipſ. et Ald. unde poenitet quod non effecerim δὴν γάρ μοι. *dudum enim mihi*, vel *per longum tempus.* Valken. l. c. coniecit ἦ γ' ἐμεῦ.

157. Conſentiunt omnes in ποκ' εἶδον. poenitet tamen cunctationis memet meae. In principio ſcil. curationis meae Theocriteae paulo eram, quam in operis proceſſu, ad emen-

dandum cunctantior atque verecundior. Sine dubio poëta dedit οὐδὲ ποτεῖδον, id est προσεῖδον, *ne oculis quidem eum vidi.*

158. ἦ ῥα h. l. accipio pro ἢ ἄρα. Pharmaceutria incipit secum dubitare, verane sit illa amicae suae relatio. *Num potius*, ait, *ille*, *non alio quodam tenetur amore*, *sed mei solummodo oblitus est?* Potest tamen locus etiam hoc modo accipi: Ausit nunc aliquis negare, illum alio quodam teneri amore, qui ei nostri oblivionem induxerit. Videntur tamen sequentia priori interpretationi magis suffragari.

161. φημὶ Lips.

165. σεληναία Stop.

AD IDYLLIVM TERTIVM.

5. In κορύψῃ consentiunt omnes, etiam Gellii vulgares libri, qui locum hunc 9, 9. recitat. Sed ibi dat liber Franekeranus κορύξῃ teste Valkenario Ep. ad M. R. p. XLII. qui eam lectionem amplectitur, ut magis Doricam. Accedit auctoritas Dorvillii, qui p. 457. Vanni criticae testatur, κορύξῃ in melioribus codicibus reperiri.

7. παρακύπτειν usurpant Graeci de prospectu, sive tu de semita in domum inserto capite inspicias, sive domo, per fores, aut per fenestram foras prospicias, exserto capite. Centies sic in Ceremoniali Constantini Porphyrogenetae usurpatur, ad quod loca plura, hanc usurpationem verbi confirmantia, contuli. Nostri hoc in loco prior obtinet significatio, τοῦ εἰσβλέπειν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν εἰς τὰ ἔσω, de via publica in antrum inspiciendi.

9. ποησεῖς Stopian.

13. ἁμβομβεῦσα sola Ald. et in codice Ernestiano primum μ nescio quis calamo induxerat. caeteri omnes ἁ βομβεῦσα. mihi tamen verbum ἀναβομβεύειν poeta Siculo indignum visum non est.

14. pro ᾷ mediceus quartus dat ᾧ. Locum hunc Palmer. Exerc. p. 796. obscoeno modo explicat.

16. ἐθήλαζε Lips. Aldina, HSt. ἐθήλαξε Flor. ἐθύλαζε vitiose ZC. Salamandr. Farr. Brubach. Valkenaer Ep. ad M. R.

M. R. p. LXI. e Stobaei p. 401. 30. praefert ἐθήλαξε, quem ſecutus ſum. codex Leidanus Thomae Magiſtri (v. Μαγδὸς) ἐθήλασδε. ſolus porro ZC. dat ἔτρεφε, caeteri ἔτρεφε.

17. ὀστέον Lipſ. a veteri manu, ſed nova ὀστέων correxerat.

18. Admonet Stephanus in annot. ad h. l. eſſe, qui πόθορεῦσα exhibeant, propius illi quidem ad Doriſmum. Sed inconſtantiam, quae verſetur in libris manu exaratis in dialectis reddendis, reprimere conatum omnia ad unam normam reformandi. Quae ſapiens eſt admonitio, naſutis illis probe tenenda, qui neſciunt, ipſos veteres auctores conſtantiae in hac re, quacunque de cauſa, non ſtuduiſſe.

19. ὥς τυ φιλάσω] verba haec citat Apollonius Dyſcolus Syntax. p. 25.

21. καταυτίκα dant omnes. Sed debebam corrigere, niſi a principio verecundior fuiſſem, κατ' αὐτίκα duobus vocabulis, ut eſt in Flor. Illud κατα non ad αὐτίκα pertinet, ſed ad τῖλαι. κατατῖλαι. v. dicta ad Idyll. 2, 54. Caſaubonus ad Athenaeum p. 561. ex hoc loco probare vult, λεπτὰ idem eſſe atque εἰς λεπτὰ μέρη. poſſit tamen etiam κατὰ ſubaudiri, aut κατὰ e καταυτίκα huc trahi. vitioſe Lipſ. εἰς λεπτὰ. forſitan e ſcholio. Flor. ποησεῖς.

23. male mediceus primus ἀμπλέξας.

24. de interpunctione huius loci admonet aliquid Henricus Stephanus, quod non ſatis capio. Annotator Vimarienſis adſcripſerat [τὶ δ δύσσοος; οὐχ ὑπακούεις; vel οὐχ ὑπακύεις, ſine interrogationis nota.]

26 Ωιπερ Ald. cum adiuncto ad ω parvulo iota, quomodo ſolet Aldus iota ſubſcriptum ad latus maiorum literarum indicare. ſed vitioſe h. l. Annotator Vimarienſis adſcripſerat [hinc θυννοσκοπεῖν et piſcatio thynnaria l. venditor D. nom. praed.]

28. ἔγνων] ſcil. *te velle, ut de rupe me in mare dem praecipitem, idque ſi faciam, me rem tibi gratam in eo factu-rum.* Solus Stephanus dedit μεμναμένω. caeteri vetuſtiores omnes μεμναμένυ.

29. ποτιμαξάμενον πλατάγησεν Ald. unde revocavi. Commemorat hanc lectionem etiam margo HSt. et index variar. Lect. Brubachianae calci adiectus. Commemorat item margo Salam. et Farr. ſed vitioſe ſic προτιμαξάμενον πλ. ſed ZC. et ex eius auctoritate inſecuti omnes aut ποτεμάξατο (ut ZC. Brubach.

Brubach. HSt.) aut ποτιμάξατο (ut Salamandr. et Farreana) τὸ πλατάγημα. Sententia est: crepuit folium illud ad digitos allisum. Saepe media et passiva inter se significationes alternant. προσμαξάμενον idem est, atque προσμεμαγμένον aut προσμαχθὲν.

30. Scholiastes dat πάχεος. quod si admittas, erit iota subscriptum vocabulo ἅπαλῷ detrahendum, ut genitivus fiat. ἁμαλῶ ποτι πάχεος Flor. f. voluit ἁμαλῶ.

32. nihil hic libri variant, sed dubiae sunt significationes vocabulorum ποιολογεῦσα et παραιβάτις. *Herbas legens* foemina vulgari usurpatione ea est, quae herbas medicamentosas, aut incantandi ergo, aut ad morborum depulsionem, legit. neque video quicquam, cur haec usurpatio videri debeat ab hoc loco aliena. Secus tamen visum est Palmerio, qui satius duxit, ea de foemina accipere, quae lolium infelix e prima segete succrescens evellat, quod Latini *sarrire* dicant. Nos vernacula oratione *wieden* et *ausgäten* usurpamus. Auctor ei huius sententiae fuit Casaubonus. παραιβάτις interpretatur Eustathius foeminam mercenariam. Sunto isthaec per me quidem suo loco posita. Sed visum tamen mihi fuit παρὰ βάτις vel βάτοις duobus vocabulis esse exarandum. sive οι pro ancipiti accipiatur, sive βάτις in dativo Dorico pro βάτοις usurpatum, ut, τὰς παρθένος Idyll. 1, 50. pro παρθένους, et τὼς λύκος pro λύκους, Id. 4, 10. τὰς ἀμπέλος 5, 109. δασυκέρκος ἀλώπεκας 5, 112. τὼς κανθάρος 5, 114. et τὼς φακὸς Idyll. 10, 54. pro φακοὺς. quo admisso erit sententia; *quae apud rubos herbas medicamentosas legit.*

35. ἰσέον δὲ, ὅτι καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ εὕρηται ἡ μισθώτρια ἐριθακὶς λεγομένη. Eustath. ad Iliad. σ. p. 1162. 23.

39. ποτίδη Ald. Salam. Farr. Brubach. ποτίδοι ZC. HSt. In scholiis desideratur κε. sed ibi saepe verba tantum ex memoria, quae fallax est, recitantur, ut illi quidem testimonio non admodum confidi queat. Pro ἐντὶ dat Lipsius. ἐστὶν.

41. μᾶλα hic sunt *oves*. nam sententia sic postulat, ubi exempla affert pastorum a deabus et puellis primariis adamatorum. ἐνὶ χερσὶν solus dat HSt. caeteri omnes vetustiores ἐν χερσὶν. et Lipsius item.

43. Ὀρθρους dat Scholiastes, vitiose. sic tamen etiam est in Salam. et Farr.

45. Ἀλφεσιβοίης Scholiastes. Locum hunc designavit Etymolog. M. v. Ἀλφεσίβοιαι.

46. ὄρεσι

46. ἔρεσι Ald. ZC. Salam. Farrean. Brubach. HSt. ἄρεσι sola Commelin.

48. μαζοῖο Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. μασδοῖο solus HSt.

49. versum hunc citat Scholiastes Apollonii Rhodii ad 4, 57.

50. Ἰάσωνα Lipsius.

53. καὶ] f. κἀἰ, id est, καὶ αἰ vel εἰ, *et, si lupi me devorent, esto hoc tibi tam dulce, atque mel est in gutture.*

54. versum hunc citat Etymolog. M. v. βρόχθος.

AD IDYLLIVM QVARTVM.

Inscriptio huius Idyllii est in mediceo quarto βυκολιαζαὶ ἢ νομεῖς.

2. editiones omnes dant αὐτὰς. pro quo ex ingenio rescripsi αὐτὸς. Scholiastes dat βόσκειν. sed haec auctoritas, hoc quidem loco, nulla est.

5. ὦυτὸς omnes veteres, etiam Commel. et Lipsius. sed αὐτὸς, quod unde in iuniores editiones venerit, nescio, est in mediceo tertio et quarto. Theocritus interdum articulo abutitur ita, ut redundare videatur, ut Idyll. 8, 86. τὰ δίδακτρα, pro simplici δίδακτρα. Idyllio 11, 34. recurrit ὦυτὸς pro simplici αὐτὸς, ubi nil mutarunt. vid. Aemil. Porti Lexicon Doric.

6. Ἀλφειὸν Scholiastes; e quo si lectionis varietatem affero, ad editionem scholiorum primam provoco. nam in iunioribus, pessimo consilio, lectiones scholiorum accommodatae sunt ad lectiones texti, quod vocant. Hoc meminisse lectores, in locis similibus huic, velim. ὀπώπη revocavi ex Aldina, Salamandr. Farr. Brubach. probatum etiam Casaubono. ὀπώπει ZC. in texto et in scholiis, item HSt.

7. κάρτος Ald. ZC. in scholiis, Salam. Farr. Brubach. HSt. κάλλος ZC. in texto, et margo H. t. ἐρίσδειν ZC. in scholiis. ἐρίζειν τινὶ κάρτος est, *cum aliquo de robore contendere, uter sit robustior.* Sic aliquoties Callimachus, ut H. in Dianam

nam vſ. 262. μηδ' ἐλαφηβολίην, μηδ' εὐστοχίην ἐριδαίνειν. *nemini auctor ſim, ut cum Diana de facultate vel dexteritate feras figendi contendat.*

10. εἴκατι mediceus quartus, Aldina, ZC. Salamandr. Farr. Brubach. HSt. εἴκοτι Lipſ. et ZC. in ſcholiis. τυτόθε Ald. ZC. in texto, Salam. Farr. Brubach. HSt. τυτόθι ZC. bis in ſcholiis, et illinc margo HSt. nec non mediceus ſecundus et quartus. Sed vera eſt illa prior lectio τυτόθε, *hinc*, ex hoc loco, vel ex hoc grege. nam μῆλα cum ovillo genere caprillum quoque complectitur.

11. τι (pro τοι) Scholiaſtes. λύκως (per ω) Ald. et Brubach. ſolae.

13. βυκόλον Lipſ.

17. f. ἄλλ' ὅκα duobus vocabulis eſt leg. id eſt, ἀλλὰ ἐστὶν ὅτε, *ſed interdum.*

19. βαθύσχινον mediceus tertius.

20. μὲν Ald. et illinc margo HSt. μὰν ZC. Salamandr. Farreana, Brubach. HSt. Forſitan reſpexit ad h. l. Euſtath. ad Iliad. κ. p. 796. 2.

21. v. Caſaubon. ad Athen. p. 330.

22. δᾶμος] ZC. in ſcholiis ταῦρος. inepte.

23. ἐς τὸ Μάλιμνον reſtitui e Lipſ. Ald. ZC. Salamandr. Farr. Brubach. et HSt. margo HSt. dat ἐς τὸ Λάτυμνον. ſolus Heinſius ἐς τομάλιμνον, commotus ille, vel deceptus potius, ab abſurda Scholiaſtae etymologia, quae cum ratione linguae graecae pugnat. Miror, Caſaubonum quoque paſſum eſſe, in eundem errorem ſe pertrahi. Dubium nullum eſt, quin Μάλιμνον nomen obſcuri cuiusdam loci ſit, tametſi praeter eum nemo alius eum commemoret. Tuetur tamen vulgatam If. Voſſius ad Catullum p. 247. et Euſtathius ad Odyſſ. κ. p. 1649. 57.

25. ἐπάξα revocavi ex Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. et Lipſ. ἔπαξα HSt. ἐπάξω Commel. videtur ἐπάξα Doricum eſſe, pro vulgari ἐπάξω. nam Dores ω in α mutare ſolebant, ut νυμφᾶν, μοισᾶν, et ſimilia, quae nota ſunt cuivis. Probavit etiam noſtram lectionem Caſaubonus, et vulgarem, ἐπάξω, diſertis verbis damnavit. Quid? quod Idyll. 5, 6. pro ἐκτάσω legi vult ἐκτάσα, quod libris minus annuentibus equidem non auſim. Codex Schotti Toletanus ἔπαξας. v. Eius Obſerv. 2, 46.

26. τάλας Stop.

27. ἱερά-

27. ἠράσαο ſola ZC.

28. verſus huius initium recitat Suidas v. εὐρώς et Etymolog. M. in eodem vocabulo.

31. ad h. l. v. Palmer. Exerc. p. 797. αἰνεῖν uſurpatur poetis de cantu, quo quis alterius laudes celebrat. Sic Callimachus H. in Delum vſ. 6. ὡς θεὸν ἤνεσε πρώτα, *prima omnium Delus Apollinem pro deo celebravit carminibus.* Eſt itaque huius loci haec ſententia: Ego didici carmina et canendi modos ab artificibus cantus memoria noſtra peritiſſimis et clariſſimis inventa. Et ſic celebrare meis carminibus ſoleo Zacynthum et Lacinium. Ex hoc genere hymnorum, quod verſatur in praedicandis laudibus loci aut regionis alicuius, exemplum ſupereſt hymnus ille ipſe, quem modo laudabam, Callimachi in Delum. Niſi forte ζάκυνθος ſit genitivus a nominativo ζάκυς, et ille Zakys ſit conditor Crotonae. Quod diſceptandum relinquo antiquitatum rimatoribus.

35. ὄρεος Lipſ. adſcripſerat hic annotator Vimar. [v. Aelian. var. hiſt. l. 12. περὶ τιτύρου ἰσχύος.]

38. Cum Corydon Amaryllidem obiter nominaſſet, arripit ex eo Battus, qui poëta ipſe, Theocritus, eſt, occaſionem, leſſum ei defunctae canendi.

39. Comparat hunc locum Erneſtius V. C. cum loco Callimachi H. in Apoll. vſ. 94. ut hic ὅσον ſic eſt iteratum, ut poſterius aequipolleat voci τοσσάτον, ſic apud Callimachum τόσος eſt iterandum ſic, ut prius ſignificet ὅσος. Collegere ad illum Callimachi locum viri docti alia ſimilia exempla. Sententia eſt haec, tametſi paulo brevius et obſcurius a poeta enunciata: quam mihi carae ſunt capellae meae, tam tu mihi cara eras, Amarylli, donec ſuperſtes eras; ſed nunc exſtincta es.

40. με λελόγχει Lipſ. quaſi praeſens eſſet a verbo λελόγχω.

41. recitat hunc locum Stobaeus c. 109. v. Broekhuſ. ad Tibull. 2. 7. 2.

45. λέπαργος apud Nicandrum *Ther.* 349. eſt *aſinus.* ubi v. Schol.

46. ex hoc verſu voc. σίττα citat Euſtathius ad Odyſſ. ω. p. 1963. 43.

47. σίτ' ἀ κιναίθα medicei duo.

49. ἦ Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. ἦν Commelin. et Lipſ. item Zach. Calliergus in ſcholiis; hoc e conſueto

ſueto loquendi more, illud videri queat Doricum, pro ἔε a verbo ἐω, *ſum, es, eſt.* ῥοικὸν λαγωβόλον ex hoc verſu citat et interpretatur Euſtathius ad Iliad. ψ. p. 1332. 46. item p. 1815. 14.

52. adſcripſerat annotator Vimar. [ἴσως τἀτρακτ.] Timebat ſcilicet ille, Falkenburgius, ni fallor, metro, ne vitiaretur.

53. ταύτην et χασμώμενος Lipſ. poſterius etiam Aldina, Salamandr. Brubach. HSt. χασμεύμενος ZC. Farrean. ἦρα τε Lipſ.

54. τε Lipſ. Aldin. ZC. Salam. Farr. Brubach. γε HSt. bene habet vetuſta lectio a me revocata. Idem eſt, ac ſi dixiſſet καὶ ἔχω αὐτὴν, καὶ ἥδε, ἐςὶν αὐτὴ. *et teneo illam ſpinam, et haec ipſa eſt, quam vides.*

56. ὄχχ' ἕρπεις Lipſ. Ald. ZC. Salam. Farrean. ὄκχ' ἕρπεις Stop. Brub. HSt. ἀνήλιπος Ald. Flor. ἀνάλιπος ZC. Salam. Farr. Brub. HSt. Valkenaer Ep. ad M. R. p. XLII. praefert ἀναίλιπος ex Heſychio.

58. εἶπ' ἄγε μ' ὦ Κορύδων ex optimis, quos perhibet, codicibus affert Dorville ad Chariton. p. 414. ſed illam lectionem meorum librorum nullus habet. Verbum μύλλειν ex hoc verſu affert et interpretatur Euſtathius ad Odyſſ. υ. p. 1885. 22.

60. πράν] f. πρώαν. (v. 5, 4.) (et ſic invenio in Flor.) et ἐπῆνθον ob ſequens καὶ.

61. τᾷν μάνδρᾳ tres medicei. male. τὰν μάνδραν Aldina, Salam. Farr. Brubach. HSt. τᾷ μάνδρᾳ Flor. τὰν μάκτραν ZC. et ex eo margo HSt. et Schotti codex Toletanus, quod poſſit quodammodo ſic colorari, ut accipiatur pro piſtrino. addit idem margo HSt. e ſcholiis adhuc aliam lectionem βάκτραν, quae plane nihili eſt. μάνδραν etiam eſt in Lipſ. ἄμος cum ſpiritu leni dat Lipſ. ἐνάργη revocavi ex Aldina, Salamandrina, Farreana, Brubach. HSt. ſolus ZC. dat ἐνάργει, unde in iuniores editiones emanavit.

ult. pro ἐρίσδει, quod in omnibus meis libris eſt, malim ἐρείδει. ἐγγὺς, (vel, quod idem eſt, ἐγγύθεν) ἐρείδειν, ad verbum *prope aliquid conniti*, eſt, prope ad id accedere. Verba haec duo ἐρείδειν et ἐρίσδειν a librariis interdum inter ſe permutari, patet ex Henr. Stephani annotatione ad Idyll. 5, 24. Etymol. M. v. Κόρσοιφος hos duos ultimos verſus recitat.

AD IDYLLIVM QVINTVM.

7. ἀρκεῖ τὸ ſola ZC. vitioſe.

9. ἀγκλέψας mediceus tertius et quartus.

10. ἐνεύδειν Lipſ. Aldina, HSt. ἐνεύδεν ZC. Salamandr. Farr. Brubach. τοι omnes ut encliticum ſine accentu exhibent, ego circumflexum ſuperimpoſui, quia pro τῷ, *cui*, vel pro οἷ, *ubi*, accipio.

11. ἔθυσεν Lipſ.

13. μετὰ uno vocabulo Ald. Salamandr. Farrean. με τὰ duobus vocabulis ZC. Brub. HSt.

14. Lipſ. ſuper μ' ſcripſerat μα, ſignificandi ergo illud μ' non με, ſed μα notare, quod non contemnendum. Locum hunc deſignat Etymol. M. in v. ἄκτιος.

17. ὐὸ' αὐτὰς Flor. Pro λαῶν malim Λάκων. *o Lacon.* α modo producitur, modo corripitur in hac voce. f. quoque ὐπαύτας τὰς λίμν.

18. ἐμὶν ſola Commelin. caeterae omnes ἐμοὶ. Lipſienſis illud in texto, hoc pro ſcholio inter lineas habet.

21. *eſt quidem nil magnum, neque admirabile, cantu te vincere, at age tamen, ſi tu quidem vis hoedo oppoſito certare, experiar tecum, donec tu deficias et ſuccumbas fiſſus.*

22. διαοίσομαι (per οι) ſola Aldina. caeterae omnes διαείσομαι. (per ει) Lectionem ἀπείπῃς tuetur Caſaubonus. In Euſtath. ad Iliad. α. p. 161. *ult.* eſt ἀπεῖπεν (id eſt Dorice ἀπειπεῖν). nam ipſe interpretatur ἤγουν μέχρις ἂν ἀπαγορεύσῃς.

23. ἀθηναίαν ſolus Lipſ.

24. Henr. Stephanus annotavit, eſſe, qui ἔρισδε exhibeant, codices. Annotator Vimar. certe adſcripſerat ἴσως ἔρισδέ. ſed ἔρειδε verum eſſe. Recte ille vero. mei tamen omnes ἔρειδε dant. ἐρείδειν eſt verbum de ſponſione vel certatione, quae fit oppoſito pignore, proprium. v. Caſaubon. ad h. l.

25 ſolus Lipſ. κίναδε τάδ' ἔσσεται. caeteri omnes κίναδ' εὖ τάδε γ' ἔσσεται. et ſic ferebatur olim in libris apparet, εὖ importunum eſſe. ſive ergo κίναδε τάδε γ', ſive κινάδα τάδε γ' leg. eſſe exiſtimo, ut ſit nominativus aut κίναδος, κινάδω, aut κινάδας, κινάδω. ſaepe in codd. manu exaratis α et ευ inter ſe

permutantur, propter similitudinem ductuum, quibus exarantur. v. Idyll. 7, 116. βέλετ' ἀμέλγειν libri omnes usque ad Commelin. dant, quae, ex admonitione Canteri Nov. Lect. 2, 11. δήλετ' ἀμέλγειν, quod nunc locum obtinet. v. Casaub. ad h. l. et Scholiast. Nicandri ad Theriac. 92. ubi verba δήλεται τὸ βλάπτεται ἢ delenda sunt. Codex Schotti Toletanus δήλετ' ἀμέλγεν. v. Eius observ. 2, 46. Lipsius δήλετ' cum superscripto scholio βέλεται. Annotatator etiam Vimarienſis adscripserat haec: [Venet. et aliae edd. habent βέλετ'. sed Flor. et Schol. δήλετ'. In Manuscr. etiam legitur δήλετ', et supra δήλετ' scriptum est βέλεται. Verbum δήλεσθαι est βέλεσθαι καὶ θέλειν. Hesych. Schol. Nicandri.]

26. ποκιχθέντα citat ex hoc versu Eustath. ad Iliad. ω. p. 1348. *antepen.* πεχθέντα ἤγουν καρέντα, καὶ, εἰπεῖν κατὰ Θεόκριτον, ποκιχθέντα.

28. πεποίθει rescripsi ex ingenio meo. in omnibus libris est πεποίθεις. quod ni pravum est, adscisendum est e scholiis νικασεῖ in indicativo, quod minus probo.

29. in omnibus libris est τὸ ἴσ' ὁ τράγος. unde effeci τοὶ δ' ὁ τράγος. *quereris. hoedum impar esse certaminis praemium. ergo caper hic esto tibi oppositus.*

32. pro τᾷδε prima versus voce, quod est in omnibus libris, praeter Lipsi. qui τῇδ' dat, rescripsi τάνδε, ob sequens τἄλσεα ταῦτα. eodem ducit etiam τεῖνδε, quod Scholiastes e libris quibusdam affert, quasi Doricum hoc esset pro ταύτῃ vel ἐνθάδε. Postquam folium dudum iam esset typis excusum, venit ad me Leida collatio codicum mediceorum, e qua vidi, mediceum quartum, qui in optimis est, τάνδ' item exhibere. Lectionem tamen τεῖνδ' Casaubonus in libro Genevense reperisse ait. Florent. dat τεῖδ'.

33. non inter se opponuntur τηνεὶ, *ibi*, et ὧδε vel ἅδε, *hic*, sed omnia ista, hoc quidem loco, unum locum eundemque significant. quare maneto per me licet vulgata, quae in omnibus meis libris est. Non dissimulabo tamen, articulum ἁ, qui est vocabulo τιβὰς praepositus, mihi movere suspicionem, etiam reliquis substantivis a poeta esse articulum praefixum. Vt brevis sim, eum sic reliquisse suspicor: ψυχρὸν ὕδωρ τηνεί [id est Dorice pro ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ, vel τήνω e scholiis, id est, ἐκείνῳ τῷ τόπῳ] καταλείβεται, ἁ δὲ πεφύκει ποία καὶ τιβὰς, αἱ δὲ καὶ ἀκρίδες ἅδὺ λαλεῦντι. Caeterum, ut hoc obiter moneam, poëtae interdum non eo, quo coeperunt, tenore pergunt,

sed

ſed mutant dictionem; ut hic alternant inter ſe τηνεὶ et ὧδε et ἅδε. Sic Callimachus H. in Delum vſ. 194. ἔνθα νότος, ἔνθ' εὖρος — debebat iam rurſus ſequi ἔνθα, ſed omittit hoc poëta, et uſurpat ὅπη. Item H. in Cererem vſ. 137. permutat inter ſe verba φέρβε, φέρε et οἶσε. Pro τηνεὶ dat mediceus primus τυτὶ, quartus τυτεὶ. Pro ςιβὰς dant Flor. et Scholiaſtes ςοιβὰς.

36. pro ὃν, quod omnes dant, ſolus Lipſ. habet ὃ. quo admiſſo erit ſententia: *non ego te erudii?* ſed adhaereſco vulgatae. Annotator Vimarienſi adſcripſerat locum Iliad. ῑ. ὀὺ' ἂν ἔμοι γε τετλαίη, κύνεός περ ἐὼν, εἰς ὦπα ἰδέσθαι.

38. λυκαδεῖς, quod Caſaubonus e ſcholiis et libris quibusdam, cum impreſſis tum manu exaratis, affert, idemque damnat, ut repugnans analogiae graecae linguae, reperi in nullo meorum.

40. Leichius e P. annotavit μεμνάμην. Credidi olim, illa ſigla Primam aut Principem editionem deſignari. evertit hanc ſuſpicionem hic locus. nam in Aldina eſt, ut in aliis omnibus, μέμναμ', ὦ φθ. unde effeci μέμνα μ' ὦ φθ. ut μέμνα ſit ſecundi ſingularis imperativi activi a verbo μεμνᾷν, *in memoriam revocare alteri*, *alterum alicuius rei admonere*, vel *memorem reddere*. μ' erit tum με, non terminatio μαι. Praeterea etiam verſum 39. ex ſententia mea ſic conſtitui: μάθον (pro ἔμαθον) et ἄκυσα (pro ἤκυσα) et calci verſus ſignum interrogationis adſcripſi. olim ſic in omnibus libris legebatur: μαθὼν — ἀκύσας μέμναμ'.

41. loco primi τυ dat Lipſ. σε.

44. ὕςατα recepi e Lipſ. et ſcholiis. caeteri omnes ὕςερα. neque hoc male. at illud tamen praeſtat. *poſtremum cecineris*, ut nunquam poſtea ſis rurſus ad certamen cantus animum adiecturus.

45. τύτω dant omnes, praeter ſcholia, in quibus eſt τυτεὶ, (v. ad vſ. 32.) quod Caſaubonus commendat.

47. δένδρων ex ingenio meo dedi. olim dabant omnes libri δένδρῳ aut δένδρω.

48. Lipſ. ὄρνιθες.

50. τῇδε Lipſ.

54. ἐλαίυ Stop.

55. κα Lipſ. Aldina, ZC. Salam. Farr. Brubach. κε HSt. unde in iuniores pervenit. τὸ (pro τὺ) Stop.

56. χιμαι-

56. χιμαιρᾶν revocavi e Lipſ. Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. et ipſa Commel. ut neſciam, qui et unde χιμαιρῶν in recentiores pervenerit.

57. πολλάκις enotaverat Leichius e m. P. quae ſigla quid ſibi velit, haud teneo. Idem eſt in Aldina, et in margine Salam. Farr. et HSt. item in Florentina, et Stop. et Lipſ. τετράκις eſt in ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. v. Callimach. ep. 56, 2.

60. videtur poëta hic conſtantia uſus eſſe, et utroque loco aut αὐτόθι aut αὐτόθε exaraſſe. nam ſententia fert utrumque.

62. eſtne idem, qui Idyll. 7, 4. Λυκωπεὺς appellatur?

64. citat h. l. ad voc. βωτρεῦν Euſtathius ad Odyſſ. μ. p. 1717. 16.

65. ἐσὶ ſolus Lipſ.

67. ἐξισόδομεν Scholiaſtes et Lipſ.

68. βυκολ. Lipſ.

70. loco ſecundi νὴ dat mediceus quartus φίλε. quod praeferam.

71. ἰθύνῃς cum iota ſubſcripto dat Aldina, Salamandr. Brubach. HSt. ἰθύνῃς ſine iota ſubſcripto ZC. Farr. quamquam hoc quidem debile argumentum eſt. nam ſexcenties illud iota aut redundat, aut male abeſt in illis vetuſtis libris. Veni tamen ex eo in ſuſpicionem, ſitne forſitan ἰθύνῃς non ſecunda perſona coniunctivi, ſed ἰθύνῃς genitivus, ab ἰθύνη, *ius aequum*. quam rem in dubio relinquam. χαρίξῃ dat Aldina, ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. unde ergo χαρίξῃ? quod eſt in ſunioribus.

72. non ſatis conſtare videtur hic locus cum verſu primo huius Idyllii ubi herus Laconis Sybarita dicebatur, (nam ſi ſervus eſt Sybarita, ut ibi dicitur eſſe, neceſſe eſt, ut Sybari venerit, et ut proinde herus eius etiam ibi habitaverit) hic autem herus Laconis dicitur nomine proprio Sybartas, et ex loco ſeu natali, ſeu habitationis, Thurius. Satis habeo nodum hunc demonſtrare, quem expedire non poſſum. vid. Valkenarius p. XXX. epiſtolae ad Matth. Roeverum. Lipſ. θωρίω.

76. Aldina, Salamandr. et Farreana poſt ὅτος carent diſtinctione. ZC. Brubach. HSt. addunt comma. Perinde eſt, ſive ὅτος ad βέντιστε, ſive ad ἐγὼ referatur.

77. pro

77. pro δ' ἄγαν dat mediceus quartus γε μὰν. quod non ſpernam.

79. de dictione ζῶντά τινα ἀφιέναι v. Caſaub. on. ad Theophraſti Charact. in fine cap. 4. Annotator Vimarienſi adſcripſerat locum Plauti in Milite. *Iam ſat eſt, amabo, ſinite abeam, ſi poſſum, viva a vobis.* Eundem locum etiam Gu. Canterus Nov. Lect. 4, 15. attulit ad Theocriti locum illuminandum.

80. μοῖσαι Lipſ. et vſ. 81. τοτ'.

85. ποθορῶσα τάλας adſcripſit Leichius e P. quorum poſterius eſt in Brubach. ἀμέλγεις eſt in Ald. Salamandr. Farn. Brubach. HSt. ἀμέλγες in ZC.

86. εἴκοτι Lipſ. Sententia eſt: Hem, ſtulte, quam tu vanus et ineptus es, in re tantilla qui te iactes. vide, quam ego tibi antecellam. Ego tibi, h. e. vide me, viginti fere corbes impleo caſeo.

87. meminit huius loci Euſtathius ad Iliad. η. p. 727. 12.

88. Clearista ſine dubio nomen eſt foeminae. Fallitur Scholiaſtes, qui Κλεαρίστα pro genitivo habet, et a Κλέαριστας nominativo repetit, quod nomen imponit patri puellae. Sed deberet ſaltim Κλεαρίστᾶς, et in genitivo Κλεαρίστᾶ eſſe, a Κλεαρίσταῖος. Sed utraque forma Graecis eſt ignota. Annotator Vimar. adſcripſerat [Agell. 9, 9.] v. quoque Nonnii Syllog. Miſcell. c. 5. T. 1. Lamp. Grut. p. 1306.

89. Caſaubonus e ſcholiis commemorat lectionem παρτελῶσα, quam improbat, et ex Euſtathio παπτυλιάσθει.

90. Caſaubonus putat, Scholiaſten legiſſe ὁ Κρατίδα, *filius Cratidae.* ſed v. vſ. 99.

91. σείετ' Ald. Salam. Brubach. HSt. σεύετ' Flor. ZC. Farr. Stop. neque hoc male.

92. ad hunc verſum adſcripſerat Leichius. [Procopius Sophiſt. in Epiſt. p. 441.] Annotator Vimar. [Ἀνεμῶναι eſt apud Procopium Sophiſtam in Epiſt.] quam lectionem vulgatae praefero.

94. omnes habent λεπτὸν, praeter Toletanum Schotti, et ZC. qui dedere λεπρὸν, quod recepi, ut exquiſitius. *pelliculam ſcabioſam, maculoſam.* αἱ μὲν] glandes quernae, quibus comparat puellam. αἱ δὲ] poma ſilveſtria, quorum colori comparat colorem pueri ſui, Cratidae. Perverſe accepit h. l. Scholiaſtes.

97. ἀρκεύθῳ Ald. Salamandr. ἀρκεύθω ZC. Farr. Brub. HSt.

98. πέξω reliqui omnes, praeter ZC. qui πέξῳ, geminae lectionis indicandae ergo, dedit. v. ad Idyll. 1, 6.

99. αὐτὸς] *ultro, ſponte mea.*

100. καὶ μηκάδες P. Ald. reliqui τὰ μ. rectius.

102. κάναρος ſolus Lipſ. Aut haec non conveniunt Comatae, ſed Laconi, aut Conarus, et Cymaetha et Phalarus non ſunt nomina caprorum et caprae, ſed arietum et ovis. Sed oves morſu carpere quercus ſolere, mihi non conſtat. Κίναιθα dat Scholiaſtes.

103. ἀντλὰς Lipſ. quod non intelligo. Sed neque vulgata ſatis placet. Sententia videtur poſtulare nomen arboris alicuius aut arbuſti.

ibid. pro ἐς dat mediceus tertius bis ἐντὶ.

105. Πραξιτέλευς dant omnes veteres, quod revocavi. ſola Commelin. Πραξιτέλης.

107. διώκειν M. P. Aldina, διῶκεν ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt.

108. pro αἰ, quod eſt in omnibus, malim αἰ, *ſi, cum.*

109. de quatuor variantibus lectionibus, quas Scholiaſtes affert, nullam reperi meis in libris, praeter primam. ſed quintam etiam habeo, quam non dubito ſolam veram eſſe. Suſpicor ſcilicet legendum eſſe, ἐντὶ γὰρ ἁμαὶ. et vix me continui, quin illi vulgari lectioni, quae nihili eſt, ſufficerem hanc, quam res ipſa et affectus paſtoralis ſimplicitas atque ingenuitas poſtulat. Paulo plura hoc de loco dicam libro ſecundo harum Animadverſionum Theocritearum. ἁμαὶ eſt pro ἐμαὶ aut αἱ ἐμαὶ. Sic etiam apud Callimachum H. in Cererem vſ. 105. ἁμαὶ γὰρ ἀπειρήκαντι τράπεζαι.

110. 111. ἐρεθίζω et ἐρεθίζετε Lipſ. Pro θὴν dat Toletanus Schotti δὴν.

113. ſola Ald. ἀεὶ.

114. καυθάρως Scholiaſtes.

115. Haud ſcio, poſſitne ex Euſtathio ad Odyſſ. ξ. colligi, illum ὄρητε h. l. legiſſe. Locus eſt p. 1763. 25.

116. ἢ deeſt Lipſ. Pro σεσαρῶς dat Schol. σιγηρῶς.

117. ποτεκιγκλίζευ uno verbo recte dant Ald. et Brubach. quod revocavi. ποτε κιγκλίζευ diviſis vocabulis ZC. Salamandr. Farr. HSt. ſola Commel. dat ποκα κιγκλίζευ. Idem eſt atque vulgare πρὸς κιγκλίζῃ.

118. ὄγκα μὲν Ald. ὄκα μὲν ZC. ὄγκα μὲν Salam. Farreana, Brubach. HSt. omnes hi ποκα omittunt. ὄκα μάν ποκα τῇδε Commelin. Delevi ποκα et revocavi veterem lectionem. Poterat quoque μέμναμαι, ὄκα μὰν (vel μὴν) τῇδε exarari. Schol. τεῖνδε.

119. Etymolog. M. finem huius versus recitat sic: καλῶς μέλλα τοῦτό γ' ἴσαμεν, v. ἴσθι. sed apparet ex ipso loco, illius auctorem non aliter, atque in vulgatis libris est, legisse.

121. γραίας non videtur h. l. accusativus pluralis, sed genitivus singularis esse, ut haec sit sententia: O Morson, increscit, exacerbatur, ad irascendum consurgit, nonnemo. (Laconem designat.) nonne tu, mi Morson, id incipis sentire? quapropter auctor tibi sim, ut cito hinc abeas ad anus alicuius sepulcrum, indeque scillas evellas, quibus hic homo ab insania, qua afflatus est, liberetur, et ad mentis sanitatem revocetur. παραισθάνεσθαι est, obiter et velut aliud agendo sentire, non penitus quidem percipere, sensu tamen aliquo rei cuiusdam, tametsi obscuro, tangi. v. Palmer. Exerc. p. 800. qui Danielem Heinsium, pro more suo, carpit, meritum illum quidem, hominem persaepe nugas suas Theocrito ingerentem, et a quo poëta noster ornamenti parum abstulit. Quid sibi velit, cyclaminum effodere, neque novi, neque reperio, qui docuerit. Forte cyclaminus item, ut scilla, detrahendis e capite noxiis humoribus et cerebrum perturbantibus, serviebat. Schol. τίλλειν.

122. μὰν solus Lipsi. caeteri μὲν. idem κνίσσω.

123. ἐλθὼν Lipsi. et Schol. νιν Ald. Flor. Salam. Farreana, Brubach. Stop. νυν ZC. HSt. Dubium est, ἐς τὸν Ἄλεντα quo pertineat, num ad ἐλθὼν, *progressus ad Alentem*, an ad θρύσσε. Quod si posterius obtinet, tum illa verba significabunt *apud Alentem. effode illam herbam apud Alentem crescentem.*

125. τὰ δέτοἱσία Ald. vehementer dubito, ut vulgaris lectio τὰ δέ τοι σία καρπὸν ἐνείκαι vera sit. quid enim sibi vult ea dictio, *alga tibi fructum ferat!* Quid si ferret? quid inde magni emolumenti? Estne alga imago vel symbolum, e quo intelligatur res omnis infructuosa; et fructus e plantula tam sterili enascens estne nota tam prodigiosae felicitatis temporum, ut ipsae res natura sua steriles et emortuae tamen fructus uberrimos pariant? Aut haec sit sententia dictionis pro-

verbialis, neceſſe eſt, aut verba corrupta ſint. Numquid ergo legendum τὰ δ' ἐτώσια vel τὰ δὲ τηύσια, ferant fructum vel ipſa adeo ſterilia, quae antea ſpem meſſoris vel ſatoris ludebant.

126. ἁ συβαρῖτις] ſubaudi κρήνη. v. vſ. 146. τὸ πότορθρον uno vocabulo exaravi, quamquam in omnibus libris πότ' ab ὄρθρον avulſum vidi. In Aldina tamen ſic eſt exaratum: τὸ ποτ'ὄρθρον, tanquam ſi unum eſſet vocabulum, in quo praeter accentum nihil eſſet vitioſum. nam in codicibus graecis manu exaratis creberrime conſpiciuntur ſpiritus mediis in vocabulis compoſitis illi vocali impoſiti, quem voces ſimplices erant habiturae. Recte ad hunc modum exaretur πότορθρον et προσῴκειν. et ſic multis in locis ſcriptionem membranarum Lipſienſium Ceremonialis Byzantini repraeſentavi, eoque de more exarandi plura dixi in Commentariis ad illud Ceremoniale.

127. τὰν κάλπιδα dant omnes mei libri. ſed ea vitioſa lectio eſt, ut cuique patet. quare lectionem a Scholiaſta traditam, quam Scaliger ſibi tanquam ſuum inventum arrogavit, recepi, τᾷ κάλπιδι. quod etiam Schottus Obſerv. 2, 46. ſe reperiſſe in Toletano teſtatur. βάπτειν eſt proprie detrudere, demergere. recte ergo utrumque dici poteſt, tam τὴν κάλπιδα κηρίοις βάπτειν, *ſitulam in favos mellis detrudere*, quam τῇ κάλπιδι κηρία βάπτειν, *favos mellis ingeſta ſitula detrudere, deorſum premere.* Sic Apollon. Rhod. 4, 157. de Medea draconem, cuſtodem velleris aurei, ſopiente ramo medicato:

ἡ δέ μιν ἀρκεύθοιο νέον τετμηότι θαλλῷ
βάπτεσ' ἐκ κυκεῶνος ἀκηράτα φαρμάκ' ἀοιδαῖς
ῥαῦε κατ' ὀφθαλμῶν

illa ramo iuniperi recens amputato, eum (draconem, ſeu caput eius) *deprimens, conſperſit, velut rore quodam, medicamentis e cyceone, quibus per carmina vis integra, illibata, indomita, eſſet addita.*

128. libri conſtanter κύτιλον. Sed revocavi e Scholiaſta lectionem κύτισον, quam veram exiſtimo.

131. ῥοδοκισσὸς dat Ald. unde effeci mutato tantum accentu ῥοδόκισσος. Sententia eſt: pari quoque modo rhodocciſſus illis ſuppetit. Caeteri omnes dant ῥόδα κισσὸς duobus vocabulis. Scholiaſtes ῥοδόκισσος uno vocabulo (per α) dat. Salmaſius ad Solinum pro κισσὸς commendat κίσθος.

132. ὦκ

132. οὐκ ἐραμαι Ἀλκίππας] ſubaudi τοῦτο. *non amo factum hoc Alcippae, in ea hoc diſplicet, quod* — pari modo in altero verſu, qui huic reſpondet, ἐραμαι μέγα ſubauditur τοῦτο. *magni facio egregium hoc Eumedis facinus.*

133. ad hunc verſum adſcripſerat annotator Vimarienſi [Genus eſt oſculandi, quod χύτρον appellabant, teſte Polluce, libr. 10. ubi de coqui inſtrumentis diſſerit. Sic Plautus in Poenulo: *Sine te uxorem, ſine te prendam auriculis, ſine dem ſuavium.* Tibullus l. 2. *oſcula comprenſis auribus eripiet.* vulgo *compreſſis.* Εὔνικος ἐν αἰτίᾳ λαβοῦσα τῶν ὤτων φίλησον τὴν χύτραν. Plutarch. περὶ τοῦ ἀκούειν in principio. οἵ τε πολλοὶ, τὰ μικρὰ παιδία καταφιλοῦντες, αὐτοί τε τῶν ὠτῶν ἅπτονται. Ariſtaenet. in Ep. 5. αὐτή τε τῶν ὠτῶν λαβομένη τρὶς σε φιλήσω. Suidas χύτρον χῶμα καὶ φιλήματος εἶδος.] Dialogiſmus IX. Lilii Gyraldi (T. II. Lampadis Gruteranae p. 410.) ſic eſt inſcriptus: *de eo oſculi genere, quod a noſtris parentibus Florentinum appellatur, unde originem, et cur, ubi Tibulli, Plauti et Theocriti verſus explicantur, deque verbo* anteſtari. Vbi ſtatim a principio ſic ait: A patribus noſtris et avis, cum puer eſſem, memini, dum me oſcularentur, audiviſſe, Florentinum oſculum eos mihi dare, quo oſculo apprehendebant utrinque aures et oſculabantur. Poſtea cum ſtudiis operam impenderem, comperi, conſuetudinem hanc oſculandi antiquiſſimam eſſe, non ſine ratione factam; quin imo et graeci et latini ſcriptores claſſici, ut paulo poſt oſtendam, eius meminere — Legi merentur, quae tum Gyraldus e Plutarcho, Polluce, Theocrito, Plauto, Tibullo affert. Ipſe memini, ſaepe mihi puerulo tale oſculum Florentinum impreſſum; et cum uxorem paulo θερμότερον amplector, eo genere utor. ut, qui locum hunc Theocriti, in paucis lepidum et ſimplicitatis ingenuae refertum culpavit, et ruſticitatis accuſavit, (fuit enim, qui id faceret, ſed eius nomen memoria effluxit) nae fuerit antiquitatis pariter et ipſius naturae rerum plane ignarus.

142. pro γὰρ dat mediceus quartus et Lipſ. μὲν.

144. τὸν ἀμνὸν dant Lipſ. et omnes veteres ante Commelin. quae τὰν ἀμνὸν dat. revocavi veterem lectionem. v. vſ. 24 et 149. ubi etiam veteres libri νύμφαις τὸν ἀμνὸν dant, ſalvo metro. ὠρανὸν Flor.

ibid. ἀνυσάμαν eſt mihi confeci, peperi, tuli, praemium mei laboris. Convenit cum illo Callimachi H. in Delum vſ. 187. βασιλῆος ἀέθλια πολλὰ καμόντος, ubi ἄεθλα καμεῖν idem eſt,

atque κύεσθαι, *praemia virtutis labore suo sibi parere.* ubi alii aliter accipiunt.

145. κερυλκίδες, quod Scholiastes affert, in nullo meorum reperi.

147. κορυττίλος dat Ald. ut legendum censuit Valkenarius Ep. ad M. R. p. XLII. inde revocavi. caeteri omnes κορυπτίλος.

148. τῶν αἰγῶν Lipsius. Scholiastes θλάσω dat, et absurde, ut alia multa, exponit. ἢ ἐμὲ revocavi e vetustis. sola Commel. dat ἢ γ' ἐμὲ.

149. μοίσαις Stop. Ald. et margo Salamandr. Farr. HSt. νύμφαις ZC. Salam. Farrean. HSt. νύμφαισι Brubach. Commelin. Poterat, quisquis est illius seu lectionis, seu, si sic volumus, emendationis, auctor ea opera supersedere. Iam supra vs. 144. τὸν ἀμνὸν pro antibaccheo --υ adhibuerat poëta. Mihi certa sedet sententia, in qua iam a multis versor annis, et in dies magis magisque confirmor, poetas graecos ignorasse, et, si noverunt, contemsisse illa prosodica grammaticorum commenta, et syllabas pro lubitu, ex rei cuiusque praesentis necessitate aut convenientia, usurpasse promiscue, ut easdem literas syllabasve, prout res quaeque aut animus ferret, modo producerent, modo corriperent, legis certae aut nescii, aut impatientes; ut nostri maiores, Lutherus, Hans Saxe, et eorum aequales. Inter lectiones νύμφαις et μύσαις nihil intererit discriminis, ad sententiam certe, si vera sunt, quae perhibet Scholiastes ad Idyll. 7, 92. verumtamen vereor, ne ille fumum vendiderit, aut deceptus ipse fuerit. Nam Scholiastae saepe ineptiunt, inscitia rerum, et ingenii domestica stultitia. Pro τὸν dant medicei omnes τὰν.

AD IDYLLIVM SEXTVM.

1. Eustathius ad Iliad. γ. p. 395. 18. ὁ δὲ Θυμοίτης πλεονασμὸν ἔχει τῦ ι ἐκ τῦ θυμὸς, ὡς ἐκ τῦ δᾶμος, ἤτοι δῆμος, ὁ Δαμοίτης παρὰ Θεοκρίτῳ, καὶ ἐκ τῦ μένος, ὁ Μενοίτιος.

2. affert Casaubonus e Scholiasta inedito Genevensi locum, unde colligatur, in libris quibusdam fuisse συνάγαγεν in singu-

ſingulari. Dorvillius tamen ad Chariton. p. 488. negat, ſe illam in ullo ſuorum librorum reperiſſe.

4. μέσῳ cum iota ſubſcripto Ald. Salam. Brubach. HSt. μέσω (ſine iota, in genitivo) ZC. Farr. quod verum puto. *die quodam aeſtatis mediae*, ſeu *iam adultae*. ſed parum profecto refert.

5. ἐρίσδεν (pro ἐρίζειν) Aldina, Salam. Farr. Brubach. HSt. ἔρισδεν [pro ἤριζεν] Commel. revocavi veterem lectionem, et nova diſtinctione illuminavi. Sententia eſt: Daphnis contentionem cantionis exordiebatur, quia maior natu erat. nam πρῶτος poſterius accipio de homine natu maiore, quam ſit alter. Quae ſi cui minus videatur probabilis interpretatio, poterit ille, commate, quod appinxi, obliterato, locum accipere de homine, qui princeps ſit contentionis poëticae, qui caeteros omnes arte canendi et carmina pangendi facile ſuperet.

7. μάλοισιν libri omnes. ut neſciam, qui factum ſit, ut in mea editione μάλοισι ſit exhibitum. ego equidem ν non deleveram in illo exemplo, quod operae typographicae ſecutae ſunt. ſed nihilo factus eo eſt poëta deterior. σι producitur a caeſura. Pro δυσέρωτα τὸν malim uno vocabulo legi δυσερώτατον.

8. ποθόρησθα recte dat Aldina ſola. quod revocavi. nam eſt a ποθόρημι Dorico, pro προσοράω. v. vſ. 22. et 25. ποθορῇσθα ZC. in ſcholiis. ποθ' ὁρῇσθα ZC. in texto, Salam. Farr. Brub. HSt.

9. f. πάλιν, ἀνίδε, τὰν κύνα β. *rurſus, ecce, canem iactu ferit.*

10. Citat ex hoc verſu v. βαύζειν Euſtathius ad Odyſſ. π. p. 1749. 40.

11. φαίνει eſt in omnibus libris. malim tamen ξαίνει, *adſpergunt eam, madefaciunt undae.*

12. ᾄσυχα ZC. in ſcholiis. καχλάζοντες Flor.

13. φράζεο omnes veteres.

15. αὐτόθι Lipſ. mediceus ſecundus et quartus, item Scholiaſtes. αὐτόθι omnes editi. Scholiaſtes illud exponit, *ab ipſo ſtatim principio cum tu eam perſequeris.* vulgatae ſententia erit: *etiam ibi adeo, cum tibi occurrit, cum ſe tibi ultro ingerit.* διαθρύπτεσθαι ſignificare, *delicias facere*, hoc eſt, *ſimulare contemtum, averſationem, odium eius, quem tu ames*, id vero extra dubium eſt. Sed cur hanc gerat ſignificationem,

nem, id vero paulo eſt obſcurius. Nam a principio, vel proprie, ſignificat *ſeſe mallem, facilem, obſequioſum praebere.* videtur tam repugnantium ſignificationum hoc vinculum eſſe. θρύπτειν eſt comminuere et velut commolere, ſeu frangendo, ſeu macerando. Homines itaque διατεθρυμμένοι, luxu et mollitie fracti, ad leviſſimam quamque ſpeciem rei novae, inſolitae, cuiuscunque denique offenſionis, horrent et nauſeant, et contorſione vultus corporisque miris geſticulationibus averſionem animi ſui a popularitate quadam ſignificant, a qua ſui generis nobilitatem morumque ſuorum elegantiam plurimum abhorrere teſtantur.

16. φρύττει omnes editi. φρύγει Lipſ. mediceus ſecundus et quartus. φαίνει mediceus tertius.

18. γραμμὴ h. l. eſt idem, quod alias τὸ σκάμμα, linea ducta in ſtadio ſeu campo ludis gymnicis conſecrato, ad quam usque procurritur. quo de vocab. v. Leopard. Emend. 1, 22. In illa linea ponebatur ſaxum, pro meta. et quia ſaxum hoc erat terminus curſus, pro omni deinde rei cuiusque termino uſurpabatur, ultra quem evehi nefas ſit. *Movere* itaque *ſaxum a ſcrobe*, eſt, terminos rerum mutare atque transferre, et omnia commiſcere. Sententia loci igitur haec eſt: Galatea ſacros et ſanctos amoris terminos movet et conturbat. Lex nempe amandi haec eſt fixa immobilis, ut amentur amore digna, et a quibus tu redameris. Illa vero hanc legem migrat. amat te, qui turpis es, et fugit te, amantem ſui, et rurſus faſtidita te perſequitur. Hoc vero eſt in amando ſusque deque omnia habere, et nulla ratione duci. Locus Euſtathii a Caſaubono excitatus, ad ſententiam quidem perſpiciendam, nihil nos adiuuat. Eſt ad Iliad. ζ. p. 633. *pen.* et Odyſſ. α. p. 1397. 32. Corrigam a re invitatus locum Xenophontis in fine Ageſilai, ubi pro πρὸς τῷ σώματι τῷ βίῳ ὢν legendum eſt πρὸ τῷ σκάμματι τῷ βίῳ ὢν, *ad metam vitae perlatus.* Adſcripſerat ad h. v. annotator Vimar. Polluc. l. 9. p. 490.

19. pro poſteriori καλὰ eſt καλὸν in Stop. vitioſe.

20. ἀνεβάλλετο καλὸν ἄειδεν. P. Ald. in quo veſtigia lectionis ἀνεβάλλετο κἄλλαν ἀείδειν, id eſt, καὶ ἄλλην, ſcil. ᾠδὴν ἄδειν. vulgata eſt in ZC. et reliquis omnibus libris, et confirmatur a vſ. 4. et 7, 91. καὶ τόδ' ἄειδεν Flor.

22. πε-

22. πρόθυρῆμαι mediceus quartus.

25. κνίζω et 28. παπταίνουσα Scholiastes, quae vix sunt in variantibus habenda.

29. idem est, ac si dixisset ἡ τὸ αὐτὴν ὑλακτεῖν σιγὴ πάρεστι τῇ κυνὶ. *canem tenet silentium allatrandi eum. ipsa canis nil curat eam latrare, latratu non amplius eam accipit venientem, sed silentio transmittit.* Annotator Vimar. adscripserat [scil. ἐπέταξα.]

30. ἐκνυζᾶτο revocavi ex Ald. et vetustis reliquis. sola Commelin. ἐκνυζᾷτο.

32. κλαξῶ Flor. ὀμώσῃ P. Ald. ZC. Salam. Farr. quod revocavi. ὀμόσσῃ Brubach. HSt.

34. pro κακὸν dat ZC. in scholiis αἴσχιον. (non αἰσχρὸν, quod editiones iuniores dant) quae lectio αἴσχιον et cum sensu et cum metro stare potest.

35. ἐσέδρακον Flor.

38. αὐτὰν sola Aldina. nil frequentius quam αὐτὴ et αὐγὴ in vetustis libris permutari. In ὑπέφαινε subauditur ὁ πόντος vel ἡ θάλασσα a communi. *mare intuenti mihi retorquebat ad oculos nitorem a dentibus meis, Pario marmore splendidiorem.*

39. de fascini averruncatione vid. Casauboni L. Theocrit. c. 8.

41. ἱππολόωντι Aldina, Salam. Farr. Brubach. HSt. ἱπποκίωνι Lipsi. ZC. tam in texto, quam in scholiis. v. Schol. ad Idyll. 10, 16. ubi eadem recurrit diversitas lectionis in libris. ἱππολίωντι Flor.

43. ὁ μὲν, Damoetas Daphnidi. ὁ δὲ, Daphnis Damoetae.

ult. νίκα Ald. Salam. Farr. Brubach. HSt. νίκη ZC. ἄλλος pro ἕτερος a recentioribus Graecis usurpatur. Sic est illud Arati Phaenom. 49. αὐτὰρ ὅ γ' ἄλλην μὲν [id est, τὴν μὲν ἑτέραν ἄρκτον] νώτῳ ἀποτέμνεται ὑρῇ, ἄλλην δὲ [id est, τὴν δὲ ἑτέραν] σπείρῃ περιτέμνεται. vid. ad Idyll. 7, 36.

AD IDYLLIVM SEPTIMVM.

Idyllium hoc inſcribi Λυκίδαν ἢ Θαλύσια perhibet Etymolog. M. v. διεκραυώσατε. recte poſtremum, ſed alterum perperam. Non totum hoc Idyllium Lycidas uſurpatur, ſed tantum illa eius pars, quae a vſ. 52 ad verſum 90. procedit. (v. ad vſ. 52. dicenda.) Notus ille mos veterum, partes poetarum peculiaribus ſuis quasque nominibus laudandi, quo de more plura dicentur ad 25, 84.

1. f. hic et vſ. 151. leg. καὶ Θεύκριτος. nam Eucritus graecum nomen proprium, quod ſciam, non eſt. Quae lectio ſi admittitur, Theocritus noſter hic ſignificatur, et auctor huius carminis non eſt, ſed Simichidas, homo a Theocrito multum diverſus. Valde mihi quidem haec ſuſpicio blanditur. Nimis clare loquitur verſus 21. et 50. carmen hoc Simichidae, non Theocriti, eſſe. Neceſſe eſt, ut ab homine Coo ſit profectum. loquuntur id omnia. peritia rerum Coacarum, conſuetudo cum hominibus Cois contracta, vinum Pteleaticum, (vſ. 64.) quae omnia ſunt ab homine Syracuſano aliena, qui ſi unquam Con venit, non admodum diu ibi egiſſe cenſendus eſt. Forſitan tamen Theocritus nunquam illam inſulam adiit. Et profecto, ſi bene memini, fuere, qui alii, cuidam poetae, neſcio cui, tribuerent. ἐγὼν Flor.

2. σὺν καὶ τᾷ.] locum hunc citat Apollonius Dyſcolus p. 131

3. pro δ dat Lipſ. καὶ. item Flor. et Scholiaſtes, qui redundare id ait.

4. λυκώπεως dant alii, teſte Scholiaſte. ubi ως in unam ſyllabam coaleſcit. ἐσλὲν dat Stop. et ſic quoque idem verſu 12.

5. τῶν ἐπ' ἄνωθεν Ald. unde unum vocabulum ἐπάνωθεν effeci. caeteri omnes dant ἐπ' ἄνωθεν. In fine verſus malim Κλυτίας τε κ' ἀγαυῶ Χάλκωνος.

6. Βρέϊναν Lipſ. Ald. Brubach. margo HSt. Schol. Βρέειαν ZC. HSt. ſchol. Βρέειναν Salamandr. Farrean. Βριέαν mediceus quartus. Βρίναν Flor. Βρίννην appellat poëta neſcio quis epigrammatarius apud Galenum, cuius carmen recitat Weſſeling. T. II. p. 299. Diodori Siculi. Euſtathius

ad

ad Dionyſ. Perieget. 511. p. 73. ed. HSt.) Βέβηνα πηγή τις παρὰ Θεοκρίτῳ Ἰταλικὴ βοὸς ῥὶν παρονομαζομένη. fefellit eum ſine dubio memoria ſua. fons non eſt Italicus, ſed Cous. Cavit hunc errorem p. 309. 2. Comment. ad Iliad. β. ubi etiam hunc Theocriti locum commemorat. ἐκ ποδὸς eſt, *inflictu* aut *innixu pedis*. Sic de Hercule perhibet Apollonius Rhodius 4, 1446. λὰξ ποδὶ τύψεν ἐνερθε, τὸ δ' ἀθρόον ἔβλυσεν ὕδωρ. et ſunt alii quoque auctores talium commentorum de aliis pleni.

7. ἐρυσάμενος Schol. vitioſe.

8. ἔφαινον dant editiones omnes. ſuſpicor tamen, poëtam dediſſe ὔφαινον, et video nunc, in ea ſuſpicione Danielem Heinſium mihi praeveniſſe. Nil me movent ea, quae Caſaubonus et Erneſti pro vulgata attulerunt, ille in L. Theocr. ad h. l. hic ad Callimachi H. in Apoll. vſ. 57. p. 54. Graeci uſurpant ὑφαίνειν de iis, quae, cum conſtent rebus diverſi generis, ita inter ſe perplexa et contexta ſunt, ut ex illa copulatione corpus unum enatum ſit. Si metrum pateretur, conveniret melius κατηρεφὲς, in neutro ſingulari, quam κατηρεφέες.

10. σῆμα Stop. et Schol.

11. τῷ ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. τὸ Ald. et Scholiaſtes, quod recepi. ἀνεφαίνετο Flor.

12. σὺν μοίσαισι referendum eſt ad εὕρομες. *incidebamus beneficio Muſarum in virum quendam bonum.* v. Id. 2, 30.

13 Λυκίδαν Ald. Brubach. HSt. Stop. Λυκίδας Lipſ. Salam. Farr. margo HSt. Eſtne hic Lycidas idem. atque ille, quem Bion bis commemorat, ut hominem ſibi carum et amicum, Idyllio 4, verſu penultimo, et 7, 1. Cretenſis fuit, et videtur eodem tempore Alexandriam, aut ſponte ſua, aut accitu regis Ptolemaei, profectus eſſe, quo Theocritus, et in illo itinere cum Syracuſano poëta in Aſia congreſſus eſſe, ſi modo carmen hoc a Theocrito profectum eſt.

14. ἀγνοεῖν ſaepe eſt *errare*, *labi*, *a vero in transverſum agi*, hic in noſcitando. Verſum hunc in mente habebat Euſtathius ad Od. ϱ. p. 1824. 28. ſic ſcribens: καθ' ἃ καὶ ὁ παρὰ Θεοκρίτῳ αἰπόλος γνωσὸς φαίνεται ἀφ' ὧν ἐκεῖνος λέγει αἰπολικῶν σημείων.

16. verſum hunc videtur Scholiaſtes Nicandri Theriac. 577. reſpexiſſe.

18. πλακερῷ revocavi ex Aldina, ſcholiis ZC. Brubach. margine HSt. Commel. πλοκερῷ eſt in ZC. Salam. Farr. et commemoratur quoque in Scholiaſta. Praetuli illam priorem,

quae eſt ἀπὸ τῦ πλάζεσθαι. cingulum illud eſt πλακερὸν, quod in lumbis natat, laxum, pendulum, et male adſtrictum eſt.

19. εἶπε eſt in libris omnibus. ego tamen nullus dubito, legendum eſſe εἶδε. *intuebatur me, ore ad lenem riſum diducto, et oculis blandum ad riſum exhilaratis.* Annotator Vimar. ad h. l. adſcripſerat Heliodori haec ex Aethiopic. 2. πρὸς ταῦτα ἐμειδίασεν ὀλίγον καὶ βεβιασμένον καὶ μόνοις τοῖς χείλεσιν ἐπιτρέχον.

20. πόδας eſt in omnibus libris meis. ſed praetuli πόδα, e Scholiaſta. *meridianum pedem trahere*, eſt, *tempore meridiano ambulare.* Etiam vita Theocriti in editione ZC. πόδα dat. quamquam ibi quoque Aldina πόδας exhibet. et pro τυ Aldina ibi συ et ZC. τὸ. quod τὸ ſi admittitur, poteſt πόδας locum obtinere. nam τὸ μεσαμέριvον tum erit adverbialiter, *tempore meridionali*, ut τὰ ποθέσπερα, τὸ πότορθρον. Poſt haec ſcripta reperi locum hunc a Fulvio Vrſino p. 18. Virgilii collati ſic recitatum τὸ μεσαμεριvὸν πόδας ἕλκεις.

22. mediceus tertius et quartus ἐν αἱμασιαῖσι.

23. ἐπιτυμβίδιαι Flor. κορυδαλλίδες (gemino λ) Lipſ. Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. uno λ autem HSt. et Scholiaſtes. Meminit huius loci Thomas Magiſter in v. κόρυδος. v. ad Idyll. 10, 51. ἡλαίνοντι Flor.

25. ἐπιθρώσκοις ſolus ZC. ὥς τι ποσὶν ἰσσομένοιο Ald. unde effici poſſit ὥς τοι ποσὶν ἐσσυμένοιο. et ſane τοι dat Lipſ. Stop. Flor. et margo Salamandrinae atque Farreanae. ut ποσὶν ἐσσυμένοιο ſic abſolute per ſe ſtet, *te pedibus incitato*, h. e. feſtinante, quemadmodum Idyll. 2, 80. eſt λιπόντων, *utpote qui reliquiſſent.* ZC. ſic dedit ὥς τευ ποσὶ νεισομένοιο. item Salamandrina. ſed Farreana peius ὥς τευ ποσὶν εἰσσομένοιο. Calliergum ſecutae ſunt Brubach. HSt. et caeterae iuniores, item ſcholia ſic dant, niſi quod ποσὶν. P. νισσομένοιο. Annotator Vimar. adſcripſerat [Ariſtoph. 23. ἐκτυπεῖτο δὲ ἐμβὰς γερόντων εὐρύθμοις προβάσμασι. F. V.] id eſt, Fulvius Vrſinus. Eſt locus e Veſpis.

26. πταίοισα ποτ' ἀρβυλίδεσσι idem eſt, atque ταῖς ἀρβυλίσι προσπταίουσα. ποτὶ eſt poſtpoſitum verbo, pari modo, atque κατὰ poſtpoſitum eſt verbo τίλλουσα Idyll. 2, 54. v. Voſſ. ad Catullum p. 290. Locum hunc citat Etymolog. M. v. ἀρβύλη. Euſtath. ad Iliad. ι. p. 746. 2. αἱ δὲ παρὰ Θεοκρίτῳ ἀείδουσαι λίθοι ἐν τῷ προσπταίειν ἀρβύλαις βυκολικὴν ἔχουσιν ἀφέλειαν. Idem p. 1236. 4. Θεόκριτος δὲ, ait, θρασέως λέγει πᾶσα λίθος ἀείδει.

34. ἄ-

34. ἄλωνα mediceus tertius.

35. pro ξυνὰ δὲ καὶ ἀὼς, quod habent libri omnes, mavult cl. Valkenaer in notis ad Moſchi leſſum in Bionem p. 81. ξυνὰ δὲ καὶ ᾠδὰ. Fateor, eſſe aliquid obſcuritatis in lectione vulgari, et hanc lectionem, ab eo commendatam, eſſe planiorem. Verumtamen eſt vulgata, ſi ſemel eius vim perſpexeris, exquiſitior atque elegantior. Sententia haec videtur eſſe: age bucolico certemus carmine, quoniam hoc matutino tempore, quod nos pariter nunc agimus otioſum, viam quoque agimus eandem. Poeta itaque ἀῶ appellat tempus illud diei, quod ab ortu ſolis ad τὴν πλήθουσαν ἀγορὰν, ſeu meridiem ferme, vacuum aliis negotiis, effluit. quo tempore obambulare ſolebant, donec tempus inſtaret in forum coëundi, et negotiis forenſibus vacandi.

37. f. καὶ γὰρ ἔχω 'κ μοισᾶν κ. τ. *habeo enim a Muſis mihi datum os ſonorum.*

40. de Phileta v. Moſchi Idyll. 4, 99. et Schol. Nicandri p. 1.

41. Leichius e P. βάτραχος notaverat, et e Lipſ. ἐρεισάω. quod annotandum duxi, quo conſtaret, etiam hoc exemplo, ἐρείδειν et ἐρίσδειν inter ſe a librariis permutari.

42. γελάσσας Lipſ. Ald. Salam. Farr. Brubach. HSt. γελάξας ZC.

44. ἀληθείᾳ Lipſ. Adſcripſerat annotator Vimar. locum Euripidis e Phoeniſſis ὦ Διὸς ἔρνος Ἄρτεμι.

46. mediceus primus ὠρομέδοντι dat, quae lectio ita vehementer placet, ut, ſi ſatis mature de ea mihi conſtitiſſet, fuiſſem eam in textum recepturus.

51. ἐν ὄρει non eſt, ſimpliciter ad literam, *in monte*, ſed *rure*, etiam in plano ſolo. Pro his verbis aut invenit in ſuis libris Euſtathius ὤρῃ, aut deceptus a memoria ſua id attulit. v. Caſaubon. Lect. Theocr. cap. ult. qui videtur eam lectionem probare. quam non ſatis intelligo. In ἐξεπόνασα ſibilantem literam duplicat Lipſ. Recitat Euſtath. ad Iliad. α. p. 125. 18. h. l. ſic: τοιοῦτον καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ τὸ ὄρη φίλε ὃ μελόδριον ὤρῃ ἐξεπόνησα. τυτέχνη, ὄρα τὸ μέλος, ὃ καθ' ὥραν ἐπονήσαμεν. Fefellit Euſtathium memoria.

52. Huic verſui praeponunt P. Aldina, ZC. et Brubach. A. hoc eſt, perſonam Lycidae, cuius ſunt omnia inſequentia ad vſ. 90. Probo factum, ſed conſtantiam deſidero. debebat enim pari modo verſu 96. Σ. praefigi, ad indican-

dum, ſequentia Simichidae eſſe. verum id omiſerunt. Deeſt etiam A editioni Salam. Farr. HSt. v. ſupra ad inſcriptionem huius idyllii dicta.

53. v. ad hunc verſum Caſaubonus ad Athenaeum p. 874.

54. χ' ὡρίων Lipſ. Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. κ' ὡρίων HSt. revocavi veterem lectionem. Conſtat, veteres, ut univerſe mirificum in modum inconſtantes in ſpiritibus vocabulorum fuere, ſic in hoc vocabulo, ſpiritum utrumque, aſperum et lenem, promiſcue habuiſſe, proinde atque etiam ſyllabam mediam, ρι, modo corripuerunt, (ut Callimachus, qui ὠαρίων dixit) modo produxiſſe, ut Theocritus ubique fecit. Videtur utique ſpiritus aſper huic nomini melius convenire, ſi quidem originem ſpectes. ductum enim eſt ἀπὸ τῶν ὡρῶν, ab Horis. Orion eſt ſidus, quod terris noſtris tum ſe oſtendit, quum ἡ ὠραίζ, tempus maturandis ſatis idoneum ingruit. ἴσχει dant medicei tres, Ald. Salam. Farr. Brubach. ἴσχῃ ZC. HSt. idem diverſitatis eſt in iisdem libris in διώκει, verſu ſuperiore 53.

55. ὀπτώμενον ſolus ZC. et Toletanus Schotti.

57. τήν τε omnes veteres. τάν τε Commelin.

59. τε omnes veteres, praeter ZC. e quo τὰ revocavi.

60. ὀρνίθων omnes veteres. ſola Commel. ὀρνίχων.

63. ἤμαρ Ald. ZC. in ſcholiis. ἄμαρ ZC. in texto, Salam. Brubach. HSt. ἀνήτινον Stop. et Schol.

64. παρὰ Lipſ. Stop. ſed ſaepe παρὰ et περὶ a librariis permutantur. φυλάσσων hic idem valet atque φέρων pro more Theocrito proprio. vid. Idyll. 2, 120. μᾶλα Διωνύσοιο φυλάσσων.

71. αὐλησεῦντι δὲ δοιὼ ποιμένες Lipſ. et mediceus ſecundus.

73. in ξενέας nihil invenio in libris meis differentiae. Paret tamen, nomen hoc corruptum eſſe. ξενέα non eſt nomen foeminae proprium, ſed ξενέας eſt viri. quare aut ξενέα, detracto ſibilo, legendum eſt, ut ſit genitivus, *filiae Xeneae*, aut aliud quid hic latet, mihi quidem adhuc obſcurum. alii dant ξανθᾶς, teſte Schol. ἠράσσατο dant omnes, praeter ZC. qui tam in texto, quam in ſcholiis ἠράσατο dedit, ſimplici σ. forte quia ἔρασαι et ἔραται producta habentur in ſuperioribus. βάτας Lipſ. mediceus ſecundus et tertius. Si ξενεία poſſit ſignificare *ſeceſſum ex hominum conſortio*, ſuſpicarer, hic loci mor-

bum

bum Daphnidis demonſtrari, quum exoſus humanum genus, ob alicuius mulieris amatae pertinacem averſationem ſui amatoris, in montes, hoc eſt, rus, in ſolitudinem ſeceſſit, et moerore conſumtus animam reddidit. qui morbus Idyllio primo decantatus eſt.

76. εὖτε plerique libri, ut Ald. ZC. Salam. Brubach. HSt. in Farreana certo diſtingui nequit, quis eſſet ſpiritus, lenis an aſper. Ego εὖτε cum ſpiritu aſpero exarandum curavi, id eſt, ἕ, *ubi*, quibus in montibus, Daphnis pari modo contabeſcebat, atque nix in monte Haemo.

77. mediceus tertius et quartus dant ἐσχατόωντα. perinde eſt.

78. In Comatae in arcam incluſione reperiſſe viſus ſibi eſt Palmerius Exerc. p. 801. damnatum ad lautomias Philoxenum a Dionyſio tyranno. Quae merae nugae ſunt, ſcite tamen illae excogitatae, cum ratione inſania, quae multa, et multo, quam dicere tutum eſt, maior in rebus humanis verſatur. Inter omnes gentes veteresque novasque verſatae ſunt eiusmodi fabellae lepidae, quibus docerentur homines, religionem erga deos non eſſe infructuoſam, ſed deos memores honorum eſſe, ſibi ab hominibus habitorum, et ſibi deditos e praeſentiſſimis quibusque periculis eripere. Libri Iudaeorum, Muhammedanorum, Graecorum, aliorumque referti ſunt eiusmodi exemplis prodigioſis, quae huic Theocriteo gemina germana ſunt.

85. ἐξεπόνασας Lipſ. mediceus ſecundus, et margo HSt. e ſcholiis. ἐξεπόνασσας mediceus tertius, ἐξεπόνησας quartus. ἐξετέλεσσας editi omnes mei.

86. ἐμοὶ Lipſ. Ald. Flor. ZC. tam in texto, quam in ſcholiis. quod revocavi. ἐμεῦ Salam. Farreana, Brubach. HSt. ἧμεν ſolus Lipſ.

87. ἐγὼ ZC. in ſcholiis.

88. f. φωνᾶς σῆς ἀίων, vel σᾶς.

90. μὲν αὖθις ſola Ald. vitioſe.

93. ſignificat Ptolemaeum aliquem. Lipſ. ζηνὸς.

94. ὅττι γ' ἀείδεν M. P. mediceus ſecundus, Stop. Ald. Schol. ZC. margo Salamandr. Farr. ᾧ τυ γεραίρεν ZC. Salamandr. Farreana, Brubach. HSt. ὅττι γεραίρεν mediceus quartus.

96. ἐπίπταρον Schol. ZC. ad vſ. 21. ſed hoc loco facit cum vulgata.

97. ἐρᾷ

97. ἐρᾷ Lipſ.

99. Ἄρισις mihi ſuſpectum. nomen viri proprium non eſt. Ariſton et Ariſteas ſunt nomina. num igitur Ἀρισῆς ſcribendum, ut ſit pro Ἀριστέως, an Ἀριστέας pro vocabulo triſyllabo eſt pronuntiandum?

100. μέγ' ἄριστος M. P. Stop. Aldina, Flor. margo Salam. Farr. HSt. Commelin. ſcholia ZC. ſed textus eius, Salam. Farr. et margo HSt. vitioſe dant ἄρισις. revocavi prius illud. ἀείδειν Flor.

101. duplicem patitur hic verſus interpretationem, alteram hanc: *Phoebus ipſe haud dedignetur, huius viri laudes in templo ſuo canere.* alteram iſtam: *Phoebus ipſe nil recuſet, quominus hic Ariſteas apud tripodem ſuum fidibus canat.* forte fidicen ille fuit, qua de re tamen haud conſtat.

102. ὀστέων ſcholiaſtes ZC.

103. ὁμόλας Ald. et caeteri. ſed ὁμόλᾳ Lipſ. et mediceus ſecundus. et certe in ſcholiis hic mons conſtanter Ὄμολος appellatur. ὅς γε vult Valkenaer ad Herodot. p. 535. perlevis animadverſio, e qua ſola ſi tantum ſit ſpectandum ingenium, nae perquam mediocre videatur.

104. ſola Commelin. τήνοιο. caeteri omnes, et in his Lipſ. κείνοιο.

105. revocavi ἄρα φιλῖνος ex Aldina, ZC. Salam. Farr. Brubach. margine HSt. Dorvillii Vanno critica p. 227. in iunioribus obtinebat ἄρ' ὁ φιλῖνος ex auctoritate HSt.

106. κεἰ μὲν mediceus quartus. deinde ſecundus, tertius et quartus μή τι τυ, quod vulgatae praeferam hactenus, ut μή 'τι [id eſt μὴ ἔτι] τυ exaretur. tametſi neſcio, ſitne μὴ ἔτι pro μηκέτι uſurpatum. Olim aliquando ſuſpicabar, poetam dediſſe μή τυ τοὶ παῖδες, id eſt, μή σε οἱ Ἀρκαδικοὶ παῖδες. nam diphthongus οι eſt anceps.

112. τετραμμένος eſt in omnibus libris, praeterquam in mediceo tertio, qui ſcholium eius loco exhibet κεκλιμένος. pro quo ex ingenio meo repoſui πεπραμένος, *venditus ad Hebrum*, h. e. ea conditione venditus, tanquam ſervus nequam, ut in Thraciam, h. e. in regionem ſaeviſſimam et a Graecia quam longiſſime remotam, abſportarere. In Aldina eſt ἄρτυ ex veteri more ſcribendi. Saepe in libris occurrit ἄρτος pro ἄρκτος, et ἀρτῷος pro ἀρκτῷος. In eadem et in ZC. Salamandrina

drina et Farr. eſt εὕρον. quod tenendum ad ſcholiorum intelligentiam.

115. offendit me quidem λιπόντες. non video, qui cum οἰκεῦντες conſiſtere queat. in alterutro, neceſſe eſt, ut vitium inſit. videtur in illo haerere, ſententia potius κατέχοντες, ἐπιόντες, *tenentes, frequentantes*, vel tale quid poſtulare. Cogitavi de πιόντες. An repetemus a verbo λίπτειν, *appetentes*, in aor. ſecundo, aut λίπτοντες, in praeſente. Forte videbitur hoc quibusdam haud improbabile. nam prima ſyllaba in λίπτοντες poteſt corripi.

116. νεῦμα dat mediceus ſecundus, ſolenni errore, quo α et ευ inter ſe permutantur. v. ad Idyll. 5, 25.

117. v. Broekhuſ. ad Tibullum 3, 4. 34.

119. verſabatur olim in libris vulgaribus turpiſſimus error, quem ſuſtuli. Legebatur ὐκ ἐλεεῖ με. atqui non ſe queritur contemtum a Philino Simichidas, ſed amicum ſuum, Aratum. Recte veteres omnes editiones ὐκ ἐλεεῖ μευ. Lipſ. Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. Apud primum HSt. vitioſum illud με reperio.

121. καὶ δὴ μὰν] *atqui iam dudum* — Sententia haec eſt: egone ſtultus non ſum, qui Cupidines advoco, et illis mando, ut Philino amorem Arati iniiciant. Illi vero ſuum opus iam dudum peregerunt, et Philinum tanto Arati amore inflammarunt, ut prae eius deſiderio contabeſcat Philinus, quo fit, ut ipſae mulierculae, novitate repentinae mutationis perculſae, clament miſerabundae: O Philine, forma tua diſperit. ὑποῤῥεῖ Stop. Lipſ. et mediceus ſecundus.

122. ἐπὶ προθύροισιν] Philini puta. nil iam nunc opus eſt moleſtis machinationibus, ad expugnandum Philinum, qui ultro iam in poteſtatem tuam, Arate, devenit.

124. νάρκῃσιν mediceus tertius, Salam. Farreana, quae duae etiam dant ἀνιηρῇσι, quod poſterius etiam eſt in Stop. διδόσῃ P. Ald. forte δίδωσι voluit. Sententia eſt: Conterant alii totas noctes ante fores Arati, contemti et excluſi, et ſub primum diluculum, gallis cantum ſuum exordientibus, cum homines evigilare incipiunt, ad diſceſſum ab eius foribus accingantur, ſpe amicae admiſſionis deiecti. Nos ſoli poſſidemus Philinum, nobis ſolis patet Philinus et paret.

125. pro ὑπὸ dat mediceus tertius ἐπὶ. quod recepiſſem, ſi ſatis tempori noſſem. Sententia eſt: ſolus Molon, homo ſcaevus, pinguis, ruſticus, inficetus, impurus, in hac palae-

ſtra torqueatur et excrucietur. Palaeſtram appellat illa taedia et ſupplicia, quae tolerare debent amatores ſpreti, itando ad fores amati, et ad eas iterum atque iterum pervigilando, donec tandem aſſiduitate officiorum, patientia et importunitate pertinaciam et odium vincant crudelis et ſuperbi amaſii. Schol. et Flor. dant μολὼν.

126. ἀσυχίαν appellat gaudia ſecreta, quibus amantes fruuntur, cum corpora amata clam tenent in amplexibus ſuis, reliquis omnibus rivalibus neſciis, aut excluſis. v. Aeſchin. in Timarch. p. 12. vſ. 3. ubi ἐρημίαν commemorat, et vſ. 10. ubi ἡσυχίαν. quae ſunt ibi loci vocabula obſcoena et improba, quod in notula ad h. l. interpretationi meae germanicae operum Demoſthenis et Aeſchinis adſperſa demonſtravi. μέλει Stop.

127. ἐπιφθύζασα Lipſ. τὰ μὴ καλὰ, aut interpellationes importunorum clandeſtinos noſtros cum Philino congreſſus interpellantium, aut verba ſcaeva, vi magica praedita, quibus voluntas Philini ab Arato avertatur, et ad alium aliquem detorqueatur.

128. γελάσσας Lipſ. Ald. Brubach. HSt. γελάξας ZC. in texto et in ſcholiis, Salam. Farr.

129. ἦμεν ſola Commelin.

130. Locum hunc imitatus eſt Paulus Silentiarius Anthol. VII. p. 603. quod obſervavit Arnoldus Lect. Graec. p. 171.

132. τρεφθέντες Stop.

133. σχοίνοιο Schol. ZC.

134. οἰναρέαισιν Lipſ. et, quod eodem redit, οἰναρέῃσιν mediceus ſecundus et quartus. alterutrum debebat recipi. poenitet me ſocordiae meae, qui hoc praeterviderim. οἰναρέαι dicuntur, non οἰνάρεα. verſatur tamen in omnibus libris editis οἰναρέοισι.

135. verſum hunc citat Euſtathius ad Il. ρ. p. 1112. 35. Ἀωρισῖς δὲ ἀμὶν συτέλλοντες καὶ τὸ ι ὀξύνοντες. Θεόκριτος. πολλαὶ δ' ἀμὶν ὕπερθε κατὰ κρατὸς δονέοντο.

137. κελάρυζεν mediceus tertius et quartus.

138. τοὶ, eſt in Stopian. et Flor. οἱ in Salam. Farr. vitioſe.

139. ad hunc verſum adſcripſerat Leichius [Plin. 2, 27.]

141. de

141. de acanthide disputat Iacobus Nicolaus Loënsis Epiphyllid. 3, 26. (p. 392. T. V. Lampad. Gruter.)

144. pro παρὰ dant mediceus tertius et quartus περὶ.

146. ἔραζε dat Suidas, qui versum hunc recitat v. βεράβυλα, item Etymol. M. in eodem vocabulo.

147. versum hunc citat Athenaeus p. 50. I. ἀπεχύετο mediceus quartus.

151. ποκ' ἀνάπω Scholiastes, male.

152. ὄρεσσι] in monte Aetna. regionem illam Aetneam appellabant τὰ ὄρη. v. Idyll. Moschi in Bionem vs. penult.

153. ἔστεισε P. Ald. ZC. Brub. ἔπεισε Salam. Farr. HSt. ergone profecta est haec emendatio a Torino, cuius praefatio Salamandrinae et Farreanae praefixa est. Sed videtur potius a Camerario profecta esse.

154. διεκρανάσατο mediceus tertius. v. Etymol. M. h. v. ubi mirifice exponit, et ex Amaranto, Scholiasta Theocriti, locum affert, qui in scholiis, quae hodie circumferuntur, non exstat.

155. ἀλωίδος mediceus tertius.

156. γελάσσαι Lipsi. Ald. Salam. Farr. HSt. γελάσαι ZC. in texto et in scholiis, Brubach.

ult. ἐν ἀμφ. Aldina, ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. quod revocassem, nisi diligentiam meam fefelliffet. et nescio sane, unde ἐπ' illud in editionem nostram irrepserit. forte vitium est editionis Londinensis, e qua nostra expressa est, mihi praetervisum. Ecquis satis oculatus in tantis minutiis sit, in tanta rerum copia, in tanta festinatione.

AD IDYLLIVM OCTAVVM.

2. pro ὃς φαντὶ commendat Pierson Verof. p. 46. Διάφαντε. prorsus nulla de causa nam, quam affert, ea nulla est. Vt in vulgo de magnis illis mythicis heroibus variae et inter se saepe pugnantes versabantur fabulae, sic de Daphnide et Comata multae et dissimiles sibi fabulae iactabantur a pastoribus. Ecquis nescit, talium fabellarum seu apologorum commune praeloquium hoc esse, aiunt, fama fert

antiqua, fuisse aliquando hos vel illos, reges, pastores, ut quisque vult comminiſci.

5. πρῶτος Stop. Ald. caeteri πρᾶτος.

9. Dorville ad Chariton. p. 660. affirmat, codicem Taurinenſem, quem optimum appellat, exhibere συρικτὰ. quod in nullo meorum reperi.

13. μὲν P. Ald. κεν caeteri.

14. γ' poſt ἰσομάτορα delevi ex auctoritate Aldinae, et vſ. 15. γ' poſt ποκα iterum expunxi ex auctoritate Lipſ. Ald. ZC. Salam. Farrean. Brubach. HSt.

20. ἐ κατατισῶ Ald. ſola.

24. κάλαμός γε διασχισθεὶς Lipſ. Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. recte. quamquam adhuc melius fore exiſtimavi, ſi γε hoc dividerem in duo vocabula γ' ἑ. primus HSt. male dedit με. qui dici poteſt διέτμηξέν ἐμε ὁ κάλαμος pro ἐμοῦ τὸν δάκτυλον?

25. Lipſienſis liber huic verſui perſonam Menalcae praeſcriptam habet, et ſequenti Daphnidis. ἡμῶν dat Aldin. ZC. Salam. Farr. Brubach. ἀμῶν HSt. alii ἀμέων, teſte annotatore Vimar.

26. τῆνόν πως omnes libri dant. ut πως ſit encliticum. feram. Sententia enim bona exit: *advocemus quodammodo* — ſed, neſcio quare, mihi diſplicet illud languidum *quodammodo*. Refinxi ergo ſic, ut πῶς cum circumflexo exararem, et in fine verſus ſignum interrogationis adderem, hac ſententia: *Quid ſi vocemus?* h. e. ipſe tu tecum ſtatue, quale ſit, ſi vocemus, rectene et ſapienter factum, nec ne.

28. χοἱ Aldina, ZC. Salamandr. Farr. Brubach. HSt. et ſic quoque verſu proximo ἐπακούσας ZC. Salamandr. Farr. Brubach. ἐπακῦσαι Ald. HSt. poteſt utrumque ferri. *audiendi cauſa*, aut *obſecutus*.

29. κρίνειν Lipſ.

34. συρικτὰ P. Aldina, ZC. in texto, Salamandr. Farr. συρικτὰς ZC. in ſcholiis, Brubach. HSt. revocavi prius. conſtat enim hodie, Doras nominativum non modo in ας, ſed etiam in α exeuntem formaſſe. Probavit etiam Caſaubonus συρικτά, praeter Aldinae auctoritatem, ad Florentinae quoque, provocans.

35 ἐκ ψυχᾶς] ex animi mei ſententia, prout ipſe ego volo et cupio. ἀμνάδας P. Ald. ZC. in texto, Salamandr. Farr.

Farr. Brub. margo HSt. mediceus ſecundus et tertius. ἀμνίδας ZC. in ſcholiis et HSt.

39. ποιμαίνετε mediceus quartus.

40. pro χαίρων malim χιμαρῶν. *ſi quid capellarum Menalcas huc egerit.* ut hoc χιμαρῶν reſpondeat illi τὰς δαμάλας vſ. 36.

41. πάντα ter Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. παντᾶ ſolus HSt. ſcholia quoque monent, libros quosdam νομαὶ dare.

42. pro πλήθουσιν ZC. in ſcholiis et Flor. dat πηδῶσιν, vitioſe.

43. ἐπινείσσεται Lipſ. ἐπιθινίσσεται Stop. Flor.

44. Lipſ. χ' ἁ βοτάνα.

46. pro πλησθῆσιν mediceus primus πλαρῶντι. in quo, non dubito, quin ſit grammaticus aliquis neſcio quid dorici ſtercoris reperturus.

ibid. malim καὶ δρύας ὑψιτέρας. *apes implent melle, tam corbes* vel *alveos* [σμάνεα idem ſunt, atque σίμβλα. v. Schol. ad Idyll. I, 107.] *quam quercus altas.* notum eſt, apes mellificari in quercubus et aliis arboribus cavis.

Verſus hi quatuor 49. 50. 51. et 52. Daphnidi ſunt tribuendi, proximi vero 53. 54. 55. et 56. Menalcae, ut horum uterque paulo ante quaternos verſus de genere elegiaco pronuntiaverat, ita nunc octonos eodem de genere ambo recitant, et poſtea, ad extremum, octonos in genere heroico. Luſus hic eſt poëticus, qui nonnihil ingenii grammatici ſapit. Sed hic lepos haud alienus eſt ab ipſis adeo vetuſtis poëtis Theocrito aequalibus, ut Callimacho et Nicandro, in quibus haud raro grammaticam doctrinam maioris, quam ingenium poeticum, facias.

49. ὦ, *ubi*, legendum eſſe pro ὦ, quod eſt in omnibus libris, conſtat e Scholiaſte, qui ὦ perſpicuis literis in edit. ZC. dat, et reddit ὅπου. id quod dudum obſervavit Caſaubonus. Poſſit quoque legi ὡς, *ad*, quod malim. ſubauditur δεῦρο, *huc ades, ad profunditatem ſylvae immenſam.* ὕλης Ald. Flor. caeteri ὕλας.

51. τῆνος] Milon puta. unde conſtat, Daphnin hic loqui, non Menalcam. Daphnis enim Milonem amabat, ut e vſ. 47. conſtat. Menalcas autem ſe puellae amore captum verſu 43. profitetur. κόλα videtur nomen ſervi eſſe. nam mihi quidem parum poeticum, et paene ſtultum videtur, hirco

mandata dare perferenda, quae neque audiat hircus, neque eloqui et referre poſſit. Homini talia mandantur, a ſapiente quidem. κόλοι et κύλλοι ſunt, quibus manus ſunt aut prorſus amputatae, aut morbo contortae et reſolutae, ut agendo ſint impares. Saepe heri ſervis furacibus manus amputabant, aliisve modis luxabant, poenae ergo, ut furari deſinerent. Sic ſolent Arabes. Scythae ſuos ſervos exoculabant καὶ deeſt ſoli ZC. in texto. ſed in ſcholiis habet. Μίλω dat Aldina ſine iota ſubſcripto, item Stop. et Schol. cum eo, Μίλῳ, Hst. caeteri omnes Μίλων, unde effeci Μίλων' cum apoſtropho, ut ſit pro Μίλωνι. Poſſit tamen Μίλῳ hactenus ferri, ut habeatur pro contracto Μίλωϊ, poſt eiectum ν. et adſcripſerat annotator Vimar. ἀποκοπὴ δωρικὴ. verum, ſintne tales contrahendorum nominum propriorum modi Graecis uſurpati, vehementer dubito. Flor. μήλῳ.

52. φώκας] *vitulos marinos.* prodit etiam hoc, Daphnin, bubulcum, hic loqui, non Menalcam, caprarium. Qui enim deceat caprarium, qui convenit, artis ſuae exercitium laudare atque ab opprobrio liberare, commemoratione exempli a deo repetiti, quem deum nil puduerit vitulos paſcere? Quid vituli ad caprarium? Suſtuliſſem vulgarem perſonarum vel partium diſtributionem, niſi veritus eſſem, ne operas typographicas offenderem, et adverſus mea reliqua praeſcripta timidiores et dicto parum audientes redderem, ſi rationes eorum nimis perturbarem; quibus imperatum eſſet, paginarum et verſuum, qui ſunt in editione Londinenſi, numerum eundem reddere. praeterea debebant etiam in latina interpretatione perſonae mutari. Ego vero illam plane non attingere, et in ea nil movere decreveram. Quare maculam hanc, quamvis invitus, ſuo loco reliqui. κακὸν εὖ κείμενον ἐᾶν.

53. vehementer urebar pruritu, γᾶν, quod eſt in libris omnibus in τᾶν, id eſt, τὰ ἐν mutandi. et poenitet profecto nunc importunae meae timiditatis. τᾶν Πέλοπος ſunt τὰ ἐν Πέλοπος βασιλείοις κτήματα. In altera tamen huius eiusdem verſus parte plus animorum ſumſi, et lectionem vulgarem librorum omnium, χρυσεῖα τάλαντα, mutavi cum χρυσεῖ' Ἀταλάντας. Primus de loci vitio admonuit Pierſon Veroſimil. p. 47. et poterat profecto illa, qua uſus eſt, emendandi ratio verae vicem fungi, ni melior et certior ſuppetereret. Coniecit nempe χρυσοῖο τάλαντα. Sed videtur poeta Atalantae nomine delecta.

lectatus esse. vid. Idyll. 2, 120. et 3, 40. et versus proximus perspicue docet, cum haec scriberet, Atalantam eius animo esse obversatam. In χρυσείᾳ subauditur μήλα. aurea poma Atalantae in historia fabulari perquam sunt nota. Conf. Lilii Giraldi dialogismum 20. et P. Victorii Var. Lect. 37. 13.

56. ἐς hic loci idem est atque πρὸς vel παρὰ, *apud mare Siculum*. ut Idyll. 5, 123. ἐς τὸν Ἄλεντα, *apud Alentem*. σύννομα μᾶλα sunt greges ovium eodem in loco pascentes.

57. ἄδασι P. Ald. et Stobaeus p. 391. 44. ed. Gesneri. (nam locus hic plane ab exemplo Trincavelli abest.) ὕδασι ZC. et omnes eum insecuti. E Stobaeo sagaciter et feliciter collegerat cl. Valkenaer Ep. ad M. R. p. IX. ἄθασι corrigendum esse, in quo ita nunc ei assentior, ut etiam inferre in hanc nostram editionem nil dubitarim, tametsi olim ab eo dissenseram. ἄθατα sunt h. l. pecora lac praebentia, ut ovillum, bovillum, caprillum genus. Virgilius satis habuit, locum hunc imitatione aliqua adumbrare, verbum verbo reddere nil curavit.

58. ὕσπλαγξ] meminit huius loci et vocabuli Eustathius ad Dionys. Perieget. vs. 121. ἀγρομένοις Stop.

59. 60 hi duo versus aperte docent, Menalcam hic loqui, puellae amore captum.

60. Sententia haec recurrit Idyll. 13. Conf. Callimachi epigr. 56. Adscripserat annotator Vimarienſis [Hanc vocem vix fert Pollux l. VI. p. 351.]

61. 62. In his aliisque multis huius Idyllii locis visus sibi est cl. Valkenaer vestigia grammatici interpolatoris deprehendere, Theocrito et aetate et ingenio multum inferioris. Infitiari non possum, in illis, quae sub Theocriti nomine circumferuntur, multa esse sibi vehementer dissimilia; ultimo praesertim loco posita parum respondent primis. quod facile est cuique sentire, cui ullus sit suavitatum Theocritearum sensus. Verumtamen ideo non ausim vetustatis testimonium mendacii arguere Ipsemet certo persuasum mihi habeo in iis, quae pro Theocriteis venditantur, esse quaedam aliena: ut Idyllium septimum, quod Simichidae esse, non Theocriti, videor mihi planum fecisse. Verum quis hodie genuina a spuriis secernat in tanta rerum antiquitate et obscuritate? Collegit vetustus aliquis, quisquis fuit, auctor carmina bucolica in unum volumen, cuius quod pars plurima Theocrito in acceptis esset referenda, ideo nomen eius suae colle-

collectioni praescripsit. Multae possunt in eiusdem auctoris operibus causae disparitatis esse, ut aetatis et argumenti diversitas. In Bucolicis Theocritum aliosque seque ipsum superasse, in scriptis alius generis mediocrem et sibi dissimilem esse, auctor est Diogenes Laërtius. Ab eodem homine, sed alias iuuene, alias sene, scripta quaedam paene iuratus ab eodem profecta neges esse. In nulla paene re antiqua alia maior versatur obscuritas et dubitatio, quam in natalibus scriptorum. In Lysiae orationibus aliquam Phaeacis reperit Taylorus, ego Hyperideam in Demosthenicis, et sic alii alia. Nostrum est, in eiusmodi rebus Academiam sequi, et auctoritatem antiquitatis non plane nullius facere.

66. versum hunc ex Homero adumbratum putat cl. Valkenaer. et ex eo colligit, eum a Theocrito proficisci non potuisse. Vim argumenti ego equidem nullam video. Primum, ex Homero repetitam esse sententiam, certum adhuc non est. Similitudo quaedam non valet ad hoc affirmandum. possunt multi cogitando in easdem sententias incurrere, aut a rerum similium natura induci. Deinde si sit ex Homero adumbratus hic locus: ignorabatne Theocritus Homerum, quem non uno loco laudat? an dedecori erat, colorem aliquem ab eo ducere, quem pueri in scholis memoriter discerent, et cuius dicta referre, et sententiis suis exprimere, summae laudi haberetur? Ergone Callimachi, Euripidis, Sophoclis, aliorum loci omnes, ex Homerico fonte derivati, dicentur spurii, et a grammaticis subiecti esse? Sententia bubulcum vel maxime decet. σὺν παιδὶ probum est. παῖς etiam Idyll. 20, 39. *bubulcum* significat. Stobaeus versu 64. pro τῶν τοκάδων dat τῶν ἐρίφων, et versu 65. ἀδικῇς et μικρὸς et πολλοῖσιν.

68. κάμηϑ' Flor. ὄκκαν (id est ὅκκα ἂν) recte dat mediceus quartus.

70. tres medicei ἔχοντι.

71. f. δεύτερος αὖτε Δάφνις. prima in hoc nomine potest corripi. v. vs. 82.

72. Aldina σύνοφρυς prima litera maiore exaratum dat, raro exemplo. nam literae maiores rarae in ea occurrunt. quasi nomen proprium esset. Videtur poëta puellam tristem et superbam perstringere, quae vitam pastoralem contemneret, nobiliorisque alicuius conditionis admiratione duceretur, cui

cui opponit vitae ruſticanae commendationem verſibus 76. ad 80.

73. ἦμεν Lipſ.

74. λόγων HSt. e Scholiaſta, qui etiam alteram vulgarem lectionem, λόγον, quae in aliis omnibus libris obtinet, commemorat. Sententia eſt: Puellae huic, me per ſpeciem laudationis ſubſannanti, nihil omnino reſpondi, ne acerbum quidem quicquam. Liceto mihi hac occaſione oblata Callimachi epigramma 34. ubi ἔπος τόδε πικρὸν ἀκοῦαι occurrit, exponere atque vindicare. Sententia illius epigrammatis haec eſt: Novi, Menippe, me a divitiis deſertum eſſe. noli hoc mihi iterum atque iterum ingerere, quod melius novi, quam tu me docere potes. Excrucior, cum identidem aures mihi obtunduntur illa acerba meae egeſtatis exprobratione. Omnium, quaecunque ad me amara a te proficiſcuntur, hoc eſt unum inſuaviſſimum, quod tu nempe de die in diem mihi meam paupertatem exprobras.

76. ἀδεῖα φωνὰ (duobus vocabulis) Ald. caeterae tribus ἀδεῖ' ἀ φωνὰ.

78. αἰθριοκοιτῆν Flor. melius.

79. Sententia eſt, res quasque in genere ſuo bonas et honeſtas eſſe, ſi uſus ex iis exſiſtentis habeatur ratio; quae cum aliis collatae honeſtioribus et excellentioribus, videri poſſint viles et turpes: ſic non magis vaccas paſtorem dedecere, quam glandes quercum.

80. ὁ μόσχος Ald. quod revocavi. eſt enim μόσχος generis maſculini. ἁ μόσχος ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. ſed cur eaedem illae editiones non item Idyllii 9, 7. mutarunt? nam ibi, praeter Stephaninam, omnes dant ἀλλὰ μὲν ὁ μόσχος γαρύεται. Producit caeſura ſyllabam.

84. placuit Scaligero et Valkenario τᾶς σύριγγος. ſed vulgata bene habet. Theocritus λάζυσθαί τι in accuſativo uſurpat; et victor non unam fiſtulam, ſed duas pro praemio auferebat, alteram Menalcae, alteram ſuam, quae, cum pignori opponeretur, exibat ex eius poteſtate, et in ius neutrius concedebat, donec conſtaret, utrius eſſet futura.

86. Euſtath. ad Iliad. o. p. 1018. 24. ὁ μέντοι παρὰ Θεοκρίτῳ ἀμολγεὺς ποιμενικὸν ἀγγεῖόν ἐστιν, ἐν ᾧ ἀμέλγουσιν. v. etiam p. 1625, 5. ad Odyſſ. ι.

88. ὡς et ὅπως inter ſe permutavit interpres. ſed obtinent etiam hoc loco iſta verba conſuetam ſuam vim, ὡς,

quemadmodum, ὅτως, *ſic*. Pari modo vſ. 90. ὡς (cum accentu) eſt *ſic*, et vſ. 91. ὡς (ſine accentu) *quemadmodum*. Scaliger locum aliter conſtituit.

90. λύπῃ Aldina, ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. λύπᾳ ſola Commelin.

91. ὥτερος ὡς καὶ νύμφα γαμηθεῖσ' ἀνάχοιτο Aldina, Salam. Farr. Brubach. ὥτερος ὅτω καὶ νύμφα γαμεθεῖσ' ἀνάχοιτο ZC. HSt. revocavi lectionem Aldinae, nili quod eam ſyllaba auxi. nam γαμηθεῖσα literis integris exarari curavi, illud extremum α a caeſura producitur, α contra in νύμφα corripitur.

92. πρῶτος Lipſ.

AD IDYLLIVM NONVM.

Praefixi huius Idyllii verſibus his, primo, quarto a decimo, et primo a vigeſimo, perſonam paſtoris, rei natura, et titulo ipſo id demonſtrante.

2. ἐφαψάσθω ex Aldina, Salamandrina, Farreana, Brubach. item e marginibus ZC. et HSt. ſcholiisque revocavi. Nam ZC. et HSt. in texto, item Stop. dant ἐφεψάσθω. ἐφάπτεσθαι eſt, *ſeſe annectere* et velut agglutinare alicui ſeu rei, ſeu homini, eoque ſequi praeeuntem, et vices eius ſuſcipere. De mirifico errore, qui ex annotatione marginali Romanae editionis, per inſcitiam correctoris typographici, in editiones illas duas Venetas, Salamandrinam et Farreanam, irrepſit, expoſui in praefatione. Flor. dat Δάφνι συναψάσθω.

3. ὑπὸ τείραισι Ald. Salamandr. Farr. Brubach. HSt. ſed praetuli ἐπὶ, quod eſt in ſola ZC. editione, qui tamen in margine annotavit, pro ἐπὶ alios codices dare ὑπὸ. Sententia eſt: ὑφέντες ταῖς βυσὶ τὰς μόσχους, καὶ ταῖς τείραις ἐφέντες ταύρους. poſtquam ſubieceritis vitulos foetis vaccis, matribus ſuis, tauros autem immiſeritis vaccis ſterilibus, quae nondum peperunt, foeturitionis ergo. ἐπὶ cum ὑπὸ paſſim permutari a librariis, admonet Erneſti V. C. ad Callimachi H. in Deium vſ. 62. Damnat tamen Scholiaſtes lectionem ἐπὶ, et ὑπὸ tantundem, atque illud, h. l. ſignificare contendit. quod mihi quidem haud facile perſuaſerit. βυσὶν Flor. Euſtathius ad Odyſſ. ι. p. 1627. 31. μόσχους βυσὶν ὑφέντες.

4. χῶ

4. χοὶ μὲν sola Commelin. caeteri χοί μεν.

6. ἔμποθεν (cum spiritu aspero) revocavi ex Aldina; nam caeteri omnes vitiose dant ἐμπόθεν, cum spiritu leni. ἐν ποθ' ἓν Flor. quae vera est lectio, quam revocassem, si citius comperissem. id est, ἓν πρὸς ἓν. ἓν μέλος πρὸς ἓν μέλος. si Daphnis canat unum distichon, canet Menalcas pariter unum. si ille tetrastichon, tum alter tantundem. si octastichon ille, hic item canet totidem versus. Invenio nunc quoque locum hunc ab Is. Vossio ad Catull. p. 140. tractatum, cuius Vossii haec sunt verba: [Ἓν ποθ' ἓν ᾄδειν aliàs est ἀμοιβαίως. Vulgo apud Theocritum legitur ἐμπόθεν. Sed altera lectio fuit olim probatior, ut colligo ex scripto Georgii, Metropolitae Corinthiorum, de quinque dialectis, cuius auctor inepte vulgo Corinthius vocatur.] Quid in editione HSt. sit, satis dignosci nequit, in illo quidem exemplari, quo usus sum. Sed sine dubio ille, qua erat minutiarum grammaticalium linguae graecae peritia summa, dedit ἔμποθεν. quod verum est. * inter se enim opponuntur ἔμποθεν, id est, ἐξ ἑνὸς ποθεν τύπτω, et ἄλλωθεν. *ex altera parte*, et *ex altera*. Sic saepe erratur in ἔμπεδον et ἐμπεδον. illud est, *ad unum instar*, *pari modo*, hoc *constans*, vel *constanter*, *firmiter*. illud ἔμ est ex ἓν, adiectivo, alterum ἐμ est ex ἐν praepositione. * Sola Commeliniana dat ἄλλωθεν δὲ ποτικρίνοιτο. caeterae omnes ἄλλωθεν δέ γ' ὑποκρίνοιτο. [Stellis intercepta pro non scriptis haberi volo. Repugnant enim, prius exarata, superioribus, posterius exaratis. Cum tamen essent in se bona, tametsi ab hoc loco aliena, plane expungere nolui.]

7. ἀδὺ μὲν ὁ μόσχος revocavi ex Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. ἀδὺ μὲν ἁ μόσχος HSt. ἀδὺ μὲν χὠ μόσχος Schol.

12. θέρευς revocavi ex Ald. et reliquis vetustis, itemque omnibus mediceis. sola Commel. θέρος.

13. ἐρῶντι est in omnibus meis. ego tamen nil dubitavi, ἐρῶν τυ rescribere. *quantum tu*, *amore captus*, *curas praeceptis patris et matris morem gerere*. In ἐρῶν τυ subauditur a communi repetendum μελεδαίνεις. solus HSt. ἐρῶν τι duobus vocabulis distinctis dedit. ἐρῶντα Flor.

15. μᾶτερ h. l. est nominativus. *Aetna est mater mea*, h. e. natus sum illo in monte, et altus.

18. medicei omnes πρὸς ποσὶ.

19. ᾗ, quod, post Casaubonum, mihi dudum in mentem venerat, invenì postmodum in Aldina, et inde revocavi.

caeterae dant ἤ. Sententia est: Hyemis ne in mentem quidem mihi venit, pari modo, atque edentulus, apposita pulte amylacea, nucum ne cogitationem quidem ullam mente concipit. ἤ, *perinde atque.* οὐδ' ὅσον, *ne tantillum quidem.* integre dixeris οὐδ' ὅσον ἔξεστιν εἰπεῖν, οὐδὲ ὅσον ἄξιόν ἐστι λόγου.

25. τρόβω Ald. vitiose.

26. σιτήθην Ald. Flor

29. si τήνοισι redit ad illos quinque convivas, quos vs. 27. commemorat, nil muto. sed tum idyllio huic nono totum decimum erit adiiciendum, et cum eo copulandum. Eo enim illa continetur cantio, quam ut Musae proferant, h. e. menti poetae iniiciant, et ex ingenio eius extundant, eas rogat versu 28. Me vero nondum poenitet suspicionis, a vs. 28. ad 36. exordium seu praefationem esse decimi. τήνοισι sitne probum et sanum, an vitiosum, haud liquet. facile sit in αἰτναίοισι mutare. sed sustineo h. l. sententiam. Offendit quoque παρὼν. num χαρὼν aut γαθὼν. sed ecquis dixerit, nihil h. l. hodie desiderari, unde apta sint illa τήνοισι et παρὼν; quibus nil moveremur, si illa, hodie deperdita, adhuc exstarent, et totus locus integer uno filo legi posset. Non caret hoc carmen locis Theocrito dignis. Contra tamen insunt ei haud pauca, quae videantur a grammatico quodam ex aliis locis Theocriteis repetita, alia adumbrata imitatione et assimilata aliis, et sic in hunc centonem consarcinata. Verum tamen rursus extra dubium est, poëtas haud raro delectari quibusdam caris, quas veluti in oculis et in sinu gerant, sententiis, easque iterum atque iterum retractare, neque id pari semper felicitate, neque eodem aetatis et ingenii vigore. Aliter ipsorum iuvenilis levitas cecinit, aliter senilis infirmitas.

30. Vocab. ἀλοφύγδων ex hoc versu affert Eustathius ad Iliad. ζ. γλώσσας ἄκρας Ald. Salamandr. Farr. Brubach. HSt. γλώσσας ἄκρης ZC. in texto. γλώσσης ἄκρης ZC. in scholiis. Versus hic per se obscurus patescit e superstitione adhuc hodie vulgari. Persuasum enim sibi vulgus habet, cui mendacium aliquod obtrusum sit, aut qui mendacio deceptus et circumventus, ei pustulam extrema e lingua exsistere. Sententia itaque est: quam cantionem illi pastores magna cum admiratione exceperunt. Nil mentior, neque verendum mihi est, ne pustulae, mendacii eaedem poenae atque indices, e lingua tua efflorescant. v. ad Idyll. 12, 24.

31. ad

31. ad h. l. adſcripſerat annotator Vimarienſis locum [Nazianz. ἐν ὑποθήκαις παρθ. πᾶλοι μὲν πώλοισι φίλοι, ἕλαφοί τ' ἐλάφοισι καὶ ψῆρες ψήρεσσιν, ἀγνῷ δέ τε τίμιος ἀγνός.]

33. etiam hic offendo. Quid eſt ἔαρ ἐξαπίνας vel ἐξαίφνης? qui poteſt ver ſubito exoriri? Sententia poſtulat eiusmodi quid: οὐχ ὕπνος ἐκ καμάτων, οὐδὲ ἔαρ ἐκ χειμῶνος γλυκερώτερον, ἢ ἐμοὶ αἱ Μῶσαί εἰσιν. οὐδὲ τὰ ἄνθη ταῖς μελίσσαις οὕτως ἐσὶ φίλα, ὡς αὗται ἐμοὶ. Num autem haec ſententia vulgari verborum inſit conſtitutioni, aut ex ea extundi poſſit, penes doctiores eſto iudicium.

35. ὧς γὰρ δρῶσαι γαθεῦσιν Ald. ZC. in texto, Salamandr. Farr. Brubach. HSt. ὧς γὰρ δρῆτε καὶ δρεῦντι margo HSt. ὧς μὲν δρῆτε Schol. ZC. δρεῦντι medicei tres. quod ſi amplectare, tum legendum erit γαθεῦσαι. Sed bene habet vulgata. *quos blandae et propitiae adſpiciunt Muſae.* Adſpectus Muſarum poetis eſt, ea, ſi cui contigit, ingenii felicitas, ut commentando, legendo, audiendo, diſcendo, inveniendo ſcitum aliquid et doctum gaudeat, eaque in re ſolers ſit et dexter, feliciterque rem gerat. Callimach. Epigr. 22. μῦσαι γὰρ ὅσους ἴδον ὄμμασι παῖδας ἀρχεβίους, (f. ſic leg.) πολιὰς οὐκ ἀπέθεντο φίλας. id eſt, quibus a principio naſcendi contigit ingenii ſolertia, iis ea manet usque ad canam ſenectutem. Comparari poſſit illud notum: *Der Herr laſſe ſein Antlitz leuchten über dir.* h. e. Deus laetis te propitiisque oculis adſpiciat. h. e. res tuas omnes fortunet. Quibus enim numen delectatur et favet, iis omnia ſecunda eveniunt. Adſcripſerat annotator Vimar. haec: [δρῆτε Flor. Hanc lectionem agnoſcit etiam Euſtathius ad Odyſſ. ξ. ἀπὸ ἐνεσσῶτος ὄρημι, ὃ χρῆσις παρὰ Θεοκρίτῳ. Al. ὧς μὲν δρῆτε. al. δρεῦντι.]

ult. δηλήσ. Flor.

AD IDYLLIVM DECIMVM.

1. ἀϊζυρὲ Aldina, ZC. Salamandr. Farreana, Brubach. ᾠ 'ζυρὲ HSt. βυγαῖος et βυκαῖος videntur idem vocabulum eſſe, idemque ſignificare, ſcilicet eum, quem Latini *paſtorem* appellant, hoc eſt, hominem ruſticanum, rus colentem. vid.

Schol. ad Idyll. 7, 6. Casaubon. ad h. l. et Schol. Nicandri *Theriac*. 5. et 349. ubi fragmentum hoc Nicandri assertur: βυκαῖοι ζυγέεσσιν ἀμορβεύουσιν ὀρήων. Designat hunc locum Etymolog. M. v. βυκαῖος. et Eustathius ad Iliad. ζ. sub fin. p. 660. 17. et p. 962. 12. ubi multa hoc de vocabulo disputat.

2. οὐθ' ἑὸν sola Commelin. caeterae omnes οὔτε τὸν ὄγμον. οὔτε ἑὸν Stop. et Schol.

3. ἀπολείπῃ mediceus primus, secundus et quartus. v. Eustath. ad Iliad. β. p. 193. τὸ δ' αὐτὸ (scil. λήϊον, *arvum*) καὶ λάϊον δωρικῶς λέγεται. διὸ συνελὼν αὐτὸ Θεόκριτος λαῖον λέγει, ὥσπερ αὖθις τὰ λήϊα λῇα ποιεῖ ἡ συναίρεσις. repetit eadem p. 862. 55.

4. τᾶς sola Commelin. ἆς reliqui omnes.

5. non improbo ἐν μέσῳ ἄματος. placeret tamen magis, mihi quidem, ἐκ μέσω ἄματος, *statim a meridie*.

6. ἀρχόμενος] scil. τοῦ ἔργου vel τοῦ λαιοτομεῖν. Satius tamen erit, existimare, τᾶς ἄυλακος sic esse in medio positum, (ut multa talia sunt in utroque sermone sic in medio posita) ut tam ad ἀρχόμενος referri debeat, quam ad οὐκ ἀποτρώγεις repeti. De dictione τῆς ἄυλακος ἀποτρώγειν, *de sulco aliquid morsu decerpere*, pro, *in opera arandi nonnihil proficere*, vid. Casaub. L. T. ad h. l.

7. ἀτεράμνου Ald. Flor. caeterae ἀτεράμνω.

8. συνέβη Ald. Flor. in qua Aldina etiam, (ut et in Salam. et Farr.) οὐδαμᾶ constanter cum circumflexo exaratum conspicitur.

10. νυν recte sine accentu solus HSt. exhibet, ut erat in eiusmodi rebus acer et perdiligens. caeterae omnes νῦν cum circumflexo. Ego vero Henricum secutus sum. Est enim h. l. encliticum *itaque, igitur*, vel *saltim, minimum*. *Si nunquam alicuius absentis desiderium te tetigit, at tu tamen nonne saltim noctem aliquam pervigilasti?* vid. Anna Fabri ad Callimachi Lav. Pall. vs. 4.

11. μηδέ γε συμβαίη mediceus tertius et quartus. non male. χορίω dant medicei tres et Scholiastes. sed χορίων dat etiam Suidas, qui locum hunc, tacito auctore, v. χαλεπὸν recitat. Et praefert hanc lectionem Casaubonus L. T. h. l. quasi vulgaris esset deterior.

12. Annotator Vimariensis [citat Moschopulus περὶ σχεδῶν.]

13. ἀντλεῖς omnes, praeter ZC. qui in texto dat ἀντλῆς, in scholiis autem promiscue modo hoc, modo illud. Correctior

ctior vetuſtis uſurpata dicendi ratio flagitabat ὐδ' ἄλις ὕξυς in genitivo, quod etiam eſt in Salamandr. et Farr. ſed obtinebat ea aetate nominativum aut accuſativum cum ἄλις copulare. quod patet ex poetarum Theocrito aequalium ſimilibus locis. Ita Apollonius Rhodius 2, 424. ἄλις πομπῆες ἔσονται. et 3, 329. βεῶσιν ἄλις καὶ εἴματ' ἔδωκαν. Callimachus H. in Iov. 84. ἐν δὲ ῥυηφενίην ἔβαλές σφισιν, ἐν δ' ἄλις ὄλβον. (ubi v. Erneſti) et p. 578. fragmento 454. ἐκ δ' ἄρτυς σιπύηθεν ἄλις κατέθηκεν ἐλαῖσα.

14. omnes μεν. ſed Schol. μοι. quod praeferam. ἄσκαλα interpretatur Heſychius ἀκάθαρτα. quod huius loci ſententiae bene convenit. ſed in ἀπὸ σπόρα adhuc haereo. Dixerat Batus, ſe iam in diem undecimum amare. Ergone hic dies a fatu erat undecimus? atqui iam metunt, et Milo Battum reprehendit, quod de ordine ſatis florente nihil derodat. Qui convenit hoc? Num itaque ἀπὸ σποδῶ, id eſt, ὑπὸ σποδῷ? *ante fores omnia mihi ſunt ſpurca, plena cinerum, propterea quod, amori meo intentus, nil curavi domum et aulam purgare.* σποδὸς omne genus ſordium et purgamentorum domeſticorum complectitur.

15. praetuli τοι ex Ald. Salam. Farr. caeterae dant τυ. uſitatius dicitur λυμαίνεσθαί τινι, quam τινα, tametſi hoc quoque ſatis uſitatum novi. τῶν παίδων omnes. Schol. ZC. τῶν παίδων. Praetuli formam maſculinam, quia latius patet, et ſexum muliebrem quoque complectitur. foemininum autem genus anguſtius eſt, et maſculinum excludit. παῖς h. l. idem eſt, atque τὰ παιδικὰ, corpus amatum, cuiusque ſexus.

16. πρὶν et ἱπποκύωνι ſolus ZC. Ἱπποκίωνι margo HSt. e Scholiaſta et Flor. Caeteri omnes πρὰν et ἱππεκύωνι. v. Idyll. 6, 41. Ἱπποκόωνα dat mediceus primus, ἱπποκόωνι duo alii medicei. Scholiaſtes dat προσηύλει e ſcholio interlineari.

18. χροΐζεται praefert e ſcholiis Caſaubonus ad h. l. verum illa lectio ibi non eſt, ſed primum quidem χροΐζεται, ut eſt in libris vulgaribus; deinde vero χροΐζειται καλαμαία. quod praefert Valkenar Ep. ad M. R. p. LXI. v. Suid. v. Ἀρυραία μάντις, et Leopard. Emendat. 5, 21. ubi Suidae locum e v. γραῦς σέριφος affert, huc egregie facientem.

22. Caſaubonus ὕτως ut magis Doricum commendat, et παῖσδ' vſ. 25. neutrum eſt in libris meis. et ſic quoque verſu 47.

25. ὧν

25. ὧν καίχ' ἁψεῖσθε P. Ald. ὧν γὰρ ἅψεισθε Salam. Farreana. ὧν γάρ χ' ἅψησθε ZC. HSt. (et sic quoque Flor. nisi quod γ' pro κ' habet. ὧν γάρ χ' ἅψεισθε Brubach. Rescripsi ὧν καὶ λαψεῖσθε. λαβέσθαι τινὸς, *alicui succurrere, eum protegere, curare, ornare.* Forte tamen praestiterat, Aldinam reddere ὧν καί χ' ἅψεῖσθε. sed non veniebat tum in mentem mihi, χ illud natum esse ex κε vel κεν, illo poetico ἂν. κοπῖτε tres medicei.

27. Longam de v. μελίχλωρον disputationem nectit Henricus Stephanus. quam legat, si cui volupe est. mihi quidem, ut verum fatear, multa Henrici subtiliora sunt, quam ut intelligam, quid sibi velit. Conf. Callimachi epigr. 56. τὸν τὸ καλὸν μελανεῦντα θεόκριτον. quod in nostrum sit, an in alium Theocritum, quis dixerit, et ecquid tandem refert scire? Caeterum est hic locus, si quis alius Theocriti, inprimis facetus et salis plenus. Laudat enim amator Battus hoc brevi carmine (a vsu 26. ad 37.) puellam suam, adspectu turpem, ita, ut nescias, ingeniosiusne vitia eius tegat atque excuset, an derideat iocosius et salsius. Annotator Vimar. hic adscripserat [Synesius in ep. ad Palaemenem σύρος τὸ γένος, μέλας τὸ χρῶμα, τὸ πρόσωπον ἰσχνὸς.]

29. vocabula duo τὰ πρῶτα in Aldina eiusmodi vinculo versui subiecto copulata sunt, cuiusmodi vinculis Terentius Roberti Stephani vocabula copulanda vincit. Adverbialiter itaque accipienda videbantur curatori Aldinae. *primo loco.*

32. revocavi lectionem Ald. Salam. Farr. sed ZC. Brubach. HSt. dederunt αἴθε μοι ἦσαν, ὅσα κρεῖσσόν ποκα φαντὶ π. Flor. αἴθε μοι ἦς, ὅσα κρεῖσσον ἔχειν ποκὰ φαντὶ πεπᾶσθαι. quae vitiosa est lectio. nam ἔχειν et πεπᾶσθαι idem dicunt.

33. ἀμφοτεροί τ' ἀνακείμεθα τῇ ἀφροδίτῃ Ald. Flor. caeteri ἀμφότεροι κ' ἀνακείμεθα τᾷ Ἀφροδίτᾳ.

35. σχῆμα quid sit, docet Casaubonus ad h. l. et Du Fresne Gloss. utroque v. σχῆμα et *Schema.*

36. Sententia videtur haec esse: Forma tui corporis non est illa quidem valde probabilis. Sunt enim tibi pedes nodosi et curvi, et vox est rauca et nigra, et quasi faeculenta. verumtamen ingenii atque animi laudes non habeo, quo satis praedicem. Videtur loci universa ratio hanc sententiam subiicere. Possit tamen rursus, nulla nempe habita ratione animi, a quo ista dicuntur, pro amara haberi reprehensione. qui denique sint animi tui mores, cognitum usu perspectumque

que nondum habeo. Sed ista quidem interpretatio alienior videatur. ἀτρέγαλοι videntur hic loci esse tortuosi, et eminentes, ut tali, et reliqua ossa in calce pedis protuberantia. v. Hesych. v. τραγαλᾶται et τραγαλίαι. ut α h. l. sit, non privativum, sed intensivum.

37. τρύχνος dat margo HSt. e scholiis et Flor. quae pro ἀ αὖ dat μὰν.

38. ἄμμι ποιῶν ἐλελήθῃ Ald. Flor. ἄμμε πόων ἐλελήθει ZC. ἄμμε ποῶν ἐλελήθῃ Salam. Farr. Brubach. ἄμμε ποῶν ἐλελήθει HSt.

40. mediceus secundus et tertius ἐνίφυσας.

41. ad hunc versum adscripserat annotator Vimarienſis [Athen. p. 306.]

44. ἀμαλοδέται (uno λ) Aldina, ZC. Salamandr. Farr. Brubach. cum duplici HSt.

46. τομὴ Ald. Flor. P. caeterae τομὰ.

47. adscripserat annotator Vimarienſ. [Bacchylides lib. VI. Anthолog. tit. ἀπὸ γεωργῶν. τῷ πάντων ἀνέμων πιστάτῃ ζεφύρῳ.]

48. Nil erat, cur Scaliger illo, seu nominativo, seu vocativo, ἀλοιῶντες offenderetur. nil frequentius est in libris graecis ista nominativorum cum infinitivis compositione, cum volunt imperare, cuius exemplum est in ipso Theocrito Idyll. 24, 93. ὧν δὲ νέεσθαι [pro νεέσθω] ἄτρεπτος. Subauditur μέμνασο, aut μεμνάσθω, aut μέμνασθε, aut μεμνάσθωσαν. *memento, mementote, meminerint.* v. Dorvillii Vann. Crit p. 341. Mirabar aliquando, virum summum huius loquendi moris immemorem fuisse, cuius exempla singulis quibusque paginis graecorum auctorum occurrunt, et qui proinde ignotus ei esse nullo modo poterat. Sed inveni postmodum, Hugoni Grotio quoque idem contigisse, qui p. 131. Florilegii Stobaeani in fragmento Bionis αὐτὸν τεχνᾶσθαι male repositi, *tu ipse solerter excogita et para*, pro quo alii omnes libri αὐτὸς praebent. *tu ipse comminisci, machinari*, scil. memento, τὸν μεταμβλινὸν ὕπνον Scholiastes dat. quod possit verum esse, me quidem non offendat, qui ν et ς in fine vocabulorum, tametsi exararentur, elisa tamen et absorpta inter pronuntiandum suspicor fuisse. Et saltus eiusmodi poetis illis vetustis aeque crebro usurpabantur, atque nostris hodie, et olim maioribus nostris.

49. καλάμας sola Commel. caeterae καλάμης.

50. δ' abeſt ab Aldina et Stop. non male. omnes enim hae gnomae vel praecepta ſunt ſoluta, ſparſa, vinculo nullo inter ſe copulata. κορυδαλλῶ dant omnes. (v. 7, 23.) Scholiaſtes κορυδαλῶ. (uno λ)

51. verbum ἐλιννύειν ſimplici, an geminato cum ν debeat exarari, dubitatur et quaeritur, in magna librariorum hoc in vocabulo inconſtantia et doctorum diſcordia. vid. Erneſti ad Callimachi H. in Cererem vſ. 48. et Leopard. Emendat. I, 25. Etymolog. M. v. ἐλινύειν citat ἐλίννυει δὲ τὸ καῦμα. vitioſe.

53. ἐγχεῦντα Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. ἐγχεῦντα ſolus HSt.

54. τὰς φακὰς Ald. et reliqui. τὸν φακὸν Schol. ZC. et Scholiaſtes Ariſtophanis ad Plutum p. 65. edit. Hemſterhuſ. quem ibi v. Recitat etiam hunc locum Stobaeus cap. 16. ſed in editione Bartolomaei Zanetti legitur τὸ φακὸν ἑλεῖν.

55. τὴν χεῖρα Ald. ſola. caeteri τὰν χεῖρα.

57. λοιμηρὸν Ald. Salam. Farr. Brubach. λυμηρὸν ZC. λιμηρὸν HSt. quae vera eſt lectio, tametſi reliquae etiam defendi quodammodo poſſint.

AD IDYLLIVM VNDECIMVM.

2. ἐμὶν ſola Commel. caeterae ἐμοὶ.

4. εὑρεῖν Schol. ἀνθρώπους duo medicei. ἐντὶ ſecundus et tertius mediceus. Dolet mihi, quod inter feſtinationem operarum non ſuſtulerim vitium diſtinctionis, quod in editionibus omnibus verſatur. ſic enim debet diſtingui: γίνετ'. ἐπ' ἀνθρώποις εὑρεῖν δ' ἑ ῥᾴδιόν ἐστι. *ſed inter homines haud facile eſt reperire.* Fateor, hoc modo δὲ paulo longius removeri, ſed neque durum hoc eſt, neque inſolitum, ſed multi ſic collocant δὲ, et nemo crebrius Oppiano, quod norim. Is in reiiciendo δὲ ad finem fere ſententiae paene nimius eſt. εὑρῆν Stop.

7. ἁμῶν codices multi dant, teſte Dorvillio in Miſcell. Obſervat. III. p. 372.

8. ὅτ'

8. ὑπ' ἤρατο τῆς γ. Ald. ὅτ' ἤρατο τᾶς ZC. Salam. Farr. Brubach. ὅκ' ἤρατο τᾶς γ. HSt. τῆς γ. Flor.

10. κικίνοις Ald. ZC. Salamandr. Farr. Brubach. HSt. κικίννοις mediceus tertius et quartus, et Commelin. v. Palmer. Exerc. p. 802. Si cicinni hic loci non sunt genus aliquod florum, sed, id quod vulgo significatur hoc vocabulo, cincinni, videtur poeta docere, iamdum moris fuisse, ut amatores fasciculos comae suae detonsos amatis mitterent. Id quod etiam ex Idyllio 23, 7. apparet, ubi οἱ πυρσοὶ sunt *comae rutilae*. De multiplici usu comarum in fasciculos confectarum, quae mitterentur alio, egi pluribus in disputatiuncula germanica, quae inserta est dem Hamburgischen Magazine Vol. XVII. p. 592. ad p. 604. quo in ipso volumine aliud quoque opusculum meum habetur p. 584 ad p. 592. item Vol. XVIII. p. 544. et XIX. p. 37. ubi originem moris anniversarii apud Venetos, quo Dux eorum sibi mare Adriaticum despondet, ex Herodoto repetendum, et eius vim atque designationem demonstravi. Quod obiter admonendum duxi, in gratiam nostratium, qui eiusmodi disputationes in illa Collectione miscellanea non facile quaerant, et ubi reperiant, auctorem scire cupiant. Sed ad Theocritum revertor. Sententia est: Polyphemus tanto exardescebat amore Galateae, ut non satis haberet, ei rosas, aut poma, aut fasciculos comae suae mittere, sed ut etiam fureret. τοῖς ῥόδοις est μέχρι τῶν ῥόδων, *usque ad rosas*, et sic de caeteris statuendum, *usque ad mala, usque ad cincinnos.* ταῖς μανίαις est ἕως τῶν μανιῶν, *usque ad furores.*

11. pro ὁλοαῖς adscripserat annotator Vimar. ὀρθαῖς sine auctoris nomine, ut nescias, sitne lectio varians, an scholium.

12. ταὔλιον omnes editi. τανύλιον Scholiast. quod recepi. αὐτὰ h. l. est *solae*. v. Dorville l. c. et Arnaldi Animadv. Crit. p. 241.

13. τὴν Aldina, ZC. Salamandr. Farr. Brubach. τὰν HSt.

14. φυκιοέσσης Ald. ZC. Salam. Farrean. Brubach. HSt. φυκιοέσσας Commel. αὐτῆ Flor.

16. Κύπριδος mediceus secundus et quartus. Sustuli comma, quod in libris vulgaribus post μεγάλας versatur. nam constructio est: ἕλκος, ὃ οἱ ἐν τῷ ἤπατι ἔπηξε βέλος ἐκ τᾶς Κύπριδος

προσγενόμενον. *vulnus, quod ei inflixerat telum a Venere immissum.*

17. δὲ ut saepe, ita h. l. quoque *enim* significat.

18. τοιαῦτ' ἤειδεν Aldin. Salam. Farr. Brubach. ἄειδε τοιαῦτα Florentina, ZC. HSt. τοιαῦτα ἄειδεν Fulv. Vrsinus in Virgilio collato p. 17. sed Dorville Vann. Crit. p. 419. damnat Aldinam et vulgarem, h. e. a ZC. primo proditam, quam servavit etiam Hephaestion p. 4.

21. φιαρωτέρα Ald. Salam. Farreana, Brubach. HSt. σφριγαναωτέρα ZC. v. Casaub. Lect. Theocr. h. l. Callimachi fragmentum est n. 257. φιαρὴ τῆμος ἀνέσχεν ἕως. ubi reddunt: *lucida tum orta est aurora.* Invenio in alio eiusdem fragmento vestigia clara huius vocabuli paulo rarioris, Epigr. 44, *ult.* ubi editur τὰν ἰαρὴν. sed videtur leg. esse τὴν φιαρὴν. Aldina et Flor. dant ὠμᾷς.

22. αὖθ' ὕτως est pro αὐτὸ ὕτως, quod alii enunciare solent αὐτὸ τοῦτο, *illud ipsum, quod aio. prorsus ita, ut affirmo.*

26. Auratus [teste annotatore Vimar.] volebat ἑᾷ, id est σῇ, alii ἐμοὶ. forte hausit hoc ille annotator e Guil. Canteri N. L. 5, 13. qui Aurati suspicionem probat.

32. ὦ P. Ald. vitiose. caeterae recte ὥς. Locum hunc affert Eustathius ad Odyss. α. p. 1392. 35. Θεόκριτος δὲ — φησὶν, ὅτι τῷ Κύκλωπι ἕνα ἔχοντι γλυκὺν ὀφθαλμὸν, ᾧ ἑώρα, ὀφρὺς μία ἐξ ἑτέρου ὠτὸς εἰς τὸ ἕτερον τέτατο. v. etiam p. 1622. 50.

33. χείλει Ald. sola. ZC. autem, tam in texto, quam in scholiis, item Salamandr. Farr. Brubach. HSt. χείλη. revocavi Aldinam.

35. revocavi ἀμελγόμενος ex Aldina, Flor. quod etiam Scholiastes et ex utroque margo HSt. dat. ἀμελγόμενον ZC. in texto, Salamandr. Farr. Brub. HSt. Sententia est: bibo lac optimum, quod mihi mulgendo colligi et reservari curo.

37. ἄκρῳ cum iota subscripto Aldina, Salam. Brubach. et margo HSt. quod potest defendi. (v. Idyll. 1c. μέσῳ ἄματος) praestat tamen ἄκρῳ sine iota subscripto, quod dant ZC. Farr. HSt. sed in illo dativo vulgari et genitivo Dorico magna regnat inconstantia, multusque error in libris vetustis.

39. γλυκύμαλον κἠμαυτὸν ἅμ' ἀείδων Ald. Stop. non male illi quidem, praestat tamen, quod caeterae dant omnes γλυκύμαλον ἅμα κἠμαυτὸν ἀείδων Adscripserat annotator Vimariensis [τὸ ἅμα οἱ Δωριεῖς περισπῶσιν, ὡς Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ ιϑ. καὶ τὸ παντᾶ

παντᾶ καὶ τὸ κρυφᾶ παρὰ Πινδάρῳ. γίνεται δὲ ἀπὸ τοῦ ἁμῇ. σκόπει παρὰ Πινδάρου σχολιαστῇ σελ. 19. F. V.]

41. ἀμνοφόρως Ald. Salam. Farr. Brubach. HSt. μαννοφόρως ZC. et margo HSt. quod recepi. nam vulgata illa ἀμνοφόρως sensu caret. vid. Casaubon. ad h. l. Flor. μαμνοφόρως. Ego vero nil dubitaverim, veram lectionem esse μανοφόρως, simplici ν, pro μηνοφόρως. μήνη, *lunula*, est macula in pelle lunam imitans.

42. ποτί με Ald. Sal. Farr. Brub. ποτ' ἀμὲ ZC. HSt. ποτ' ἄμμε Commel.

43. ὀρεχθεῖν ZC. Salamandr. Farr. Brubach. HSt. ἐρεχθεῖν Ald. ἐρεχθῇν Stop. Eustathius ad Iliad. ψ. p. 1185. *fin.* τῶν δὲ ὁμηρικῶν τὸ μὲν ὀρέχθεον μίμημά ἐστι τραχέος ἤχου γενομένου ἐν τῷ σφάζεσθαι βοῦν. Θεόκριτος δὲ ἐπὶ θαλάσσης τὴν λέξιν τίθησι, καθ' ὁμοιότητα. ῥόχθει δὲ μέγα κῦμα. δῆλον δὲ, ὅτι καὶ ἐπὶ πατάγου τῆς καρδίας ἡ λέξις τίθεται.

44. τὴν νύκτα Flor.

46. et 47. ter dat ZC. ἐστὶ. item Flor.

47. [quam insalubris potu sit aqua nivis, refert Agellius ex Aristotele N. A. 19, 5.] annotator Vimar.

49. τὶς κἂν τῶνδε Aldina, ZC. Salam. Farr. Brubach. τίς κεν τῶνδε HSt. Quis dixerit, ἀντῶνδε idem esse atque ἀντὶ τῶνδε. patitur id quidem analogia, ποττῶ pro ποτὶ τῶ. καττῶ pro κατὰ τῶ. quod si ita sit, praestet κἂν novo κεν.

50. εἰ δὲ Ald. Flor. caeterae αἰ δὲ. ἐγὼν Aldina, ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. ἐγὼ Commelin. Loci huius sententiam enucleat Palmerius Exerc. p. 803. ut mihi quidem videtur, haud improbabiliter.

51. σποδῷ (cum iota) Ald. Salam. Farreana, Brubach. HSt. σποδῶ (sine iota) ZC. veteres editiones tanta utuntur in hac re inconstantia, ut discerni nequeat, quid a casu fortuito, et rursus, quid a consilio profectum sit.

53. γλυκίον πέλει οὐδὲν Stop.

54. ἔτεκε Scholiastes. verum et in hoc quoque non multum est auctoritatis, quia locos, non diligenter ex oculari inspectione reddit, sed ex fide memoriae, saepe illa fallaci.

55. ἐπὶ τὶν Ald. Salam. Farr. Brub. margo HSt. ποτί τιν ZC. HSt. ἐφίλησα Stop.

56. αἶκα μὴ στόμα λῇς. Toletanus Schotti Observ. 2, 46. ἢ deest scholiis, quod ferri possit, resolvendo τοι in duas

ſyllabas τοϊ, ut interdum αἰ etiam poteſt in diſſyllabum δί reſolvi.

58. Adſcripſerat annotator Vimar. [Athen. Dipnoſ. I.]

59. ἐδυνήθην Ald. ZC. Salamandr. Farr. Brubach. ἐδυνάθην HSt.

60. μὲν Scholiaſtes. ᾧ κόρνα Ald. Salam. Farrean. Brubach. ᾧ κόριον Flor. ZC. HSt. praefero tamen lectionem Aldinam, quam revocaſſem, niſi meam effugiſſet attentionem animi. αὐτότι Ald. Salam. Farr. Brubach. margo HSt. αὐτόγα Flor. ZC. HSt. αὐτόθι Commelin. forte leg. νῦν αὖ ποτε νεῖν γε μαθεῖμαι, *nunc addiſcam natare.* ubi ποτε non cum νεῖν erit copulandum, ſed cum μαθεῖμαι. *praeter illas, quas iamdum teneo, artes, muſicas et puſloritias, adhuc illam addiſcam, natandi.* ᾧ γαλέτεια νεῖν τό γε Stop.

62. ὅς κεν ἴδῃ Ald. Salam. Farr. Brub. HSt. ὅς εἰδῇ ZC. margo HSt.

64. ſola Commelin. ἐγὼ. caeterae ἐγών.

68. πῇ Flor. πὴ Ald. (ſic) πά caeterae. malim γάρ.

70. ὀρεῦσα Aldina, Salam. Farr. Brubach. HSt. ὀρεῦσα ZC. f. λεπτυνόντα uno verbo. *macreſcentem.* nam λεπτύνειν eſt verbum aeque intranſitivum, atque tranſitivum, *macrum reddere* ſignificans, et *macreſcere.*

71. ἀνιαθῇ ſola Commelin. caeterae ἀνιασθῇ.

72. ἐκπεπότησαι Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. ἐκπεπόταται HSt.

73. ἅλλον (uno λ) ZC.

74. ἔχες Aldina, ZC. Salam. Farr. Brubach. ἔχοις HSt. revocavi prius, quod idem eſt atque εἶχες. praeſtabat tamen, illi conformata etiam illa reliqua fuiſſe, φέρες et πλέκες. (pro ἔφερες et ἔπλεκες.)

75. τὴν παρεοῖσαν] ſcil. βῶν, *vaccam*, vel ὄϊν, *ovem.* id eſt, quamcunque fortunam oblatam. Pertinet huc celebre illud epigramma Callimachi n. 33. cui mens erat plane alia.

78. κιχλίζοντι Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. κιχλίσδοντι mediceus primus et tertius, aliique codices mſcti apud Dorvill. Obſerv. Miſcell. III. p. 373. et apud Caſaubon. L. Th. ad h. l. ὑπακούσω Stop.

ult.

ult. f. ἧσσον δὲ διῆγ', ἢ εἰ χρυσὸν ἔδωκε. *melius otium fefellit, aut aetatem degit hac ratione, quam si aurum dediſſet.* ἢ εἰ inter pronuntiandum vel ſcandendum in unam ſyllabam colliqueſcit.

AD IDYLLIVM DVODECIMVM.

1. ἦοϊ Commel. ſola. caeterae ἠοῖ.

2. poſt ἦλυθες ponit Aldina ſignum interrogationis; quo de ſigno v. Caſaubonus L. Th. c. 13. Perinde eſt, pro affirmante, an pro interrogante habeatur oratio. ἄματι veteres. Commel. ἤματι. Videtur Heinſius omnes huius Idyllii Doriſmos cum Ioniſmis mutaſſe, quia in argumento dicitur, hoc Idyllium Ionica dialecto conſcriptum eſſe. quod momentum vereor ut ſatis grave ſit. citat hanc ſententiam Euſtathius ad Odyſſ. τ. p. 1867. 55.

3. μᾶλον veteres, et ἄδιον vſu 4. et σφετέρας λασιωτέρα. verumtamen etiam Athenaeus p. 50. μῆλον et ἥδιον citat. et hoc (μῆλον) iudicabat rectius annotator Vimar. quia totum Idyllium eſſet Ionice conſcriptum.

6. ἐλαφρότερος μάσχω Ald. et veteres omnes. quod qui mutarunt, videntur ii moti eſſe a verſu 62. Idyllii 13.

8. 9. eaedem τέσσον ἐμ' εὐφροσύνᾳς τυ φανεῖς, σκιερὰν δ' ὑπὸ φηγὸν Ἀελίῳ.

10. ἐπὶ cum πνείουσιν, non cum ἀμφ. cohaeret. v. Apollon. Rhod. 3, 936.

11. ἀοιδὰ veteres. Scholiaſtes ἀοιδαὶ.

12. vulgo τῶδε exaratur. ſed exarandum curavi τῶδε cum circumflexo. quod idem eſt atque ὧδε, ſive id pro οὕτως accipiatur, *ſic, ad hunc modum*, ſive pro ἐνταῦθα, *hic loci.*

13. ἧς εἰσπνήλας Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. (cui ἧς deeſt) de vocabulis εἴσπνιλος et ἀπνὶς v. interpp. ad illud Callimachi fragmentum n. 159. μέμβλετο δ' εἰσπνήλαις, ὅππότε κοῦρος ἴοι. *obſervabant amatores, quoquo puer iret.*

14. ὡς h. l. eſt οὕτως vel ὁμοίως. tollendis commatibus, quae olim editiones poſt v. πάλιν et εἶπον obſidebant, ſuſtuli difficultatem et obſcuritatem huius loci. *Vt Amyclaeus homo amatorem*

torem ſuo more loquendi εἰσπνιλον vel εἴσπνηλον vel εἰσπνήλαν, *ita rurſus amatum appellet homo Theſſalus more ſuo loquendi* ἐρᾶ-τὰν. ὠμυλκαϊάσθαν Flor.

16. πάλιν ἄνδρες Flor.

17. κρονίδα veteres omnes. ſuſtuli in fine verſus comma. ἐγγὺς eſt adiectivum, et ἀθάνατοι locum ſubſtantivi obtinet. *utinam, o Iupiter, utinam, o vos Immortales, ſenis expertes, fiat hoc, ut aliquis poſt ducentos annos elapſos ad me veniat, in Orci regno, qui hac ad me oratione utatur: Mutuus veſter amor, tuus puta, tuique ἐρᾶτο, nunc ore omnium celebratur.* Verſui 20. et 21. ſigna illa praefixi, (*Gänſefüsgen* appellitant pueri typographorum noſtratium) quorum vis haec eſt, ut indicent, eam orationem ex aliena perſona repraeſentari.

23. Toletanus ἐτσυδ' ὅτε' ἰθάκοντι. Schottus Obſerv. 2, 46.

24. ἐρατὰς veteres. v. ad Idyll. 9, 30.

25. δάκνῃς Scholiaſtes.

26. ἀπῆνθες revocavi ex Aldina et Flor. unde id margo HSt. repetiit. ἀπῆνθον dat ZC. Salamandr. Farreana, Brubach. HSt. Sententia eſt: abis a me cumulatus acceſſione amoris eius, quo te proſequor.

27. Νισαῖοι Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. Νισαῖοι HSt. v. Palmer. Exerc. p. 804. Citat hunc verſum cum duobus proximis Scholiaſtes Ariſtophanis ad Acharn. p. 774. ubi male ξεῖνον editum eſt. Etiam mediceus quartus dat ξεῖνον ἐτιμ. alii maluerunt περίαλλα ξείνων. Toletanus περίαλλα ξεῖνον ἐτιμήσασθε. Schottus Obſerv. 2, 46. vid. Hoelzlin. ad Apollon. Rhod. 2, 217. Νισαῖοι Μεγαρῆες dat Apollonius ille, 2, 749.

28. οἰκοίητε] ſcil. τὴν ὑμετέραν πόλιν.

30. πρᾶτῳ Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt.

31. ἐριδμαίνοντι iidem veteres, et ἐὰν vſ. 33.

32. Adſcripſerat annotator Vimar. locum Iuliani e Miſopogone καίτοι καὶ τῦτο ἔχειν ἔοικεν ὁ πώγων, ὥσπερ τὰ ἄλλα, λυπηρὸν etc.

33. ἀπῆλθεν Stop.

35. ἐτιβωτᾷ margo HSt.

ult. φαῦλον dant omnes libri, quos vidi. Ego vero, ex ingenio meo, φαῦλοι (in nominativo plurali) reſcripſi, quod ad

ad ἀργυραμοιβοὶ redit. argentarii non imperiti, non contemnendi, sed intelligentes rerum suarum. Similis error insedit Nicandri Theriac. vs. 104. πολύτριπτον ibi vulgo editur, sed legendum est πολύτριπτοι. periti, intelligentes, multo usu callentes.

AD IDYLLIVM DECIMVM TERTIVM.

2. et 4. vid. Casaubon. Lect. Theocrit. c. 14. sed in exponenda dictione ἐσορᾷν τὸ αὔριον, vereor, ne nimis ille sit argutus. Adscripserat annotator Vimar. [Euripides Alcestide: ὦκ ἐστι θνητῶν, ὅστις ἐξεπίσταται τὴν αὔριον μέλλουσαν εἴ βιώσεται.]

5. χαλκιοκάρδιος Ald. ZC. Salam. Brubach. χαλκεοκάρδιος HSt. Adscripserat annotator Vimar. [Odyss. ρ. ἐνδυκέως ἐφίλει ὅστει τε πατὴρ φίλον υἱα.]

11. ἐς Διὸς] scil. δῶμα. *adscendit cursu in Iovis aedes*, h. e. die adolescente, versus meridiem progrediente. v. Palmer. Exerc. p. 804.

13. v. Dorville ad Chariton. p. 669. 1.

15. αὐτῷ cum iota subscripto Ald. Salamandrina, Brubach. HSt. αὐτῶ, fine eo, ZC. Farr. quae vera est lectio. ἕλκειν τινὸς [h. e. ἀπό τινος] εὖ scil. τὸ ἦθος vel τὴν διδαχὴν, *ex* vel *ab aliquo bene trahere*, veluti planta e terra humida succos attrahit, aut pannus tingendus colores, quibus immergitur, significat, ingenium moresque suos ad alterius disciplinam et vivendi rationem accommodare, eaque suis exprimere. v. Casauboni Lect. Theocr. ad h. l. Schottus Observ. 2, 49. hoc habet: [In vetere codice, quem olim in Hiberia Toleti accurate cum edito comparavi, scriptum vidimus ego et Petrus Pantinus, qui mihi tum contubernalis haerebat, ἐξέλκων.] Adscripserat annotator Vimar. [ταυτόθι δ' εὖ ἕλκων. F. V.] quod non intelligo.

21. Loci huius meminit Eustathius ad Iliad. β. p. 197. 12. ναῦς δὲ εὔσελμος ἡ εὔζυγος καὶ εὐκάθεδρος, καθ' ὃ εὐεδρον Ἀργὼ φησί που Θεόκριτος.

24. αἰετὸς ὡς μέγα λαῖτμα dant omnes editiones. pro quo reſcripſi αἰετὸς ὡς μεγάλαιχμος. *ut aquila magnis unguibus praedita.* ὁ μεγάλαις αἰχμαῖς, τυτέσιν ὄνυξιν ἐξηρτυμένος. ἀφ' ἕ] *quo ex facto*, ſubaudi γεγονότος vel συμβάντος. τότε, tunc temporis, cum iſta gererentur, vel evenirent, quae hoc carmine enarrantur.

25. de vocab. ἐσχατιαὶ v. Erneſti ad Callimach. p. 193. Citat h. l. Euſtathius ad Od. μ. p. 1713. 7.

27. τῆμος Aldina, ZC. Salam. Farr. Brubach. τᾶμος HSt. De v. ἄωτος vid. Interpp. ad Callimachi H. in Apoll. vſ. 112.

30. Κιανᾶν et Κυανῶν dat Scholiaſtes.

31. ἄρστρα dat margo HSt. e Florentina.

34. μέγας dant omnes veteres, niſi quod alii comma ante hoc vocabulum ponunt, ut Aldina, caeterae plane omittunt. Neque dubitavi, hanc lectionem revocare. multo convenientius eſt epithetum ad λειμῶν, quam ad ὄνειαρ. ſecus tamen viſum eſt Henr. Stephano, qui hanc rationem damnavit, et lectionem, quae eſt in ZC. editione, reddidit, ἔκειτο, μέγα τιβάδεσσιν ὄνειαρ. Comma, quod in Aldina eſt ante μέγας, promovi poſt h. v.

35. ἔνθα δὲ βστ. mediceus quartus recte, ni fallor. Scholiaſtes ſic exhibet: ἔνθα βάτομον ὀξὺ, βαθὺ δὲ τάμον κύπειρον. veteres omnes dant βαθὺν δ' ἑτάμ. ſed Henr. Stephanus ſuadet βαθύν τ' ἑτάμ. cui ſum obſecutus.

38. verſum hunc citat Scholiaſtes Apollonii Rhodii 1, 1289.

39. Scholiaſtes dat ἔγχος.

40. εἰμένῳ ἐν χόρτῳ revocavi ex Aldina et Flor. caeterae omnes, ut ZC. Salamandr. Farreana, Brubach. HSt. ἠμένῳ ἐν χώρῳ. χόρτος eſt *cortis* Latin. locus clauſus, inacceſſus, ſeptus. *un Parc.* v. Heſych. h. v. Etiam apud Orpheum Argonaut. vſ. 191. σύγχορτος et σύγχωρος inter ſe vitioſe permutarunt, ubi Geſnerus praeclare v. χόρτος exponit, et ex Homero et grammaticis vindicat. ϑρία (per ϑ) dant libri omnes, pro quo repoſui δρία (per δ) ex Odyſſ. ξ. 353. et Apollon. Rhod. 4, 970. Significat vocabulum hoc *nemora*. Invenio apud Orpheum Argonaut. vſ. 914. ϑρύον (per υ) pro herbae neſcio cuius nomine. et ſane ϑρύα eſt in Flor. Erat etiam hoc a loco noſtro non alienum. Apud Nicandrum *Theriac.* vſ. 200. ϑρυόεντες ἰαμνοὶ ſunt loca ſenta, paludoſa, ubi locum

illum

illum ipſum Orphei, ſed ſine auctoris nomine, affert Scholiaſtes. paulo poſt βρυόεντα ποταμὸν appellat vſ. 208. Sed haec aliena ſunt a loco noſtro.

42. Etymol. M. (p. 299.) εἰλιτενὴς ἄγρωστις. Θεόκριτος. ἡ ἐν τοῖς ἕλεσι γενομένη. ῥιζοβόλος γὰρ ἡ ἐπίπολυ διικνυμένη. πλεονασμῷ τοῦ ι.

45. Εὐκνείκα mediceus quartus. unde refinxi Εὐκνίκα, a *cnico*. ut Μαλὶς a *malo* arbore, et Νυχεία a *nuce* arbore. verumtamen, ut nunc demum intelligo e Rutgerſii Lectionibus Variis p. 224. Probus etiam ad Virgilii illud in Georgicis, *cui non dictus Hylas*, nomen nymphae *Eunica* edidit.

46. poteſt vulgata ἦ τοι κοῦρος ἐπεῖχε ποτῷ (cum iota ſubſcripto) teneri et probari. idem enim dicit atque εἶχεν ἐπὶ τῷ ποτῷ vel εἰς τὸν ποτὸν, *tenuit ſuper unda*, vel *tenuit*, *admovit*, *demiſit in undam*. Poteſt tamen etiam veterum editionum lectio ποτῶ (ſine iota) probari, quae eſt in Aldina, ZC. Salam. Farr. Brubach. ποτῷ eſt in ſola HSt. κρωσσὸς ποτοῦ πολυχανδὴς, *ſitula aquae multum* (vel *multae*) *capax*, bene poteſt dici. Pierſon Veriſimilium p. 48. vult ῥόω. non video qua de cauſa. Ecquis novit, exundaritne haec unda e fonte ſuo, an intra oras eius ſe continuerit. cuiusmodi fons nil emanans ῥόος utique dici nequit.

47. Locum ex Hom. Iliad. ζ. 253. expreſſum ait Arnaldus Lect. Gr. p. 48.

48. Andreas Schottus in codice Toletano ἀμφεδόνησεν ἢ ἀμφεκάλυψεν reperit, quarum lectionum neutra ſit contemnenda. Verſum hunc in oculis habuit Scholiaſtes Apollonii Rhodii I, 1236. ubi ait: Θεόκριτος ἐν τοῖς Βουκολικοῖς ἐν τῷ ὕλᾳ ἐπιγραφομένῳ ὑπὸ πασῶν φησιν αὐτὸν τῶν νυμφῶν ἡρπάσθαι.

50. πυρσὸς margo HSt.

51. ἐν πόντῳ tres medicei. ἑταίροις codex Toletanus et margo HSt. e Flor.

52. πνευστικὸς ZC. Salamandr. Farrean. Brubach. male. πλευστικὸς Ald. HSt. recte.

54. παρεψυχῶντ' Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. Commelin. ut neſciam, unde παρεψύχοντ' profectum ſit, quod in iunioribus editionibus verſatur. ego veterem lectionem revocavi. Erneſti ad Callimach. p. 242. citat ex hoc loco παραψήχειν ἀγανοῖς ἔπεσι. voluitne ergo παρέψηχον legi h. l. videtur in eadem ſententia etiam Arnaldus fuiſſe Animadverſ. Critic. p. 81. non audiam. In illo ipſo Callimachi loco de-

bebat vetus lectio servari. si καταψᾶν recte dicitur, non ideo quoque παραψᾶν. sed παραψύχειν vel παραψυχᾶν τινα est *ardentem in facinus blandis verbis revocare et reprimere, et eius ardorem oratione quasi restinguere.* Erratum pariter est in eodem Callimacho (p. 458.) in eodem verbo. βιβλία ψύχειν ἄδικα (non ψήχειν) est *fovere, magni facere, iactare, venditare.*

55. versum hunc citat Scholiastes Aristophanis ad Ranar. vs. 246.

58. meminit huius loci Eustathius ad Dionys. Perieg. vs. 805. (p. 107. b. ed. HSt.)

59. φωνὴ Ald. ZC. Salam. Farreana, Brubach. φωνὰ HSt.

60. libri omnes dant εἶδετο πόῤῥω. in quo subauditur εἶναι τὸν ὕλαν. *opinabatur Hercules, Hylam procul abesse.* Convenit utique loco sententia, convenientior tamen visa est exsistere, si εἶδετο in duo vocabula εἶδε τὸ divideretur. *tametsi prope Hylam erat Hercules, longinquum tamen spectabat.* h. e. spectabatur et urgebat profectionem in loca remotiora, existimans, Hylam procul a se distare. ἰδεῖν τὸ πόῤῥω est animum intentum habere rebus locisve multum distantibus, ulteriora sequi.

62. mutavi distinctionem, et comma posui ante τις, (quod operae male accentu onerarunt) caeterae edd. omnes sic interpungunt: φθεγξαμένας τις ἐν ὤρεσιν, ἀμοφάγος λὶς.

64. pro ἐν ἀτρίπτοισιν ἀκάνθαις suadet Valkenarius Ep. ad M. R. p. XXXV. ἐν ἀτρύτοισι κλωνῖς. sed Dorvillius ad Chariton. p. 506. iure vulgatam tuetur.

65. ἐπελάμβανον sola ZC. editio, quasi ad ἀκάνθας rediret. ἐπιλάμβανε Stop. Haereo in hoc loco. ἐπελάμβανον repudiat metrum, fert sententia, tametsi ea quidem illo non multum iuvatur. quid enim magnopere ad rem facit, spinas ingentem locum obsedisse. Contra Graecis usitatum non novi esse, ut de eo, qui proficiscendo viae nonnihil emetiatur, ἐπιλαμβάνειν usurpent. De sedente, eoque locum occupatum tenente, recte id usurpatur, non item de ambulante; nisi propria illa graecitas aevo Theocriteo fuit, quod aevum multa sibi propria habuit.

66. ἀλᾶσθαι ὄρη καὶ δρυμὺς pro ἀνὰ ὄρη καὶ ἀνὰ δρυμὺς ita dictum est, ut infra Idyll. 15, 122. ποτᾶσθαι ὄζον ἀπ' ὄζυ, pro ἐπὶ ὄζον ἄλλον ἀπ' ὄζυ ἄλλυ. et ᾤχετο δίφρον pro ἐπὶ δίφρον, Idyll. 24, 99. et 30, 7. πᾶσαν δραμόντες ὕλαν. Sic Apollon. Rhod. 4, 257.

257. νισσόμεθ' ὀρχομενὸν est in editione principe Flor. quamquam aliter est in aliis. sic ἤλατο πόντου (pro εἰς τὸν πόντον) Callimach. H. in Dianam vs. 195. et H. in Delum 37. βαθὺν ἤλατο τάφρον. Idem H. in Dian. 235. ὅτι οἱ συνελέξαο κώρας ἄρεια [id est ἀνὰ ὄρη] πλαζομένας ἀζηνίας. et sic ἐρχεσθαι vel μολεῖν πόλιν pro εἰς πόλιν Euripidi crebrum est, et alia talia aliis. ἄρεια dant Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. ὄρεα HSt.

68. μὲν Aldina, Salam. Farr. Brubach. μένευ ZC. HSt. revocavi Aldinam. apparet enim, lectionem Romanae meram esse παραδιόρθωσιν, a qua loco huic vitioso medela certa non affertur. Obliterare sic volebat Calliergus, sed incassum, lacunam latentem. Quod si existimabat, metrum a μὲν labare, atque fulciri debere, multum ille fallebatur. μὲν in fine pedis, perinde atque in caesura, producitur. Sed post μετάρσια nonnulla desunt, finis puta huius versus, et initium sequentis usque ad τῶν παρεόντων, quod sitne ab οἱ παρόντες, *comites navigationis tum praesentes*, an a τὰ παρόντα, *copiae rerum necessariarum praesentes*, repetendum, haud constat.

69. non intelligo, qui possint ἱστία *vela*, ἐκκαθαίρεσθαι *expurgari*. melius conveniret ἱκρία, *transtra*, et *foros*. Non dubito, poetam id dedisse, f. quoque μεσονύκτιον ἐς [id est ἕως τε] ἐκάθαιρον, *purgabant tabulata navis, foros, usque mediam ad noctem*.

71. καλεπὰ Ald. Flor. quod revocavi. nam subauditur μανία. caeteri omnes καλεπὸς, forte referentes illi ad ἔρως.

75. πεζᾷ mediocris secundus et tertius. item Scholiastes. subauditur ὁδῷ. quartum idem dare voluisse nil dubito, tametsi ex eo annotatum video πεζᾷ. quod nihili est.

AD IDYLLIVM DECIMVM QVARTVM.

1. χαίρην] subaudi κελεύω vel βούλομαι. deinde dant libri omnes τοι αὐτῷ. sed reposui τυ αὐτὸν. quoniam constructio hoc postulat. βούλομαι καὶ ἐγώ σε αὐτὸν χαίρειν. deinde οι et υ inter se saepissime permutantur, et terminationes vocum a librariis omittuntur, a legente quoque ipso addendae cogitando.

do. unde tantus error in his terminationibus, ut alibi nusquam maior. Possit quoque legi ἄλλα τοιαῦτα Αἰσχίνᾳ, scil. βούλομαι γίγνεσθαι vel γιγνέσθω, συμβαινέτω. *alia talia eveniant Aeschini.*

2. Αἰσχίνῃ Aldina, ZC. Salam. Farr. Brubach. unde suspicio modo proposita confirmetur. Αἰσχίνα HSt.

3. ταῦτ' ἄρα λεπτὸς] scil. εἶ. *propterea etiam sine dubio macer es.* ταῦτα pro διὰ ταῦτα recurrit Idyll. 15, 8.

4. pro ἄρ', quod est in Aldina, Salamandrina, Farreana, Brubach. est in ZC. ἂν male. contra vitiose in Aldina et Flor. est αὐγαλεοὶ. Possit, quamquam ego equidem auctor eius rei nemini fieri velim, utraque lectio sic conglutinari. χὠ μύσαξ πολὺς ἔτος, ἀναυγάλεοι δὲ κικῖνοι. Potest utique capillus, fordidus, squalidus, ἀναυγαλέος, *splendore, nitore carens* appellari. Sed praestat αὐαλέοι.

5. revocavi πυθαγορικτὰς ex Aldina, Salamandr. Farr. Brubach. solus HSt. male dedit πυθαγορισταὶς.

9. Eustath. ad Iliad. κ. p. 796. 59. ποτὲ δὲ, τριχῆς φάσκοντες ἐξηρτῆσθαι τὰ πράγματα, ἐξ ἧ παραποιήσας ὁ Θεόκριτος ἔφη τὸ, θρὶξ ἀνὰ μέσσον.

10. ἄσυχα ὀξὺς affert Casaubonus; cuius interpretationem non magis, quam vulgatam, capio. Mens in varia mihi discessit, in quibus tamen non conquiesco. num ἄσυχος, ὀξὺς, ab ἄσυχη, inquies animi, a fastidio, taedio, sollicitudine, agitati. fastidiosus, acer et acerbus, vehemens. an σίκχος, ὕποξυς, vel σικχανὸς, ὀξὺς, a σικχαίνεσθαι. vel συγνὸς, ὕποξυς.

11. *omnia volens repente, pro tempore quoque, pro re quaque nata,* h. e. inconstans, versatilis, idem alias appetens, alias refugiens. εἶπεν Aldina, Flor. recte, si εἰπὲν exaretur, pro εἰπεῖν. ut feci. subaudi χρὴ vel μέμνησο. εἶπον ZC. Salam. Farr. Brubach. εἰπὸν HSt. quod postremum ad sententiam quidem praestat. nam εἶπον est *dicebam.* quod alienum h. l.

12. ὃ deest Ald.

13. sitne hic Cleonicus idem, cuius flebilem exitum deplorat epigramma Theocriti nonum, quod e Graevii notis ad Hesiodi opera vs. 619. integrum reddidi, in medio relinquo. Sed sine dubio idem est Cleonicus, quem Euxithei cuiusdam amore captum, eoque contabescentem deplorat Callimachus Ep. 32.

14. ἐν χώρῳ bene habet. *rure, in villa quadam mea.* Palmer. Exerc. p. 805. male mutat in χόρτῳ, *in gramine.*

quod

quod non patitur, primum, additum παρ' ἐμὸν. *in gramine, apud me*, vel *meo*. quis ita loquitur? deinde, non in gramine, sub dio, eos iacuisse, sed intra tecta, domi, consedisse, insequens docet narratio. χῶρος universe locus omnis est, sive habitationi, sive oblectationi consecratus, extra urbem, ruri. v. Ernesti ad Callimachi H. in Cererem vs. 30.

15. βύβλινον Ald. Brubach. HSt. βύβλιον ZC. Salamandr. Farr.

17. βολβὸς κολχίας (sine τις) Ald. βολβός τις κολχίας ZC. Sal. Farr. Brubach. βολβός τις κοχλίας HSt. Nil erat, cur ZC. de fulciendo metro per insertionem sui τις cogitaret. media in κοχλίας est anceps. ἕ πότος Ald. ἧς πότος reliquae.

18. visum seu decretum fuit, ut unusquisque merum sibi iuberet infundi, quodcunque ipse vellet. oportebat solummodo vini genus illud poscere, quo quisque maxime delectaretur. non iam in Byblino, ut ante, haerebamus, sed ad alia progrediebamur vina. Expromebantur alia atque alia vina, pro cuiusque lubitu, modo significasset, quo maxime genere duceretur. Hanc puto huius loci sententiam esse. v. Casaubon. Lect. Theocr. c. 15. Non repugnabo tamen, si cui probabilius videatur, ἕ τινος ad ἑταίρῳ vel ἑταίρας referri. De more, in nomen amicorum et amicarum potandi, nota sunt omnia. Solummodo Callimachi celebre in hac re epigramma 31. luce quadam interpretationis perfundam, quoniam video, interpretibus id adhuc obscurum mansisse. Sententia primi distichi est: Infunde, puer, in calices vinum, et idem, quod tibi praeivi, nomen Dioclis, itera tu quoque. Sed cave aquam mero affundere. Sacros calices, qui in Dioclis honorem hauriuntur, Acheloum, h. e. aquam sentire, nefas est. ἐπιχεῖσθ' dat Scholiastes. Plerumque α producitur in ἄκρατον. Theocritus tamen corripit, modo in utraque syllaba, modo in altera.

21. ἔχειν Aldina, ZC. Salamandr. Farreana, Brubach. ἔχεν HSt.

22. verba ἔπαιξέ τις inclusi parentheseos signis, quo versus huius omnis tollitur obscuritas. Interrogabat iocosus aliquis acerbo et mordaci scommate Cynisca: *tu non loqueris? Num, ut verbis illius sapientis utar*, λύκον *vidisti*, aut, *nempe* λύκον *vidisti, ut cum illo sapiente loquar.* Sed inest orationi duplicitas significationis. Vocabulum λύκον significat *lupum*; sed idem est quoque nomen proprium iuvenis, quem illa Cynisca

niſca amabat. Hinc lepos iocì. Longam nectit Henr. Stephanus ad h. l. diſputationem, et mihi quidem haud planiſſimam.

23. κἤρα εὐμαρέως ex Ald. revocavi, ſic tamen, ut εὐ dividerem in duas ſyllabas, ἐϋ. κἤφα εὐκαρέως Salam. κἤφατ' ἔτ' εὐμαρέως ZC. Farreana [et medicei tres. κἤφατ' εὐμαρέως Brubach. et mediceus quartus. (fine ἔτ') κἤφθα. εὐμαρέως HSt. Sententia eſt: Et profecto facili negotio tu vel lychnum ex ea accendas: id eſt, tam erat arida et muta, ut facile paſſa eſſet, ita ſe terebrari, atque ligna illa terebrantur, quorum e contritu ignis elicitur, antequam vel hiſcat aut mutiat. Simili locutione immodica, ſeu hyperbolica, nos utimur, cum de homine nimis arido et macilento dicimus vernacule: *Er möchte brennen*, vel *anbrennen*. Poſſet ignem ipſe ex ſeſe, aut afflatu alienae flammae concipere; tam aridus eſt. ἄψαις eſt in omnibus, praeterquam in Aldina, quae vitioſe dat κἤψας. κἤρα eſt pro καὶ ἄρα. Annotator Vimarienſis haec adſcripſerat [κἤφατ' ἔτ' εὐμ. F. V. γρ. κἤφθα ἢ χ' ἤφθα. Auratus, Profeſſor Pariſienſis, legebat χ' ἤφθη. Scholiaſtes interpretatur ἐφλέγετο.]

31. μέλισμα accipio hic loci pro ingenio. Genus enim eſt cogitationum, ſtudiorum, actionum, in quibus mens elaborat. Theſſalum ingenium, ſeu Theſſala ratio mentem exercendi et conformandi, eſt fraudulenta, doloſa. Interpretationis loco adiectum eſt κακαὶ φρένες, *mala mens*, *maligna*.

32. παρὰ μ. mediceus tertius et quartus.

33. ἐπιθυμήσασα margo HSt.

34. ἐγὼ Schol.

35. revocavi ex Ald. Salam. Farr. Brubach. ἀνείρυσα δ' αὖ τῶς πέπλως. *revelli etiam ei veſtes de corpore*. Peplum vel pallium alicui matronae eripere, aut revellere, ita, ut vultus eius nudaretur, haud erat minor ignominia, quam ei colaphum impingere. quod vel ex V. T. conſtat. ἀνειρύσασα δὲ πέπλως ZC. HSt. et codex Toletanus apud Schottum Obſerv. 2, 49.

36. ἀπῴχετο dant omnes libri. ἀπείχεο reſcripſi, in imperativo. Eſt oratio Aeſchinis ad moecham ſuam. *foras te celeriter eiice*. domo ſcilicet. Deditne poeta ἄπωκέ τυ, ut verbum ſit ἀπώκειν, ut διώκειν. *amove te foras*. non diſplicet. et ſuffeciſſem iam tunc ſtatim, cum hic locus ſub prelo typographico verſaretur, ſi ſatis mature ſuccurriſſet. ὄτι ἀρέσκω Ald.

Ald. Salamandr. Farrean. Brubach. ὅ τοι ἐρέσκω ZC. HSt. iam ſupra quoque vſ. 29. dabat Ald. τι pro τοι.

38. μᾶλα dant omnes. reſcripſi μάλα. non enim h. l. neque genas, neque poma ſignificat, ſed *vehementer, vel maxime, inprimis.* Fuit olim adiectivum μαλὸς, unde comparativus μαλίων, et contracte μάλλων, et ſuperlativus μάλιστος, inde adverbia illa μάλα, μᾶλλον, μάλιστα. Impoſuit vulgaris error, μάλα et μάλιστα primam correptam habere. Habent enimvero, ſed et producunt ex poetae lubidine.

39. poſt hunc verſum deeſt alius. pendet enim voc. μάσσακα, et deeſt ſaltim προσενέγκασα. *quemadmodum hirundo, poſtquam attulit pullis ſuis pabulum, celeriter rurſus, ad aliud quaerendum, avolat; ita quoque Cyniſca avolabat* — ſenſit interpres quoque Latinus hiatum. Annotator Vimarienſis admonebat, ſubaudiendum eſſe ἐνεγκᾶσα. ὑποξέσοφίοισι margo HSt.

40. ἀγεῖρεν codex Toletanus apud Schottum Obſervat. 2, 49.

41. ὠκυτέρα h. l. eſt pro poſitivo, ὠκέως, ut etiam Latini *ocyus* pro *celeriter* uſurpant.

42. ἀμφίθυρον videtur idem eſſe, atque *veſtibulum* Romanorum, vacuum illud ſub dio ſpatium, quod ab oſtio ad interiora aedium patebat. *der Hoff.* δικλὶς autem eſt ianua extima, per quam exitus in ſemitam publicam, et ex ea aditus in veſtibulum patebat; ſic dicta, quoniam valvis conſtabat, ſeu perpendiculariter illis a vertice deorſum, ſeu transverſim horizontaliter iuxta ſe decurrentibus. quod utrumque valvarum genus etiam hodiedum adhuc in domibus noſtris uſurpatur. Et quod eiusmodi valvae binis ſeris muniuntur, ideo δικλίδες audiunt.

43. ἔβα κεν ταῦρος mediceus tertius et quartus, ſcholia, et ex iis margo HSt. fort. leg. ἔβα κα (id eſt κη) ταῦρος. *evaſit, neſcio qui, aut quo, in ſaltum taurus.* Sententia videtur haec eſſe: Evaſit aliquando taurus, neſcio qua ratione, et quem ad locum, in ſylvam, unde tamen poſtmodum rediit ad ſtabulum. quod ſubaudiendum omittitur. Itaque ſperandum eſt, ut etiam hic vel ille, qui ſe cuſtodiae ſubito ſubduxit, et fuga in libertatem vindicavit, aliquando tamen ſponte ſua revertatur, et poteſtatem ſui faciat. Verum in uxore mea proverbium hoc confirmatum non eſt, nam illa

aufugit ipsa quoque, nondum tamen tam longo tempore post rediit.

45. ἑνδέκατος Ald. HSt. ἐνδεκάτος Salamandr. Farr. Brubach. ἐνδεκάτη ZC. utrumque bonum, nisi quod in altero ἥλιος, in altero ἡμέρα subauditur. μᾶνας malim in accusativo, quia aptum est ex ποτίθει. nisi hoc volumus adverbialiter accipere, pro *item, adhuc, praeterea*; sic, ut vim suam casum aliquem regendi plane amittat. Dubito quoque, significetne δύο καὶ δύο μῆνες quatuor menses, (nam duo menses duobus additi conficiunt quatuor menses) an solummodo duos menses, cum duobus diebus. v. Casaubonus ad h. l.

46. Omissio tonsurae signum erat luctus. nam lugentes et moesti curam ut reliqui corporis, ita comae quoque, negligebant. Thracica tonsura videtur levissima et contemtissima fuisse, qua uterentur etiam ingenui, qui tamen sordidiuscule corpus haberent. Tonsura Thracica erat, cum coma demittitur usque ad mediam frontem, et tondetur in orbem, per frontem mediam, ad aures, ad sinciput, et desinit in media illa scrobe, quae vulgo, vocabulo Arabico, Nucha appellatur, sic, ut caput eiusmodi tonsum simile appareat scaphio inverso, seu globo dimidiato, parte convexa sursum versa. Caeteri Graeci, qui laetius et liberalius victitarent, comam non tam profunde demittebant in frontem, contra vero sinebant profundius in humeros defluere, sic, ut partem scapularum et dorsi tegeret. Si qui adhuc magis submitterent comam, usque ad regionem lumborum, illi dicebantur κομᾶν, et pro superbis habebantur. Non possum ab hoc loco discedere, priusquam suspicionem quandam meam de vitio coeco huius loci proponam. Suspectum enim mihi est ὑπ' ἀλλάλων. primum enim subaudiri deberet ἄπεσμεν, aut κεχωρισμένοι ἐσμὲν. quod ferri poterat, tametsi durum est. deinde καὶ deest ante οὐδὲ, aut δὲ post illud idem οὐδὲ. quare suspicor, legendum esse, ἐξ ὧ ὑπ' ἀλγάων οὐδὲ θρ. κ. *ex quo, prae animi cruciatu, ne Thracice quidem tonsus sum.* ut ἄλγος vocabulum est, ita potuit etiam ἄλγη usurpatum esse, et habet Hesychius Ἄλγας. ἀλγηδόνας. Annotat Andreas Schottus Observ. 2, 49. se in codice Toletano reperisse κέκαρμαι. quod ne quis miretur, nescius, quid sibi velit, cum ita sit in libris omnibus, tenendum, Schottum usum esse, quod ipse testatur, libro Theocriti germanico. non dicit quo. sed forte Brubachiano usus est. in eo quidem est κέκραμε, monstroso errore.

47. Forte

47. Forte nihil est in hoc versu mutandum. nolo tamen lectores celare, me varias huius versus refingendi vias iniisse, quas hic iudicio doctiorum permittam, securus utriusque fortunae. mea enim nil magnopere refert, probenturne meae rationes, an repudientur. Primum itaque visum est, legendum esse, τᾷ δὲ Λύκος νῦν πάντα. *Illi vero Lycus nunc est omnia in omnibus*, (ut vulgo loquuntur) summa rei, summa fortunarum suarum. Λύκῳ καὶ νυκτὸς ἀνῷκται. *Lyco vel de nocte ipsa patet.* videtur enim poeta magis in demonstranda laborare illius amoris magnitudine, quo Cynisca erga Lycum flagraret, quam huius, quo Lycus illam prosequeretur. vulgata autem hoc magis declarat, Lyco Cynisca summi fieri. Quod contra fieri debebat. Rursus venit in mentem, scribendum esse: Ἁ δὲ Λύκῳ νῦν, scil. ἐστὶν ἀνειμένη. aut si Λύκω sine iota subscripto exaretur, adeoque sit genitivus, erit κτῆμα subaudiendum. Tum nova orditur sententia: Πάντα [scil. αὐτῆς θύρετρα καὶ πράγματα] Λύκῳ καὶ νυκτὸς ἀνῷκται. Denique visum est, in quo acquiesco, legendum esse, sublato post πάντα commate, et πάντα cum Λύκῳ in unum vocabulum contracto, Ἁ δὲ Λύκῳ νῦν παντα λύκῳ, καὶ ν. ἀ. *illa vero nunc Lyco, illi* παντα λύκῳ, qui Cynisca τὰ πάντα, caput fortunarum omnium, est, et omnia penes eam valet, *patet etiam de nocte.* illud vocab. παντάλυκος, formatum est ioci, ludibrii et convitii ergo, et plenum est amaritudinis, ad similitudinem v. παντα λέων. Flor. οἶδε Λύκος νῦν πάντα.

48. ἀριθματοὶ mediceus tertius et quartus. v. Callimachi epigramma 26.

49. μοίρῃ ZC. solus.

50. κεἰ Aldina, Salamandr. Farreana, Brubach. HSt. κἠ ZC. ἀποστέρξαι με Ald. quam lectionem revocavi. nam vera est. caeterae omnes ἀποστέρξαιμι. Sententia est: Siquidem iniiceret animo meo odium sui. ἀποστέργειν τινα est, Theocrito quidem est, delere et evellere ex alicuius animo amorem sui, eumque animum odio et aversatione sui implere. Id quod apparet ex epigrammate quarto Theocriti, vs. 14. εὔχεο ἀποστέρξαι τὰς Δάφνιδός με πόθους, votum fac, ut Daphnidis desiderium ex animo meo deleat, eique oblivionem eius inducat.

51. versum hunc libri omnes sic exhibent: νῦν δέ ποθ' ὡς μῦς φαντὶ θυώνιχε γεύμεθα πίσσας. quem sic refinxi. νῦν δὲ ποθῶ. *Iam vero desiderio teneor*, Cynisca puta. Μῦς, φαντὶ,

θυώνιχε, γεύστο πίσσας. *Mus, aiunt, Thyoniche, picem aliquando guſtabat.* Noſti caetera. ut enim mus tenebatur a pice, quam ſemel deguſtare libuerat, ita etiam ego Cyniſcae amore ita detineor, ut avelli ab ea nequeam. Mos eſt vulgaris, ut, cum talium proverbiorum et apologorum initium commemoratum ſit, caetera omittantur, ab auditore quoque et lectore tacite ſupplendæ, et ad rem praeſentem accommodanda. Proverbium de mure, picem deguſtante, quod transferri ſolet ad res, quas retinere et omittere pariter moleſtum eſt, lepide uſurpavit etiam Pantaenetus apud Demoſthenem, falſus ille Atticus cavillator, in Apollodorum.

53. non videtur ἐπίχαλκος nomen proprium viri eſſe, neque prima litera maiore, ſed minore, exarandum, utpote quod puellam bene nummatam aut bene dotatam ſignificet. In vetuſtis quidem editionibus parva prima litera exaratum video. Primus auctor fuit Henricus Stephanus hoc nomen pro proprio viri nomine habendi. Non habet quidem magnam vim argumentum hoc ideo, quod in illis vetuſtis editionibus omnia nomina propria parvis primis literis exarata reperiuntur. ſed res ipſa docet, nomen adiectivum hoc eſſe, non proprium. ut ἐπάργυρος eſt, bene inſtructus argento, ἐπίκληρος, ille vel illa, in cuius poteſtate eſt patrimonium, ἔπαγρος, dominus agri, ita quoque ἐπίχαλκος, aeratus, aeris dives. mediceus quartus dat ἐπιχάλκα.

56. ὁ non placet. num ὡς. pro milite, ſic ſatis commodus, et mediocriter tolerabilis, ut miles, quatenus miles quis eſt, neque ille optimus, neque rurſus peſſimus.

59. veteres libri varie locum hunc exhibent. Ald. ſic:

Μισθοδότας Πτολεμαῖος. Αι. (Aeſchinis ea eſt perſona) Ἐλευθέρῳ οἴος; Θ. (Thyonichus loquitur) Ἄριστος.

Αι. Τἄλλα δ' ἀνὴρ ποιός τις, ἐλευθέρῳ ὅστις ἄριστος.

Θ. Εὐγνώμων.

In primo verſu conſentiunt Aldinae etiam Salam. et Farr. non item in ſecundo et tertio, in quo cum ZC. faciunt, quae ſic exhibet. ſcilicet totum verſum 59. tribuit ZC. Thyonicho, verſus 60. primam partem Aeſchini, poſteriorem Thyonicho. et ſic quoque Brubach. Henricus Stephanus verſum 59. totum Thyonicho, verſum 60. totum Aeſchini, verſum 61. denique Thyonicho tribuit. Mihi turbatum hic aliquid a librariis videtur in verſu 60. In verſu 59. teneo rationem Aldinae. In verſu autem 60. extremo ſuſpicor, vera verba excidiſſe,

cidisse, eorumque loco finem superioris versus perperam esse iteratum. Quid autem exciderit, difficile dictu est. Occurrerunt mihi alias quoque similes errores, e. c. apud Oppianum, qui mihi haec commentanti nunc solus succurrit. Henricus Stephanus quoque simile erroris exemplum affert, a se observatum, in praefatione ad poetas graecos principes heroicos, p. 18. ex Iliade ψ. 550. Stobaeus, qui p. 46. locum hunc recitat, sic habet: τὰ δ' ἄλλα δ' ἀνήρ τις ἐλευθέρῳ οἷος ἄριστος. si quod veri vestigium inest vulgatae, forte dedit poeta vs. 60. ex persona Thyonichi. Ἐλεύθερος ὥς τις ἄριστα, *liberalis, ut qui maxime.* h. e. inprimis, in paucis liberalis, si quis alius, vel unus omnium maxime. Annotator Vimar. pro primo ὅτις etiam οἷος annotaverat e Stopiano.

61. ἐς ἄκρον Ald. quod ferri possit. nam caesura brevem producit.

64. βασιλῆϊ Ald. male. Stobaeus. εἶον χρὴ βασιλέα: αἰτεῖν δὲ χρὴ ὐκ ἐ. π. quod possit ferri. nam εα colliquescere potest in unam longam.

66. λᾶπον Ald. Salam. Farr. Brubach. HSt. λᾶπος ZC. solus. utrumque dicitur, tam ὁ λᾶπος, λώπυ, quam τὸ λᾶπος, λώπυς. ἀμφοτέρας Ald. ἀμφοτέρων ZC. Salamandr. Farr. Brubach. HSt. βεβακῶν Ald. βεβακὼς ZC. Brubach. HSt. βεβλακὼς vitiose Salam. Farr. Potest utraque lectio probari, tam Aldinae ἐπ' ἀμφοτέρας βεβακῶν, quam Romanae, ἐπ' ἀμφοτέρων βεβακὼς In illa subauditur κνημας, in hac κνημῶν, vel σκελῶν, et tam βεβακῶν potest probari, partic. aoristi 2. a verbo βεβάκω, quam βεβακὼς, part. perf. a verbo βαίνειν.

68. ὦ τάχος Ald. Salamandr. Farr. Brubach. ἃ τάχος ZC. HSt. videtur in illa priore lectione latere ὡς τάχος. subaudi σόν ἐστιν. nam perinde dicunt ὡς τάχος, quam ὡς τάχυς, id est, ὡς σαυτὸν ἔχεις ἐν ἔργῳ τάχυς. Verborum ἀπὸ κροτάφων πελόμεσθα πάντες γηραλέοι videtur haec sententia esse: sensim et sine sensu senescimus, primum in parte corporis illa, in qua senium obrepens contemnitur; deinde repente increbrescit latiusque dimanat senium cum canis crinibus.

69. videtur Scholiastes ἕρποι legisse. Eustathius ad Iliad. δ. p. 492. c. f. συντελεῖ δὲ εἰς τοῦτο καὶ Θεόκριτος εἰπών, ἀπὸ κροτάφων πελόμεθα πάντες γηραλέοι καὶ ἐπισχερώ, ἤτοι κατὰ τάξιν καὶ ἐφεξῆς, εἰς γένυν ἕρποι λευκαίνων ὁ χρόνος. repetit idem p. 727. 26. Idem p. 877. 10. ἐπισχερὼ ex Odyssea et Theocrito proponit.

ult. e verbis ποιεῖν τι δὴ εἰς γόνυ χλωρὸν effeciſſe Scholiaſten Ariſtophanis ad Acharn. vſ. 218. ποιηταὶ δὲ λόγων χλωρῶν, ſuſpicatur cl. Valkenar Ep. ad M. R. Affert h. l. et exponit Suidas v. τερῆδον ἀντικνήμιον, et Euſtath. ad Iliad. κ. p. 812, 49. et ad Odyſſ. ι. p. 1615. 25.

AD IDYLLIVM DECIMVM QVINTVM.

Eſt hoc Idyllium mihi quidem, pro ſenſu meo, ita ſuave et feſtivum, ut in Theocriteis pauca videantur eſſe, cum eo, ad ſuavitatem et feſtivitatem, comparanda. Lectorem poeta manu quaſi praeſentem in rem ducit, et digito, quae geruntur, ſingula quaeque demonſtrat, et garrulitatem, levitatem, ineptias, ſuperbiam, malignitatem, importunitatem mulierculatum, vivis coloribus depingit.

1. ἐνδοῖ primo loco ſine dubio *intus eſt.* ſed poſteriore malim accipere pro *intro veni.* Vtrumque ſuſtinere poteſt ſignificatum, ideo, quod proprie eſt dativus ſingularis cum adſcripto iota, quod alias ſubſcribi ſolet. ἔνδος, ἐνδὴ, ἔνδον. genitivus ἐνδοῦ non uſurpatur; at dativus, ἐνδῷ, qui dativus olim non ſic, ut nunc, per ῳ cum iota ſubſcripto ſolebat exarari, ſed per omicron ſimplex, cum adſcripto ad latus iota. ἐνδοῖ, οἴκοι, ποῖ, τοι, pro ἐνδῷ, οἴκῳ, πῷ, τῷ, etc. Iam dativus pariter motum verſus locum ſignificat, atque conſiſtentiam vel quietem rei in aliquo loco. ergo ἐνδοῖ poteſt pariter ſignificare *eſt intus*, quam *veni intro.* v. infra vſ. 77. et Callimachi H. in Cererem vſ. 77. In ὡς χρόνῳ ſubauditur πάρει. *o quam diuturna ex abſentia ades.* Citat initium huius verſus Etymolog. M. v. περαιτέρω. Conf. etiam Euſtathius ad Odyſſ. σ. p. 1839. 55.

3. verba ἔχει κάλλιστα libri omnes Eunoae tribuunt, ſed male. ſunt Gorgonis, quod res ipſa docet, dudumque Caſaubonus admonuit. Sententia eſt: Recte habent omnia, ait Gorgo, et ex animi mei ſententia. Satis molliter ſedeo. nil eſt, cur mea cauſa multum laboretis. Nos etiam dicimus, *es iſt gut, es iſt recht gut*, cum volumus officioſam ſedulitatem

tem et anxium paene ſtudium amicorum benigne nos accipiendi, deprecari.

4. ἀδειμάτῳ eſt in mediceo quarto. in caeteris omnibus ἀδεμάτῳ. quod bene habet. Gorgo animi ſui conſtantiam et fiduciam in tantis terroribus, per quos ſeſe penetraſſet, et quos ſuperaſſet, ipſa miribunda praedicat. Ego, ait, non poſſum ſatis ipſa mirari mei fortitudinem animi, in tot tantisque terroribus, quos me undique circumſtantes pervadendum mihi atque perrumpendum fuit. δέμα et δεῖμα et δέος idem ſignificant, *metum* puta, et ab eadem radice demanant. ἀδέματος itaque eſt, imperterritus, metu carens. ἀλεμάτῳ inventum Henr. Stephani, aut, ſi mavis, Ioſephi Scaligeri, et ἀδαμάτῳ, inventum Caſauboni, mihi non probantur. Henr. Stephanus e Florentina ἀδεμάτω affert, in quo terminationem genitivi doricam ſolummodo probat, vocabulum ipſum damnat. immerito illud quidem. Scaliger iam triginta annos ante ἀλεμάτῳ ſe correxiſſe ait, (quam iſta ſcilicet commentaretur; quod fecit A. 1596.) idque verum eſſe. quo videtur Henricum Stephanum pungere, quaſi ille eam ſibi emendationem furtim ſubtraxiſſet. Nae ille aenea pro aureis abſtulit, ſi fecit. Tanti profecto non erat, eiusmodi emendatiunculam furari. Quid ſi vos ambo, tu Scaliger, et tu Stephane, eam Aurato, magiſtro veſtro, in acceptis tuliſtis? Haec ſors eſt magiſtrorum. Vel ipſimet mihi uſu venit, ut ſub alieno nomine haud pauca edita circumferri videam, vivus adhuc atque ſuperſtes, quae mea eſſent inventa, ſed diſcipulis meis in ſcholis privatis a me impertita. quibus amicos gloriari et famam aucupari facile fero. Satis enim mihi eſt ſuperque inſtrumentorum famae quaerendae. Aequo animo veſtes amicis commodato do, quibus ipſe cum nil utar, illi ſe iactent. Sed redeo ad Theocritum. ὔμμιν eſt vel *vobis*, vel *usque ad vos*. Sententia eſt: In via cum ad vos contenderem, ab obſtante conferta turba, per quam mihi enitendum et eluctandum fuit, toties adii vitae periculum, ut aegre ad vos ſalva evaſerim, vel vobis ſervata ſim, ut me poſſetis etiam in poſterum frui.

5. πολλᾶ — πολλῶν] ſubaudi ἀπὸ.

7. Henricus Stephanus ait eſſe, qui pro ἐμ' [id eſt ἐμᾶ] malint μεν. In his Ioſ. Scaliger eſt. Vtrumvis elige, et res eodem ſemper redibit. Poteſt etiam, ſalvo metro, ἐμᾶ ἀποικεῖς exarari. et praeſtabat profecto, mea quidem ſententia, ſic

sic exarari. nam dirigit eiusmodi diligentia lectores in rectam viam, admitque dubitandi causas; et in scandendo literae superfluae, tametsi exaratae, et in medio propositae, tamen eliduntur. In Scholiis μοι invenio. quod non contemnendum putem. In ἑκαστέρῳ subauditur, ut fieri solet, ἦ προσῆκεν, aut ἢ ἐγὼ βυλοίμην ἄν.

8. πάραρος dant omnes libri, praeter ZC. qui in texto dat πάρορος, sine dubio vitio operarum. nam in scholiis verum habet. De vocabulo vid. Henr. Stephani annotat. ad h. l. et Eustathius ad Iliad. η. p. 672. 60. ubi locum hunc citat, et p. 1319. ὁ δέ γε παρὰ Θεοκρίτῳ πάραρος δηλοῖ μὲν ὅπερ καὶ ὁ ἐνταῦθα παρήορος, γίνεται δὲ ὁ παρὰ τὸ ἀείρω, ἀλλὰ παρὰ τὸ ἄρω, τὸ ἁρμόζω, οἱονεὶ ὁ παρηρμοσμένος, ὁ μὴ συνέχειαν ἔχων, ὁ μὴ πυκνὸς, ὁ μὴ φρενήρης, ὁ ἀραιὸς τὸν νοῦν. In ταῦτα subauditur aut ἐμηχανήσατο, aut διὰ. ut in illo Aristophaneo τοῦτ' αὐτὸ. τοῦτ' ἐκεῖνο. hoc est illud idem, quod dudum aio. vel hoc factum concinit illi dicto meo, quod usurpo saepius. fatuus nempe ille meus maritus in extremas orbis terrarum (urbis Alexandriae volebat dicere) partes sese abdidit, et ibi, inhabitandi ergo, non domum, sed antrum, vel lustrum aliquod conduxit, anguis alicuius, aut belluae latibulum.

10. ποτ' ἔριν dant omnes libri. unde effeci ποτ' ἔραν. *ad terram. pessum. pessum i, o pestis mea, tu illa commodis meis semper invidens et insidians pestis.* ad humum, id est, peri, morere. Pro ἐμοῖο dat Flor. ὁμοῖος. F. V. (id est, Fulvius Vrsinus) ὁμοῖον, teste annotatore Vimar.

11. Libri omnes dant Διώνα. quod nomen est foemininum. Diona nomen esse matri Veneris, neminem fugit. sed nomen viri hic requiritur. quare accentu in antepenultimam retracto, rescripsi Δίωνα. Dionis nomen notissimum est. Accedit ad hanc lectionem proxime lectio Δίωνα, quam Henricus Stephanus e Florentina affert. Poterat quoque de *Dionda* cogitari. ut nomen est Philondae, Charondae, ita quoque *Diondas* pro *Dionidas*. sed hoc paulo plus a literarum vestigiis abiret. Δίωνα τοιαῦτα Flor.

13. ad voc. ἀπφῦς v. Interpretes Callimachi H. in Dianam vs. 5. Δός μοι παρθενίην αἰώνιον, ἄππα, φυλάσσειν. videtur ex Hebraico vel Chaldaico *Abba* ductum. Facile hoc Alexandrini potuerunt ab inquilinis suis Iudaeis adsciscere, et cum Graecis communicare. Fallitur sine dubio Eustathius ad Il. ε. p. 565. hanc huius vocabuli tradens originationem: ὁ μέν

περὶ ἀπφῦς παρὰ Θεοκρίτῳ πατρὸς κλῆσις, ἣν βρέφος ἂν προσείποι πατέρα τὸν, ἀφ' ἧς ἔφυ. τοιοῦτον γάρ τι ἡ λέξις ὑποβάλλει νοεῖν. Idem 971. 31. locum hunc affert, et de vocab. ἀπφὺς plura disputat.

15. λέγωμες (per ω) ZC. Salamandr. Farr. recte ad sententiam. λέγομες Ald. Brubach. HSt. Age, ait, priusquam domo egrediamur, omnia, quae nos angunt et urunt, inter nos communicemus, omnes nostras privatas domesticas sollicitudines in sinum nostrum mutuo effundamus. Flor. τὰ πρόσω. λέγομες δὲ πρόσω.

Inter versum 16. et 17. videtur unus deesse; quod cum sententia ipsa hians demonstrat, tum Aldina, quae non ἤνθε, ut caeterae omnes, sed κἤνθε dat. quod indicium lacunae nescio an ZC. consulto obliterarit. Liceat mihi, ut in loco conclamato, coniecturam quandam meam proferre, a qua, si medelae nihil accipit locus, nihilo tamen plus cladis feret, quam iamdum habet. Possit itaque locus, ut saltem tolerabilis exeat sententia, sic quodammodo sarciri:

Ἀπφῦς μὲν τήνος (πρώϊαν θὴν πάντα λέγωμες)
Νίτρον ἔβα καὶ φῦκος ἀπὸ σκανᾶς ἀγοράσδων,
Κ' ἤνθε φέρων ἅλας.

Exibat ad nitrum et fucum emendum e taberna (seplasiarii puta) sed, qua est stultitia, homo tametsi tredecim ulnarum, quem, ut plenae hominem aetatis, oportebat tamen sanae mentis compotem esse, rediit salem afferens, loco illarum rerum, quibus ad huius diei pompam tantopere egebam; rem illam quidem culinae et rei domesticae non profecto inutilem, et vel adeo necessariam, verum ad mundum quidem muliebrem nil facientem, quo nitrum et fucus multo plus erant collatura. Nitro enim vestes mundabantur, et fuco facies illinebatur. Vides hominis stultitiam, qui in sale emendo, re tam vili, consumserit pecuniam, destinatam hilaritati et festivitati huius diei, et munditiei corporis mei, quibus rebus aliae omnes res, quamvis necessariae, postponi tamen debent. v. Scaliger et Casaubonus ad h. l. Forsitan erit, qui ἅλας h. l. non de sale, sed re quacunque vili, accipiat. qua de vocabuli usurpatione egit Casaubonus Lect. Th. c. 21. ad illud Theocriti 27. τάχα δ' ὕστερον ἠδ' ἄλα δοίης. Quod in medio relinquo.

18. ταῦτα ἔχει dat Scholiastes, sine γ'. quo omisso possit ταυτᾷ ἔχει legi, quod equidem malim. id est, ἐπὶ τῇ αὐτῇ ὁδῷ, vel γνώμῃ, vel διανοίᾳ ἑαυτὸν ἔχει. si γε servatur, ταὐτὰ saltim debet legi, id est, τὰ αὐτὰ, scil. ἐγκλήματα. et sic rescripsi. habet meus quoque maritus eadem ipsa vitia, quae tuus. vel ambulat eandem morum viam. nam et ipse nescit pecunia recte uti. Loco enim mundi muliebris, quem mihi debuerat in huiusce diei pompam atque hilaritatem emere, quinque pelles ovillas emit, lanificii ergo, unde liberis et familiae vestes texerentur. Stultae mulieres, nil, nisi se suamque munditiem, cogitantes, et alia omnia prae ornatu sui corporis pensi non habentes, in viris ea damnant, quae vel maxime laudanda erant, curam familiaris rei bene gerendae, et frugalitatem in loco, appellantque eam prodigalitatem, quod in nugis muliebribus emendis pecuniam perdere noluissent.

19. ἑπταδράχμως Ald. ζ δράχμως ZC. Salamandr. Farr. Brubach. perinde est. nam proximo statim versu eaedem dant editiones ε πόκως pro πέντε πόκως, quod dat Aldina plenis item literis. male dedit HSt. ἑπτὰ δραχμῶν. v. Bentley ad Phalaridis epistolas p. 443. et Valkenaer ad Herodot. p 479. κυνάδας videtur superba mulier per contemtum pelles ovillas appellare, tam durae rigidaeque et curtae, omninoque inutilis lanae, ut magis caniculae alicuius pelles videri possint, quam ovis. πηρῶν recte dat Ald. Salam. Farreana, Brubach. mediceus tertius et quartus. quod revocavi, relicto solummodo Dorismo. πυρῶν ZC. HSt. πηρῶν non ab ἡ πήρα, *pera*, sed πηρὸς, ρὰ, ρὸν, est repetendum, quod vocabulum significat eum, qui debilitatus et captus est quocunque seu sensu, seu membro, ut oculis, aut manibus, pedibusve. γραῖαν dant Ald. Salamandr. Farr. Brubach. γραιᾶν ZC. HSt. quod verum est. γραῖαι (scil. ὗες) h. l. sunt pecudes vetulae, ideoque viles et contemnendae. ἀπότιλμα est corium animanti de corpore detractum seu excoriatum. v. ad h. l. Scaliger. Annotator Vimar. adscripserat: [Eustathius legit ἅπαν ξύπον, quod dicit eadem ratione fieri, qua κέλευθον a κέλευθος, μηρὰ a μηρὸς, τράχηλα a τράχηλος apud Callimachum dicuntur.] Locus est ad Odyss. ζ. p. 1553. 42.

20. ἔλαβε] id est ἠγόρασε, *redemit*. Pro ξύπος, quod est in omnibus meis, affert Henr. Stephanus in annot. ad h. l. ex Eustathio ξύπον. v. ad Iliad. α. p. 108. 19. et p. 1553. 42.

Scho-

Scholia dant πέντε πόκους ἔλαβεν ἐχθὲς ἅπαν ῥύπος. verum illa ſcholia ſaepe verba non ſumma cum diligentia repraeſentant, ſed ut memoria labilis auctori eorum ſubiiceret, ſic, ut manente ſententia, metrum tamen, aut dialectus, periret.

23. Aldina ſola hic lacunam dat, exhibens locum ſic: βᾶμες τῶ βασιλῆος ἐς ἀφνειῶ. χρῆμα καλόν τι. caeteris omiſſis. reliquae antem ſunt plenae h. l. ſed omnes dant θασσόμεναι. pro quo recte dat HSt. θασόμεναι, h. e. θεασόμεναι.

24. ἐν ὀλβίῳ ὄλβια πάντα tribuit Aldina Gorgoni, et cum vſ. 25. ſermonem Praxinoae demum incipit. caeterae ſic perſonas diſtributas dant, ut vulgatum eſt. ἐν ὀλβίῳ (cum iota ſubſcripto) Ald. Salam. Brubach. HSt. ἐν ὀλβίῳ (ſine iota ſubſcripto) ZC. Farr. poteſt utraque lectio defendi. οἴκῳ ſubauditur ad utramvis. revocavi tamen poſteriorem, quia cum more Graecorum loquendi magis convenit, ut dicatur ἐν ὀλβίῳ ἀνδρὸς, [ſcil. domo] quam ἐν ὀλβίῳ. ſi quis ἐν ὀλβίων (ſcil. ἀνθρώπων μεγάροις) malit, ab eo non valde ſim alienus. non rara ſunt exempla amphimacri pedis pro dactylo adhibiti.

25. Verſus hic quid ſibi velit, non ſatis video. Nihil enim dum viderat Gorgo eorum, quae in regia gerebantur, aut ſpectabantur, ſed venerat ad Praxinoam, ut cum ea comite ſpectatum iret pompam feſtivam Adonidi conſecratam. Qui poterat ergo Praxinoa Gorgonem rogare, ut ſibi narraret, et ea, quae vidiſſet in regia, et quae ibi locuta eſſet, cum pedem illuc Gorgo nondum intuliſſet. id quod e verſu proximo apparet, ubi Gorgo negat, nunc otium confabulandi eſſe, ſed feſtinandum potius, inſtante tempore progrediendi ad ſpectaculum. videtur omnino inter verſum 24. et 25. unus deeſſe. Voluit Schottus Obſerv. p. 98. huic loco lucem affundere, ſed fumos vendidit. Adſcripſerat annotator Vimar. [Gorgo non eſt, ſed Praxinoe in Flor.]

26. Sententia proverbii videtur haec eſſe: Otioſis nullo non tempore oportuna venit feſtivitas, h. e. illud genus hilaritatis, quod capitur ex auditione et narratione rerum delectabilium, cuiusmodi ſunt pompae ſolennes, quarum in numero haec quoque Adonidi conſecrata habebatur. Nos autem nunc non ſumus otioſae, ſed vel maxime negotioſae. quare iſtas ſermonum epulas alii tempori magis vacivo reſervemus. Verſus 25. 26. 27. et ſeqq. Aldina Praxinoae tribuit.

28. Hoc versu imperat hera ancillae, ut festinet aquam manibus lavandis afferre. Εὐνόα (nomen est ancillae, cui hera imperat) αἶρε τὸ νᾶμα, *pete, arcesse aquam.* καὶ ἐς μέσον αἴνυε, *et in medium affer.* Subito consilium mutat, et ἕπετε ait, *abiice*, ait, *omitte.* Θὲς πάλιν. *depone rursus*, aquam puta. urget enim alia res interveniens, maioris illa momenti, *prius curre ad feles sopiendas. redde illis culcitam mollem.* (Meminisse conveniet, quanti feles ab Aegyptiis factae sint.) Ad hunc fere modum legendum atque interpretandum putem hunc locum. Schotti interpretatio huius loci ipsa eget interprete. Nihil eius capio. v. Observ. p. 98. universe eius omnia huius Idyllii interpretamenta mihi sunt aenigmata.

29. *festina dum, move te, fac ocyus.*

30. Ecce, quam *insciente*r, *quam rustice haec* (Eunoa) *aquam fert.* (Dicit haec Praxinoa mirabunda et stomachabunda ad semet aut ad Gorgonem.) *At praebe tamen nihilominus aquam et infunde, quamvis illepide et illiberaliter. Ninium aquae ne infunde. O te importunam, quae satis non putas, nisi totum aquiminal infuderis.* (Territa his minis ancilla cessabat aquam infundere.) *Quid cessas? Cur non infundis? Infunde. Improba, quid vestem mihi commadefacis?* — Locum hunc, in paucis lepidum et salsum, distinxi convenienter; ex quo non parum perspicuitatis ad eum accedet. Mirifica imago mulieris ornatui corporis, nitori cutis deditae, erga comtrices suas morosae, stomachosae, inconstantis, levis, ludicris et nugis servientis. ἄδ' εἰς νᾶμα Stop.

32. Sententia est: Lota nunc sum, sic satis, non satis quidem ad animi mei sententiam, sic satis tamen, prout tempus et res tulit, quantum licuit per illa fortuita, temporis puta angustias, et ancillae scaevitatem. Ea enim omnia, quae sunt extra potestatem nostram, a gentilibus in rebus divinis habebantur. Apollonius Rhodius 2, 311.

ὅ μὲν πάντα πέλεν θέμις ὔμμε δαῆναι
ἀτρεκὲς, ὅσσα δ' ὄρωρε θεοῖς φίλον, οὐκ ἐπικεύσω.

quae nunc effari licet, pro rerum praesentium ratione. ταύτη γενέμμαι Stop.

34. τὸ deest Aldinae. καταπτυχὲς ἐμπερόναμα est vestis ita fibulis confixa, aut filis conserta, ut plicae, (vel rugae, aut tubuli, σωλῆνες) alteri propter alteros in rectum, seu deorsum, seu transversim, decurrerent. Cuiusmodi vestem tubulatam

imitatam (σωληνατὸν) memini videre aere caelato expreſſam, cum aliquando manibus tractarem commentarium Eduardi Corſini, V. C. ad tabulam Farneſianam illam, qua Apotheoſis Herculis repraeſentatur, una cum eius duodecim laboribus. Ibi, ni fallit memoria, ſacerdos Argiva conſpicitur, eiusmodi veſte rugoſa induta. Poteram ad h. l. conferre ea omnia, quae quondam in commentariis ad Ceremoniale Conſtantini Porphyrogenneti hoc de genere veſtium non pauca congeſſi. ſed iaceant illa quidem, et ſortem ſuam exſpectent. mihi nunc alia agenda ſunt.

35. dictio πόσα κατέβη σοι αὕτη ἡ ἐσθὴς ἀπὸ τᾶ ἰτέᾳ, ſatis eſt a Caſaubono ad h. l. aliisque expoſita.

36. nil aliud, quam prava puncti collocatio, huic verſui et interpretibus eius ineluctabiles tenebras offudit. Libri omnes punctum ponunt poſt ῥηγοῖ. ego promovi verbo ulterius, et poſui poſt πλέον. quo facto clara lux rediit, et plana ſunt omnia reddita. Sententia eſt: Noli, o Gorgo, hanc rem amplius ad me commemorare, noli de ea pluribus loqui. ἀργυρίᾳ καθαρᾷ μνᾶν ἢ δύο (ſcil. μνᾶς ἔθηκα) *impendi pecuniae numeratae minam, aut duas.* καθαρὲν ἀργύριον appellat pecuniam numeratam, quae in numis ipſis, non autem aliis rebus pecuniae aequipollentibus, impenditur, in merces illas emendas, unde pannus aliquis conficiendus eſt, *bares, ausgelegtes Geld, der bare Verlag, Spinner-und Macherlohn, und Geſindekoſt nicht mitgerechnet.* καθαρᾶν dat Aldina ſola. caeterae omnes καθαρᾷ. μνᾶν dant omnes. ſolus margo HSt. lectionem vitioſam μνᾶς e ſcholiis aſſert. negat tamen Dorville, illam lectionem μνᾶς a ſe in ullo ſuorum librorum repertam. vid. Obſerv. Miſcell. T. III. p. 373. v. Eiusdem annot. ad Charit. p. 144. et Scaliger ad h. l.

37. προτέθηκα eſt in omnibus libris. nil tamen dubitavi, certiſſimam emendationem ποτέθηκα, a cl. Valkenario inventam, recipere. v. Ep. ad M. R. p. XXXVII. Non item tamen ei poſſum in altero aſſentiri, cum vſ. 38. καλὸν ἔμπας coniicit. Sententia eſt: Multum eſt, ait Gorgo, mi Praxinoa, quod tibi veſtem hanc tanti ais conſtitiſſe, in eaque detexenda te ipſam paene vitam inſumſiſſe. Verumtamen eſt opus egregium, et ex animi tui ſententia confectum. Credo equidem, reſpondet Praxinoa. verum ais, nil mentiris. Eſt utique opus incomparabile. — Vides ingenium mulierum, mundum ſuum, praeſertim eum, quem ipſae ſibi aut e taberna eme-

runt, aut ſuis manibus elaborarunt, ad inſaniam usque amantium, et ad nauſeam usque commendantium. *Doch iſt das Stück Ihnen vortrefflich wohl gerathen.* Praxinoa: *Sie haben Recht, Madam. Es iſt allerdings unvergleichlich ſchön.*

38. pro ναὶ καλὸν dat Flor. τοῦτο καλόν.

39. θολία eſt, quam Graeci recentiores προσκύλισμα uſurpant. de quo plura dixi in commentariis modo commemoratis ad Conſtantini Ceremoniale.

45. ex hoc verſu μύρμακες ἀνήριθμοι citat Euſtathius ad Iliad. α. p. 77. 11.

48. verſum hunc citat Scholiaſtes Ariſtophanis *Nub.* 1128. meminit etiam huius loci Euſtathius ad Dionyſ. Perieg. vſ. 221.

50. κακὰ παίγνια] *mali ſcurrae.* Voc. παίγνιον iſta aetate pro homine nauci, ſcurra, impoſtore, uſurpabatur. Sic eſt in illo ignoti, in Anthologia, I, 27. p. 95. Καλλίμαχος τὸ κάθαρμα, τὸ παίγνιον, ὁ ξύλινος νοῦς. *Callimachus piaculum, ſcurra, ſiculnea ſententia.* i. e. videtur mihi Callimachus homo eſſe exſecrabilis, nugator, communis ſenſus exſors. ſed revocat ſeſe poeta verſu altero. αἴτιος ὁ γράψας αἴτια Καλλιμάχου. ſcilicet, non ipſe Callimachus tam ſtultus, tam flagitioſus eſt, ſed librarius, qui Aetia eius tam infrunitis calami erroribus coinquinavit. ἐρεοὶ eſt in omnibus libris, lectio bona et omnino ſervanda, tametſi alii aliis eam modis labefactent. Caſaubonus quidem ἀρειοὶ ſuadet, *armis ſuccincti, militares.* Scaliger autem ἐρεμβοὶ. Valkenaer Ep. ad M. R. p. XXXVIII. ἑλεοὶ, *paluſtres*, ex illa Aegypti regione oriundi, aut in illa degentes, quae τὰ ἕλη appellabatur, de qua multa Hemſterhuſius ad Xenophontem Epheſiacum. Ego vero a lectione ab omnibus libris tradita h. l. non diſcedo. Cauſa enim diſcedendi nulla eſt. ἐρεοὶ ſunt *ſervi*, nos appellamus *Bauern.* Quod genus hominum, conditione vitae infimum, moribus teterrimum, appellatione *Bauern*, *Pöbel*, et *Canaille*, complectimur, illud genus veteres Graeci nomine τῶν δούλων, Latini *ſervorum* et *paſtorum* complectebantur. Inſpexerit modo quis orationes Ciceronis contra Piſonem, pro Sextio et ſimiles Clodianas, ubi ſingulis paginis *ſervi* occurrunt, pro infima plebe Romana, ſellulariis artibus dedita, opifices, cum ſuis tironibus et adiutoribus mercenariis. (*Lehrjungen und Geſellen.*) Quis neſcit ſaecula illa reip. Rom. bellis ſervilibus currentia, ut Florus ait, et ſaeculo XVI. p. C. n. crebra bella

ſervi-

ſervilia in Germania. (*die Bauernkriege.*) Quos poeta hic ἐρειὼς, *ſervos*, appellat, erant illi, aut vere ſervi, aut non multum a ſervis, neque veſtitu, neque ſorte vitae, diverſi artifices, mercenariique baiuli, et eiusmodi colluvies hominum. Vid. c. 3. libri noni Epiphyllidum Iacobi Philippi Locënſis, ubi egregia congeſſit de militibus bucolicis, qui ſunt iidem, atque noſtri ἐρεοὶ. Annotator Vimar. haec adſcripſerat [quidam legunt πάντες ἐρεμβοὶ, quid ſi legas πάντες ἐρεμβοὶ. qui ad Nilum habitabant. v. Strab. l. XVI.] Sic exſcripſi. ſed neceſſe eſt, ut aberraverim. Liber nunc ad manus non eſt.

53. poſt κυνοθαρσὴς comma verſatur in editionibus, quod ſuſtuli. Nominativus hic locum vocativi obtinet. *O Eunoa, tu, quae canem impudentia et temeritate imitaris, non hinc aufugies? non locum dabis huic ferocienti beſtiae, huic ſaevienti equo*, (quem πυρῥὸν appellat) *qui ipſum ſuum rectorem interimere minatur.*

57. illi equi cataphracti, quos paulo ante dixerat, ab uno equo ſaeviente conturbatos, nunc rurſus in ordinem redierunt, et conquieverunt.

58. ψυχρὸν ὄφιν] quem natura ita abhorret, ut refugimus omnes a re, cuius tactus, cum ſenſu frigoris infeſti, etiam peſtem, aut ſaltim metum peſtis citae et inevitabilis, affert; ut ſi imprudentes rubetam (*eine Kröte*) manu apprehendimus. vel etiam ita luridum et lividum, ut eſt cutis a gelu rigens. Schol. Nicandri *Theriac.* 291. κοινῶς δὲ πάντα τὰ ἑρπετὰ ψυχρὰ.

59. revocavi veterem lectionem σπεύθωμες. ὅσος ὄχλος ἄμμιν ἐπιῤῥεῖ ex Aldina, ZC. Salam. Farr. Brubach. Solus HSt. dedit ex Florentina σπεύδωμες. ὄχλος πολὺς ἄμμιν ἐπιῤῥεῖ.

60. Aldina, item ZC. Salam. Farr. Brubach. vocabulum rp. plenis literis γραὺς dant exaratum. tum ἐγὼ, ὦ τέκνα. ſed ἐγὼν, ὦ τέκνα Salamandr. Farr. Brubach. HSt. ἐγὼν τέκνα ZC. (ſine ὦ)

61. ἦλθον dant libri omnes. ſed ἦνθον e ſuis commendat Dorville Obſervat. Miſcell. III. 373.

62. καλλίστα eſt dualis. o vos duae puellae, puellarum omnium pulcherrimae. παῖδαν eſt in mediceo tertio et quarto.

63. 64. De ſententia huius diſtichi quaeram in libro harum Animadverſionum ſecundo. Interim hic ſolummodo hoc admonebo, mihi videri, vſ. 64. reſpondere, aut Praxinoa, aut anus illa exiens, ad Gorgonis orationem vſ. 63. tum

Gorgo

Gorgo vſ. 65. novum orditur ſermonem. Extra compagem totius orationis extractus et ſeorſim ſpectatus verſus 64. nihil affert difficultatis, et perſpicuum eſt, eum proprium muliebri ſexui morbum, curioſitatem avidam rerum novarum notare. v. Guil. Canteri Nov. Lect. 2, 12.

65. περὶ τὰς θύρας] regiae Ptolemaei puta, aliis intrare, aliis exire luctantibus.

66. λάβε] ſubaudi τὴν χεῖρα. nam alias debebat λάβευ dicere. Annotator Vimarienſis adſcripſerat [Ennius Medea. Salvete, optata corpora. Cette manus vos, measque accipite, Nonius in *Cette*, h. e. date.

72. φυλάξομαι. ἀθρόος ὄχλος dant omnes, praeter Aldinam, in qua eſt φυλαξεῦμαι. ὄχλος ἀθρόος. quod verum puto, tametſi auſus non ſum recipere. ſolummodo φυλαξεῦμαι ex ea revocavi. quia αι et α facile colliqueſcit. ut apud Callimach. H. in Dian. 4. ἀρχόμενοι ὡς ὅτε πατρὸς. ſed ſine dubio poeta dedit ſic, ut Aldus reddidit. nam ὄχλος iam aliquoties hoc Idyllio prima correpta uſurpavit, et ἀθρόος pro diſſyllabo bene poteſt uſurpari, aut in ἄθρους contrahi.

73. omnes dant ὥστε ὗες, praeter Aldinam, in qua eſt ὥστε ῥύες. ſine dubio voluit ὥστε σύες. aut ὥσπερ ὗες, ut eſt in Flor. Adſcripſerat annotator Vimar. [Ἐν καλῷ ἢ ἐς καλὸν pro commode et auſpicate. Xenophon in Sympoſ. et in v. ἔλλην apud Budaeum in Com. L. G.]

74. vid. Caſaub. L. T. ad h. l. et ad Athen. p. 11.

75. ἀνδρὸς] ſubaudi ἔργον. quod idem eſt, ac ſi dixiſſet ἐν ᾧ ποιεῖς ἔργον ἀνδρὸς χρηστοῦ. qua in re partes agis viri probi atque miſericordis.

76. φλίβεται repoſitum ex Euſtathio vult Caſaubonus ad h. l. Verba eius ad Iliad. α. p. 104. 2. haec ſunt: τὸ μέντοι φλίψεται ἐν Ὀδυσσείᾳ καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ ἐν Ἀδωνιαζούσαις αἰολικὸν καὶ αὐτό.

79. f. leg. ὡς λεπτὰ, χ' ὡς χαρίεντα! θεῶν περ νάματα [id eſt νήματα] φησείς! quam ſubtilia! quam gratioſa! dicas fere ſtamina dearum manibus ducta eſſe. non hic de veſtibus fibulatis, ſed ſolummodo de textilibus agitur.

81. verſum hunc recitat Etymolog. M. v. ζωγράφος.

82. ἐνδινεῦντι] ratio linguae graecae, vetuſtae quidem illius et probae, flagitabat ἐνδινεῦνται. ſed iſta aetate, qua Theocritus florebat, δινεῖν et δινεύειν pro δινεῖσθαι et δινεύεσθαι, *ſeſe circumagere in orbem*, uſurpabatur. quod multis conſtat exemplis poeta-

poetarum ei aequalium, quorum nonnulla operae pretium duxi a me colligi, et hic proponi. Apollonius Rhodius 1, 215. χορῷ ἔνι δινεύουσαν (subaudi ἑαυτὴν) usurpat de puella saltante. 2, 697. ἀνὰ νῆσον ἐδίνεον. *palabant per insulam.* 3, 310. et 834. δόμοις ἔνι δινεύουσα τείβε πέδον. 4, 1644. et 1664. et alibi. (Pari modo idem 4, 135. προχέουσι usurpat, pro *exeunt in mare*, ubi subauditur ἑαυτὰς.) Nescio, an huc referam illud Callimachi H. in Delum vs. 13. ἀμφί ἑ πηλὸς ἑλίσσων (scil. pontus) Ἰκαρίη πολλὴν ἀπουάσσεται ὕδατος ἄχνην. nam potest ibi ἑαυτὸν subaudiri ad ἑλίσσων, ut hoc tantundem sit, atque ἑλισσόμενος. sed et potest ἄχνην ad ἑλίσσων revocari. Δινεύειν pro *ambire, circumire*, usurpat Aratus Phaenom. vs. 83. idem tamen vs. 248. ἐπιδινεύονται dixit, ex Hipparchi quidem traditione.

83. verba σοφόν τι χρῆμ' ἄνθρωπος citat Scholiastes Sophoclis Antigon. vs. 355.

84. θηητὸς Ald. et forte id voluerunt quoque Salam. et Farr. dare, quae vitiose θνητὸς exhibent, ut sunt ambae perquam mendosae, sed Farreana magis. θαητὸς ZC. Brubach. HSt. ἀργυρέῳ cum iota subscripto, κλισμῷ sine eo, Aldina. ἀργυρέῳ κλισμῷ (utrumque cum iota) HSt. ἀργυρέῳ κλισμῷ sine iota, ZC. cum quo facio.

86. τριφίλητος Aldina sola. In calce versus malim φιλητὸς. tametsi non ignorem, ὑ poetis saepe pro ὐς usurpari.

87. ἀνήνυτα ZC. sola. caeterae ἀνάνυτα. omnes etiam punctum in fine huius versus figunt, nil autem interpunctionis post τρυγόνες. ego e contrario sic interpunxi, ut factum videre est. Importunus ille, quisquis fuit, qui garrulitate harum muliercularum gravabatur, primum ipsas eas increpat. *definite tandem aliquando*, ait, *o vos miserae turtures, infinita, nullum exitum inventura, nullumque fructum habitura, garrientes.* Deinde ad semet conversus, aut ad alium quemcunque praesentem, sic pergit: *hae foeminae neminem non enecabunt suo platyasmo.* ἅπαντα est accusativus singularis, generis masculini, non neutrum plurale. platyasmus est illa cruda, agrestis, pinguis pronuntiandi ratio, qua rusticani utuntur, linguam quasi planam semper gerentes, nunquam tollentes, neque deprimentes, neque convolventes, sed omnia eodem modo, ore diducto, pronuntiantes, et sonos magis obscuros e gutture protrudentes, quam verba formantes articulata. v. Palmer. Exerc. p. 806. qui Heinsium pro more suo vellicat.

88. pro πλατυάσδοισαι dat πλατεάσδοισαι Salam. et Farr. et Auratus volebat πλατειάσδοισαι, ut auctor eſt annotator Vimar. Idem adſcripſerat locum Demetrii Phalerei, περὶ ἑρμηνείας p. LX. πλατέα λέγυσι πάντα οἱ δωριεῖς.

89. μᾶ vocula eſt increpantis, obiurgantis, vel etiam ſimulantis mirationem. notum illud, *nec mu*, *nec ma.* quod dicitur de homine bardo, qui ne verba quidem vulgatiſſima et ore omnium contrita tenet, neque reddere novit. Convenit noſtrum *hum*, cum aliorum ſtolidam impudentiam, aut orationis abſurditatem cum miratione dedignabunda ridemus. Nos ipſi quoque, germani homines, *ma* uſurpamus, cum volumus aliquem amare irridere, diductis ad aures labiis, dentes albos oſtendentes, rictu late diſtracto, *wenn wir einen anflentzen.* Videtur hunc locum in mente habuiſſe Euſtathius ad Iliad. λ. p. 855. 24. ſic tradens: εἰσὶ δέ τινες μιμητικαὶ φωναὶ — ἐν αἷς καὶ τὸ μᾶ παρὰ θεοκρίτῳ.

90. πασάμενος] ſubaudi ἡμᾶς. *ubi tu nos aere tuo tibi redemeris, tum demum incipe nobis imperare.* Peccavi h. l. quod lectionem librorum omnium πασσάμενος (cum ſigmate duplici) reliqui, cum, ex praecepto quidem grammaticorum, deberet σ eradi. Nam ſic tradit M. Antonius Muretus Variar. lection. 2, 20. quo capite Theocriti hoc Idyllion, Adoniazuſas, attingit. [Legendum cenſeo, (ſunt Mureti verba) πασάμενος, non πασσάμενος neque vero parum intereſt. nam πάσασθαι prima ſyllaba brevi, eſt γήσασθαι. ex quo poetae, quum eam ſyllabam producere volunt, faciunt πάσσασθαι. at πάσασθαι prima longa eſt κτήσασθαι. unde eſt πολυπάμμων, eſtque ea vox Dorum propria. erit igitur πασάμενος, κτησάμενος.] omitto reliqua ibi loci legenda. Ponam hic etiam verba Erneſtii, V. C. ad Callimachi H. in Cererem vſ. 128. [πάομαι in aoriſto non duplicat ſigma, ſed librarii, ignari quantitatis, duplicarunt, producendae ſyllabae cauſa, ut dudum monuit Caſaubonus ad Athenaeum X. p. 465. corrigens ad eandem rationem epigramma vetus, item cl. Valkenar. Animadv. ad Ammon. p. 187. 188. ubi πασσάμενος, quod eſt in Theocriti 15, 90. docet, eſſe in Etymolog. M. p. 681. πασάμενος, et ſic ibi reſcribendum. πάσασθαι, a πάσσομαι, *edo*, duplicat ſigma, quum ſyllaba prima producenda eſt. De verbo hoc late et exquiſita eruditione diſputat Valkenarius l. c.] Idem V. C. ante p. 246. ſic tradiderat: πάσασθαι, cum *poſſidere* ſignificet, primam productam habere, et repetendum eſſe a πάομαι, et

nil

nil opus esse, ut duplicando sigmate syllaba producatur, quae iam per se longa sit; cum autem *edere* significet, habere primam brevem, et eam opus habere duplicatione sigmatis, ubi sit producenda, et esse a πάσσομαι repetendum. Eradatur itaque h. l. alterum sigma in posterum, per me licet. Annotator Vimarienſis haec adscripserat [κτησάμενος δ᾽ἄλην V. C. Sambuci. πασάμενος (id est κτησάμενος) Muretus. Sophocles in Oedipo Coloneo: μὴ 'πίτασσ' ἃ μὴ κρατεῖς.] Valkenaer ad Ammonium p. 188. suadet leg. πασάμενος ποτίτασσε ex auctoritate Etymologici in v. πολυπάμμων, ubi tamen idem vitiose dat συρακοσίοις.

92. πελοποννασιστὶ mediceus quartus, et Muretus. quod recepi. caeterae πελοποννησιστὶ.

94. de voc. Μελιτῶδες sic commentatur Muretus l. c. [Quod Scholiastes ait, μελιτώδη vocari Persephonem, vix credibile videbatur, antequam legerem Porphyrii commentariolum περὶ τῦ ἐν 'Οδυσσείᾳ τῶν νυμφῶν ἄντρυ. qui mihi omnem hac de re scrupulum exemit. Ita enim ibi scriptum est: πηγαὶ δὲ καὶ νάματα οἰκεῖα ταῖς ὑδριάσι νύμφαις καὶ ἔτι γε μᾶλλον νύμφαις ταῖς ψυχαῖς, ἃς ἰδίως μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλων, ἡδονῆς ὕσας ἐργαστικὰς. ὅθεν καὶ Σοφοκλῆς οὐκ ἀνοικείως τῶν ψυχῶν ἔφη, βομβεῖ δὲ νεκρῶν σμῆνος ἐρχεται δ᾽ ἄλη. καὶ τὰς Δήμητρος ἱερείας, ὡς τῆς χθονίας θεᾶς μυσίδας, μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλων, αὐτήν τε τὴν κόρην μελιτώδη.] Haec Muretus, cuius alia quaedam ad h. l. omitto, in quibus paulum ab ipso abeo in alia. v. etiam Menage ad Diogen. Laërt. 3, 94. κάρτερος h. l. idem est atque κρείττων. Est comparativus a positivo καρτὸς, καρτὴ, καρτὸν. unde etiam superlativus κάρτιστος. Locum Porphyrii annotaverat etiam Fulv. Vrsinus teste libro Vimarienſi.

95. πλὰν ἰνὸς Ald. et ZC. qui Calliergus tamen in margine admonuit γρ. καὶ ἐνὸς. quasi ἰνὸς probaret. caeterae omnes πλὰν ἐνὸς dant. In κενεὰν subauditur τὴν κάρδοπον. *nil curo, num tu mihi vacuam mactram rutro deradas.* h. e. parum mea refert, operam frustraneam te insumere, nobis imperitandi, quae in potestate tua non sumus. Proverbialis locutio, *mactram vacuam rutro deradere*, de omnibus valet in cassum laborantibus. v. Brodaei Miscell. 2, 28. qui vertit, *ne mihi colaphum infringas*, et subaudit χεῖρα, non γνάθον, neque κοίνικα. it. Scaliger ad h. l. et Casaubon. ad Theophrasti Charact. p. 296. qui in Lect. Theocr. ad h. l. videtur Muretum, inter alios, carpere, cuius haec sunt verba Var. Lect. 2, 20. [Iam

quod ſequitur οὐκ ἀλέγω, μή μοι κένεὰν ἀπομάξῃς, quam habere voluerit ſententiam, ipſe viderit, Scholiaſtes, cum illa ſua praeclara interpretatione, μή μοι κενὸν τὸ μέτρον ἀποψήσῃς.] Ergo diſplicet Mureto haec interpretatio, quae mihi certa et omni dubitatione potior videtur, ſatisque eſt ab Heinſio aſſerta. Pergit Muretus [et ille alter, qui ita reddidit: *non metuo, ne menſura tibi ludar inani.*] videtur hic Muretus Eobanum Heſſum velle reprehendere. [Ego non dubito, pergit Muretus, quin pro κενεὰν legendum ſit κονίαν. ut hoc mulier dicat: *non vereor, ne in me pulverem abſtergeas.* id eſt, *ne me impune contemtam ac deſpicatam habeas.* eſſet enim extremi contemtus ſignum, ſi quis pulverem e calceis aut e veſte ſua abſtergere in alios vellet.] Mirifica hominum ingenia, et incredibile dictu, quam diverſas de ſe ſpecies eaedem res aliis atque aliis obiiciant. Ego Mureti interpretationem vix percipio. Verumtamen addit Muretus [Sed et illud κενεὰν defendit et explicat in Novis Lectionibus Canterus, idque ex Aurati ſententia. Cedamus ergo non inviti. Aurato enim in literis adverſari, ὃ θέμις.] Magnifica Aurati laudatio, cuius ego equidem exſtare multa ingenii monumenta velim. Sed non ſuccurrit, ubi Canterus, et quam protulerit Aurati de loco hoc Theocriteo ſententiam. Quaerant alii. Annotator Vimar. adſcripſerat haec: [Auratus intelligit πλαγὴν. Muretus legit κονίαν contra Schol.]

96. ἀείδεν Stop.

98. σπέρχιν dant omnes libri. Ego non dubito, legendum eſſe πέρυσιν *quae etiam anno ſuperiori, anno ante, palmam e certamine Ialemi canendi auferebat.* v. Caſaubon. ad h. l. Muretus l. c. Ἰαλέμῳ ſuadet, nulla addita ratione. Annotator Vimar. haec adſcripſerat [Hoc ad Praxillae carmen referendum, cui titulus Adonis. Hinc proverbium ἁλιθιώτερος Πραξίλλης Ἀδώνιδος.]

99 dubito, quid h. l. ſit διαθρύπτεσθαι, num *inhorreſcere*, an *molleſcere*. utrumque convenit. De rubo dicitur h. v. cum incipit ſpinas erigere, quo inacceſſus fit. Homo itaque, qui ſe ad canendum, ad orandum componit, frontem fricat, vultum tergit, digitis concrepat, dici poteſt inhorreſcere, velut galli indici. Sed rurſus idem molleſcit, cum guttur, vocem, oculos, cervices, manus, pedes, tractabilia, mollia, obſequioſa voluntati ſuae, et, quoquo impellantur, cedentia reddit,

101. χρυ-

101. χρυσῶ παίζυσ' dant libri omnes. forte χρυσόπεζος vel χρυσαίπεζος, uno vocabulo, ut ἀργυρόπεζος. *aurea veſtis fimbria*, vel *inſlita inſignis*, vel *pede fulta aureo*. v. Euſtathius ad Iliad. γ. p. 384. ubi locum hunc recitat, ſervans vulgarem lectionem.

105. ἀεί τι φοροῖσαι] ſubaudi νέον, aut φίλον. Dixi hoc de genere omiſſionis aliis quibusdam locis Animadverſionum mearum ad graecos auctores.

107. Βερονίκαν et vſ. 110. Βερονικεία libri omnes. ſed veram lectionem, quae eſt per duplex ε, praefert margo HSt. et infra Idyll. 17, 34. et 46. et 57. ſic eſt in omnibus libris. Circa idem illud tempus, quo Idyllium hoc conſcriptum eſt, etiam Callimachi epigramma 55. prodiit, in cuius vſu 2. leg. eſt ἄρτι ποτεπλάσθη, (uno verbo) pro προσεπλάσθη.

110. Βερενικ. Flor.

114. χρύσεια λάβαρα Ald. ſola, non tamen ſine exemplo. λάβαρον medio aevo pro ἀλάβαρον erat uſitatum.

115. ποιεῦνται Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. margo HSt. qui in texto dat ποιέονται. f. leg. πλαθάνῃσι ποιεῦνται. quia Theocritus primam in ποιεῖσθαι ſemper corripit. v. Scaliger h. l. et Caſaub. ad Athen. p. 305.

117. ἐν ὑγρῷ ἐλαίῳ editiones omnes. refinxi tamen ἐνύγρῳ ἐλαίῳ, ut ſit genitivus a v. ἔνυγρον ἔλαιον.

118. τᾷδε redundat. num dedit poeta ἑρπεσὰ δὲ. caeſura poteſt α producere, et nil cauſae video, cur non dixerint, aut dicere potuerint, perinde ἑρπεσὰ, atque ἑρπετὰ dixerunt.

120. ὑπερποτόωνται Ald. Flor. margo HSt. ὑπερπωτῶνται ZC. Salam. Farreana, Brubach. HSt.

121. οἷα mediceus quartus. ἀηδωνιῆες (per ω) Aldina, ZC. Salamandr. Farrean. ἀηδονιῆες Brubach. HSt. Schottus Obſerv. p. 98. e codice Toletano hanc lectionem aſſert: οἷοι ἀηδονιῆες ἀεξομένων ἐπὶ δένδρων. quae lectio eſt in Florentina.

122. ποττῶνται Ald. πωττῶνται ZC. Salam. Farr. Brubach. πωτῶνται HSt.

124. ratio grammatica poſtulabat φέροντε, in duali. ſed numeri ſaepe inter ſe permutantur.

125. ἄνω] ſcil. τᾷ κλιντῆρος. ſed ſuſpicatus aliquando ſum, legendum eſſe, τάπητ' (in duali) ἀγανῶ (id eſt ἀγανᾷ) μ. ν. Hunc verſum, cum ſequente 126. citat Scholiaſtes Ari-

ſtophanis *Ran.* v. 549. et Euſtathius ad Dionyſ. Perieg. vſ. 823. (p. 109. a. edit. Henr. Steph.)

129. ὀκτωκαιδεκάτης Ald. ZC. Salamandr. Farr. Brubach. quod reſinxi in ὀκτωκαίδεκα τῆς. id eſt αὐτῆς (Veneris puta) ὁ γαμβρὸς ἔχει ἔτη ὀκτωκαίδεκα. *Sponſus Veneris habet annos octodecim aut novendecim.* HSt. primus dedit ὀκτωκαιδεκέτης.

130. περὶ dant omnes editiones, niſi quod Salamandrina dat περιχείλεα, quaſi unum eſſet vocabulum. retracto accentu exaravi πέρι. id eſt περίεστι. *Juperſunt ei adhuc malae rutilae,* ſeu *barba in malis rutila.*

131. μὰν mediceus tertius et quartus. male.

136. In hoc verſu carmen incipit alterum, quod altero die poſt canendum erat, cum Adonis ad mare deducebatur, et rurſus ad Proſerpinam remittebatur. Inepte itaque et contra decorum haec a poeta finguntur uno ſpiritu ab illa Argiva cantrice recitata. At ferenda haec ſunt in poeta, qui duo ingenii ſui monumenta diverſis accommodata temporibus ſimul effundere volebat. Multa in vetuſtate ſunt ad hunc modum ἀνοικονόμητα. Similis eſt conſtructio etiam in Callimacheo Lavacro Palladis.

140. ᾗ reſtitui e mediceo tertio et quarto, pro ἥ, quod eſt in libris omnibus meis ante nomen Pyrrhi.

141. forte Λαπιθᾶν καὶ Δευκαλίωνος. utrumque in genitivo.

143. ἴλα Ald. ZC. Salamandr. Farr. Brubach. quod verum eſſe nullus dubito. ἵλαθι HSt. quod etiam Fulvius Vrſinus volebat, teſte libro Vimarienſi. νέωτ' εὐθυμήσαις Ald. Salam. Farr. Brubach. HSt. νέω εὐθυμήσαις (ſine τ') ZC. νέω εὐθυμεύσῃς margo HSt. e Florentina

144. ἀφίκῃ] *redibis.* Non modo ſignificatio *adveniendi*, ſed etiam *redeundi*, verbo ineſt, quaſi eſſet pro αὖ ἱκέσθαι, et ſic quoque in fine carminis. vidit etiam interpres.

146. πανολβίαι ὡς γλυκόφωνοι Flor.

147. κεἰς Ald. Salamandr. Farrean. Brubach. HSt. κἀς ZC.

148. hominem iracundum, cerebroſum, ὄξος poſſe dici, *acetum*, *fermentum*, dubium nullum eſt. videtur tamen hic melius convenire ὀξύς. Correxi ex mente Caſauboni μηδὲ ποτένθης. libri omnes dant μηδέποτ' ἔνθης.

AD

AD IDYLLIVM DECIMVM SEXTVM.

Male habetur hoc carmen pro invectiva vel ſatyra in Hieronem, regem Siciliae poſteriorem. Alia omnia. Toto coelo aberrarunt, quibus ita viſum fuit. Eſt enimvero magnifica Hieronis depraedicatio. Vt ſaepe nugaces ſunt ſcholiaſtae graeci! Ad locum argumenti, ubi Simonidis arcae commemorantur, adſcripſerat annotator Vimarienſis: [Vide Plutarchi libellum *περὶ τῶν βραδέως ὑπὸ τῆ θείᾳ τιμωρημένων.*]

1. *εἴτι τῦτο* codex Coislin. teſte Montefalcon. Bibl. Coislin. p. 508. *εἴ τοι τῦτο* et *ἀοιδαῖς* Ald. Salamandr. Farr. *αἰεὶ* et *ἀοιδοῖς* ZC. Brubach. HSt. revocavi Aldinam. *αἰὲν* et *ἀοιδαῖς* Flor. etiam codex alius Coislinianus apud Montfauc. p. 226. dat *αἰεὶ*.

4. *ἀείδοντι* Aldina, Flor. margo Salamandr. et Farrean. ſed in texto ambae dant, una cum Brubach. *ἀείδομεν* (per *ο*) melius ZC. a quo id acceperant, *ἀείδωμεν*. item HSt. revocavi etiam hic Aldinam. Etiam in duo vocabula diſſolvi *οἵδε*. In *ἀείδοντι* ſubauditur *καλῶς καὶ καθηκόντως*. Sententia haec eſt: Si Muſis curae ſunt cantus, quibus laudes deorum virorumque fortium celebrentur, recte id decenterque fit. nam Muſae deae ſunt, eoque recte deos canunt. nos autem ſumus mortales. iccirco recte fit, cum homines mortales alios ſibi conditione pares collaudent. Poſſit quoque utroque loco, pro indicativo, coniunctivus ſuffici. ſaepe *ο* et *ω* in vetuſtis libris permutantur. ſic ſtatim vſ. 12. *ἵκοντι* eſt in Aldina. verum nihil hic affirmo.

5. Hic eſt initium ipſius carminis, cuius praefatio quaſi eſt in ſuperioribus. non cohaerent haec inter ſe. Priora excuſatum ibant poetae inſtitutum regem laudandi. *Nil*, inquit, *perſona mea indignum, nil viribus meis maius audeo. Hominem ab homine extolli, conſentaneum eſt.* Haec hactenus. Nunc ingreditur ipſum argumentum. *τίς γὰρ* — Hoc *γὰρ* hic loci nil vincit; ſed ita per ſe ſtat, ut latinum *ec*, in *ecquis*, vel *tandem. quis tandem* — *ἦ* dant Ald, ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt.

6. *κἀ-*

6. χάριτες h. l. sunt officiosum poetae studium alicuius collaudatione gratiam penes eum ineundi, eumque demerendi.

8. αἱ δὲ] *quo fiat, ut illae necesse habeant domum reverti* —

9. ὅτ' ἀλητείην ἤνθον revocavi ex Aldina. ab ἀλήτης, *erro, vagabundus*, manat ἀλητεῖος, εἶα, εἷον, *conveniens, aptum, proprium erroni.* ἔρχεσθαι ἀλητείαν, (scil. ὁδὸν) *ire* vel *isse viam erraticam* est, eiusmodi iter peregisse, quale illorum est, qui a meta, a proposito suo, aberrant, et spe sua excidunt. ZC. dedit ὅτ' ἀλιθίην ὁδὸν, sine ἤνθον, cuius ne vestigium quidem in eius editione exstat. Sic quidem Salam. et Farr. verumtamen illae quidem ἤνθον in marginem reiecerunt. Brubach. denique et HSt. dant ὅτ' ἀλιθίην ὁδὸν ἤνθον. quod ad hoc diei in libris versatum est.

10. pro ἐπὶ dat Flor. ἐν.

12. ἔνθ' αἰεί σφιν mediceus quartus vitiose. σφιν Aldina, Flor. ZC. Salamandr. Farreana, Brubach. σφίσιν HSt. σφιν hic producitur, sive propter contractionem, sive propter spiritum asperum insequentem. v. vs. 47. et Idyll. 17, 13. ἵκοντι dant omnes veteres edd. ἵκωντι HSt.

13. τοιόσδε] ut nempe praeconem laudum suarum benigne accipiat· nam τὶς alterum potest pro ὅστις, aut pro ὥστε accipi. vel talis, qualem nempe vs. 6. descripsit poeta, aut qualem mox describet.

14. ἔργμασιν mediceus unus.

16. κόλπῳ annotatum dabat liber Vimar. sine auctore. πόθεν αὔξεται ἀθρεῖ Ἄργυρος Ald. idem dant Salam. Farr. et Brubach. nisi quod ἄργυρον dant, et εἴσεται in margine Salam. et Farr. exhibent. margo HSt. quoque Aldinam praefert. πόθεν εἴσεται ἀθρεῖ ἄργυρον ZC. HSt.

18. Aldina sic exhibet hunc versum: ἀλλ' εὐθὺς μυθεῖται. ἀπωτέρω ἢ γόνυ κνήμας. Sic quoque Salamandr. et Farreana, nisi quod punctum in medio versu omittunt. ZC. et Brubach. sic dant: ἀλλ' εὐθὺς μυθεῖται ἀπωτέρω ἢ γόνυ κνήμα. et sic quoque HSt. nisi quid comma post μυθεῖται ponit. Revocavi lectionem Aldinae, sed punctum mutavi commate, retraxique pone ἀπωτέρω. quanquam ne hoc quidem valde necessarium erat. ut haec sit sententia: Si cui carmen laudibus eius celebrandis factum offero, statim ille mihi dorsum obvertit, et loquitur mecum averso vultu, pari modo, atque furae a genu aver-

sae

fae ſunt. nam genua adverſa ſunt, ſurae averſae. Poteſt eadem ſententia etiam illi diſtinctionis rationi ineſſe, qua uſus eſt Aldinae curator; ut ſi ſic in latinis diſtinguerem: *hac ad me utitur oratione, magis a me averſus, quam ſunt ſurae a genubus averſae: Ipſi mihi boni aliquid contingat.*

20. τὶς δέ κεν αὖθις ἀκοῦσαι ἄλλω. πάντεσσιν ὅμιλος Ald. et Flor. quae lectio poterat ſe facile tueri, neque ego equidem aliam deſiderem. αὖθις reſpectum habet ad Homerum. *poſtmodum.* poſt Homerum puta. *ecquis deinceps*, h. e. poſtquam Homerus laudes heroum cecinit, *audiat alium. Omnibus eſt Homerus*, ſcil. in manibus, quo delectentur, ſi qui ſuavitatibus poeticis ducantur. aut, *quis rurſus novum pueris imponet onus diſcendi, quibus ſatis eſt moleſtiae ſuperque, ſi vel unum Homerum in ludis trivialibus memoriter percipiant.* Nam poetae pueris in ſcholis ediſcendi proponebantur. Verumtamen regnat hodie in libris omnibus lectio haec: τὶς δέ κεν ἄλλα ἀκούσαι. ἄλις πάντεσσιν Ὅμηρος. quam primus ZC. dedit. Non inficiabor tamen, hanc lectionem Aldina eſſe aliquando planiorem.

23. ὧδε Ald. margo Salamandr. et Farrean. item margo HSt. nec non mediceus primus et quartus. ὧδε ZC. Sal. Farr. Brubach. HSt. perinde eſt.

24. pro τινι dat Salam. et Farr. τοι. forte volebat τῳ. *alicui.*

25. ἑέξαι (pro ἕρξαι) affert Schottus Obſerv. p. 98. e codice Toletano. pro παῶν malit cl. Valkenar. πηῶν p. 188. Animadverſ. ad Ammonium.

28. ἐθέλητι Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. quod revocavi. ſubauditur τις, aut ὁ ἐθέλων νεῖσθαι, ὅτις ὅτος ἐστὶν, aut ὁ ξένος. quod latet in v. ξεινοδόκον. ſed ſaepiſſime τις omittitur. male HSt. ἐθέλωντι e Florentina, et adhuc peius Commelin. ἐθέλοντι. nemo non videt, adumbratum eſſe hunc locum ex illo Homerico: καὶ ἄψ ἐθέλοντα ἀποπέμπειν. ubi ſubauditur ἀποπέμπεσθαι. dimittere volentem, ſcil. dimitti. Poſſit quoque exarari, ſalvo metro, ἐθέλῃ τις νεῖσθαι, vel ἐθέλῃ τις νέεσθαι. ſed lectio a me reſtituta eſt exquiſitior. Annotator Vimarienſis adſcripſerat locum Homericum.

30. ὄφρα κε κεῖν Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. ὄφρα καὶ εἶν HSt. ἐσθλὸς Ald. Salamandr. Farr. Brubach. HSt. ἐσθλὰ ZC. perinde eſt.

31. μύρεαι Ald. Salamandr. Farr. Brub. μύραι ZC. μόρηαι HSt. Adscripserat annotator Vimarienſis, ſi μύρεαι probum ſit, leg. eſſe ἐπὶ τῷ ψυχρῷ.

32. μαλέλη Ald. μακέλῃ ZC. Salam. Farrean. Brubach. μακέλᾳ HSt.

33. δεινὴν dant omnes. E Schotti Obſerv. p. 98. intelligo, in libris quibusdam eſſe δειλὴν, et in codice Toletano ὕλην, id eſt, ὀλοὴν, *exitioſam*. verum margo HSt. dat ἀχὴν e Florentina. quod recepi. nam eſt vocabulum rarius obvium, poeta dignum, loco huic conveniens. Heſychius Ἀχὴν. ἄπορος. Ἀχηνεῖς. κενοὶ. forte leg. Ἀχῆνες niſi malumus, eſſe pro ἀχανεῖς, nullius rei capaces, hoc eſt, compotes. quorum loculi nil tenent. Ἀχῆνες πένητες. Ἀχηνία. ἀπορία cum inſequentibus.

36. Σκοπάδεσσιν Ald. quam lectionem non puto ſpernendam eſſe. σκοπάδαισιν ZC. HSt. σκοπάδαισσιν Salamandr. Farr. Brubach. Memorabile videtur, neque nullo plane in loco habendum, quod Scholiaſt. ad Idyll. 1, 95. perhibet, Doras eos nominativos plurales in ες formare exeuntes, qui alias in αι exeant, et ſint primae declinationis. ut vulgo Σκοπάδαι dicti, erunt ad hunc modum Σκοπάδες, Σκοπάδων, Σκοπάδεσσι. pro μοῖραι, Dorice μοῖρες. Et occurrunt paſſim huius formationis haud obſcura veſtigia. Sic Idyllii 20 9. eſt μέλαινες in Aldina, ZC. Salam. Farreana, Brubach. pro quo HSt. μέλαιναι ſuffecit. Idyllii 21, 3. editio Aldina dat ἐργατίνεσσι, a nominativo ἐργατῖνες, non ἐργατίναι. item Idyllii 23. verſu ultimo ἀῖτες pro ἀῖται. Apud Apollonium Rhodium 3, 578. eſt μινύεσσι pro μινύαισι. ubi lectionem illam damnat Stephanus, defendit Hoelzlinus. Apud Callimachum in Lav. Pall. vſ. 32. pro vulgari τριοπίδαισιν eſt in Voſſiano τριοπίδεσσιν. neque dubium eſt, quin aliis pluribus in locis forma haec Dorica a librariorum importunitate, et protervitate, aut inſcitia, ſit obſcurata et obliterata. De Scopadis vid. Interpp. ad Callimachi fragm. 71. p. 443. Pro σακὸν eſt in mediceo quarto σακὲς. non male.

37. forte κερααῖσιν. nam βόες ſunt vaccae. niſi κεραοῖσιν h. l. generis communis ſit.

38. ἂν πεδίον Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. ἀμπεδίον HSt. v. vſ. 92.

39. Κλεώναις Ald. ſola. caeterae Κρεώνδαις.

41. Ad-

41. Adscripserat annotator Vimar. Lambinum ad Horat. Carm. 2. Od. 3. legere τυγνοῖο χάροντος.

44. φωνέων dant omnes mei libri, et Hermogenes, qui distichon hoc p. 360. ed. Aem. Porti affert. neque multum eo offendor. fuit tamen, cum suspicarer, a poeta profectum esse φωνεῖν. δεινὸς φωνεῖν. *potens sonare*, vel *concinere*. pro δεινὸς dat mediceus quartus κεῖνος.

45. adscripserat annotator Vimar. haec: [Aristoteles in Problemat. quibus complexus est philologica, ait, oratorem bonum et patremfamilias deditum augendo patrimonio, et ductorem exercitus probatum dici δεινὸν. tibicinem et histrionem illo nomine non appellari. v. Hermogenem p. 360.]

47. σφιν Ald. sola. caeterae σφίσιν. v. ad vs. 12.

49. pro κύκνον dat mediceus primus σκύμνον. male. Eustathius ad Iliad. γ. p. 455. 38. διὸ τὸν τρωϊκὸν κύκνον τοιοῦτον ὄντα Θερσίτης ϑῆλυν ἀπὸ χροιᾶς ἔφη.

54. ἐσιγάϑη δ' ἂν ὕφορβος Ald. Salamandr. Farr. Brubach. HSt. ἐσιγάϑη δ' ὁ σύφορβος ZC.

60. ἀϊόνι Ald. ZC. Salam. Farr. quod verum est. pronuntiatur ut trisyllabum, tanquam *Aioni*, ut *Troia*, et *Aiax* pronuntiantur. αἰόνι Brubach. ᾳόνι HSt.

62. καὶ ὕδατι Aldina. ἢ ὕδατι caeterae. ἰοειδέϊ Ald. Salam. Farr. Brubach. HSt. διοειδέϊ ZC. Flor. Proverbium exponit Brodaeus Miscell. 2, 28.

63. καὶ φιλοκερδὴ καὶ βεβλαμμένον Ald. Salam. Farreana, Brubach. φιλοκερδείῃ βεβλημμένον ZC. φιλοκερδείῃ βεβλαμμένον HSt. ego secutus sum lectionem ZC. sic, ut alterum μ delerem. nam est a βάλλειν. Simile ductum est a plaga vel ictu pestis. παρελϑεῖν idem est, atque προσελϑεῖν, *adire*, *convenire*.

64. ὃς τοιοῦτος mediceus quartus.

68. δίζημαι δ' ᾧ κεν ϑνατῶν idem liber mediceus.

69. Secutus hic sum distinctionem Aldinae, ZC. Salam. Farr. Brubach. opponuntur inter se σὺν μύσαις et μυσάων ἀπάνευϑεν. *difficiles sunt cautuum viae*, *invitis Musis*, *filiabus Iovis*. Henricus Stephanus sententiam turbavit, sic interpungendo: τελέϑυσιν ἀοιδᾶν Μυσάων ἀπάνευϑε Διὸς. Pro μυσάων dat margo HSt. e Florentina κηρέων. *viae carminum*, sunt aut accessus eorum ad mentes hominum, aut insinuationes et pervasiones eorum per corda humana, aut variae rationes, quae usurpantur in iis conscribendis, et universa ratio poetica. Via alicuius

rei, est id omne, quod eam rem aut constituit et continet, universitas rationum eius et effectuum, quos edit, aut adminicula ad eam perveniendi, modi eam consequendi. μεγάλω βασιλῆος dat Ald. et margo Salam. atque Farr. μέγα βυλεύοντος ZC. Salam. Farr. Brub. HSt. Citat haec verba Eustathius ad Hom. Iliad. α. p. 75. in fine.

72. τρόχον ἅρματος dixit, metri ergo, pro τροχὸς ἁρμάτων, ut Idyll 21, 6. ἰχθύος ἀγρευτῆρες, pro ἰχθύων ἀγρευτῆρες, et 25, 122. ἔργα νομῆος.

73. ἀοιδῇ Ald. margo Salam. et Farr. mediceus primus et quartus. ἀοιδῆ ZC Salamandr. Farr. Brubach. HSt. Potest Aldina satis bene defendi, et accipi pro ἐν ᾠδῇ, aut πρὸς ᾠδήν.

77. ἐρείγασσιν Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. ἐρείγασιν (uno tantum sigmate) HSt. ἐρείγαντι mediceus quartus. Annotator Vimar. adscripserat haec: [Verbum οἰκεῖν non tantum habitationis sedem, quae saepe mutari potest, sed et ipsam patriam significat. Sic Homer. hymno in Apoll. τυφλὸς ἀνὴρ οἰκεῖ δὲ χίῳ ἔνι παιπαλοέσσῃ.]

81. Eustathius ad Iliad γ. p. 421. *antep.* Θεόκριτος δὲ τὸ ὁμηρικὸν [ἵππουριν καὶ ἱπποδάσειαν] περιφραστικῶς ἑρμηνεύων φησὶν, ἱππείαις κόρυν σκεπάσασαι ἐθειραι.

83. ἦ Ald. ZC. Salam Farr. Brubach. ἆ HSt.

84. εἴλιχας Ald. εἴληχας ZC. Brub. HSt. ἕληχας Salam. Farr. εἴλαχας Commel.

85. κακαὶ πέμψειαν ἀνάγκαι Ald. Brubach. HSt. κακαῖ (sic) πέμψαιεν ἀνάγκαι Salam. Farr. κακᾷ πέμψειαν ἀνάγκᾳ ZC. quod recepi. nam πέμψαιεν per errorem irrepsit e multitudine confusa varietatis lectionum ad marginem codicis mei adscripta. tametsi caeteroquin in se nihilo est deterius atque illud alterum. *mala cum necessitate*, aut *per malam necessitatem*, *emittant*, *exterminent*, Hiero puta, atque Syracusani, Poenos ex insula sua.

86. ἀγγελέοντας Aldina, Salamandr. Farreana, Brubach. HSt. ἀγγέλλοντας ZC. margo HSt.

88. νεῖοιτο Flor.

90. ἠδ' ἀνάριθμοι Ald. Salam. Farr. Brubach. αἱ τ' ἀνάριθμοι ZC. HSt.

92. αν πεδίον Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. ἀμπεδίον HSt. v. vs, 38. mediceus quartus ἀγελαδὸν.

93. σκιε-

93. σκνιπαῖον Ald. Flor. margo HSt. σκιπναῖον ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. habet utraque lectio, quo se commendet. σκνὶψ est *tenax*, *parcus*, *sordidus*. σκνιπαῖος itaque erit *in incessu tenax*, *tardus*. σκιπναῖος autem ἀπὸ τῦ σκήπτεσθαι poterit repeti, *se fulcire*, *niti*, *iterum atque iterum in baculum incumbere*. ut nos quoque *druxen* usurpamus, pro *cessitare*, a verbo *drücken*. ἐπισπεύδειεν Ald. Salam. Farr. ἐπισπεύδοισιν ZC. Brubach. HSt.

94. ἡνίκα Aldina, ZC. Salamandr. Farr. Brubach. ἀνίκα HSt.

95. ἐνδειος Ald. Salamandr. Farr. ἐνδεὶς ZC. Brubach. Flor. ἐνδεῖς HSt. v. Idyll. 22, 22. perinde est, singulari, an plurali utare.

99. πέρας Flor.

100. Loci huius meminit Eustathius ad Dionys. Perieg. vs. 1005. p. 127.

102. πᾶσιν ἦκοι Ald. πᾶσιν ἵκοι ZC. Salamandr. Farr. Brubach. margo HSt. quod revocavi. id est, εὖ ἵκοι, χωροῖ, *bene eveniat*, *contingat*. πᾶσι μέλοι HSt.

104. ὦ ἐτεόκλειοι θύγατρες θεαὶ, τὸν μινύειον Aldina sola. caeterae ὦ ἐτεόκλειοι χάριτες θεαὶ αἱ Μινύειον. margo HSt. exhibet lectionem Aldinam, nisi quod ὦ exhibet pro τὸν. et haec est lectio Florentinae.

105. ῥήβας Flor.

106. ἐγωγε μένοιμί κεν Aldina et Flor. caeterae μίμνοιμί κεν.

AD IDYLLIVM DECIMVM SEPTIMVM.

2. ἀείδωμεν Ald. ZC. Salam. Farrean. Brubach. ᾄδωμεν HSt.

4. πρωφιλέστατος margo HSt. nescio unde. nam in nullo meorum inveni.

8. ὕμμες Ald. margo Salam. Farr. ὕμνοι ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. Poterat Aldina satis bene defendi, et

neſcio, an vulgatae praeferenda ſit. *vos vero, o Muſae, ipſorum adeo immortalium decus et praemium eſtis*, cum nos mortales non audemus oratione noſtra laudes immortalium attingere. quare nil eſt, cur mihi ſtudium laudandi Ptolemaei invideatis.

9. ὑλατόμος Flor.

11. πρῶτον Ald. ZC. Salamandr. Farr. Brubach. πρᾶτον HSt.

13. ἐκ πατέρων μὲν οἷος ἦην Ald. quod revocavi. Sic quoque Salam. Farr. Brubach. niſi quod μὰν dant. ſine dubio, quod auctor huius mutationis, quisquis ille fuit, vereretur, ne μὲν cum metro non conveniret. ſed μὲν ſaepe in caeſura, et in fine pedis, praeſertim ſequente adſpirata, producitur. Exemplum iam ſupra occurrit Idyll. et infra hoc ipſo Idyllio vſ. 82. ubi tamen nil mutarunt. Eadem de cauſa, non ſane graviſſima, mutavit Florentina et eam ſecutus HSt. ἐκ πατέρων οἷος μὲν ἦην. opponuntur inter ſe οἷος τελέσαι μέγα ἔργον, et οἷος νοῆσαι. *ille, qui magnum aliquod coeptum ad exitum perducere novit, illi, qui ſolummodo excogitare.* οἷος hoc verſu idem eſt, atque vſ. 15. οἷός τε. *valens, compos.* Adſcripſerat annotator Vimarienſis locum Homeri ex Odyſſ. β. οἷος ἐκεῖνος ἦην τελέσαι ἔργον τε ἔπος τε.

19. αἰολομίτρας Ald. Flor. et margo Salam. et Farrean. quod correxi αἰολομιτρηις, quomodo divinaverat Caſaubonus, et, ita ſe reperiſſe in codice Toletano, teſtatur Schottus Obſerv. p. 98. αἰόλομήτας ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt.

20. ἕδρα κεν Flor.

24. recte γῆρας tuetur Dorville ad Chariton. p. 625. contra Valkenarium, qui Ep. ad M. R. p. XXXIX. κῆρας commendaverat. v. Apollon. Rhod. 4, 872. Pro σφέων tamen malim σφιν. eſt ſaltim hoc mollius, tametſi vulgatum damnare nolim.

25. Caſaubonus ad h. l. multitudine exemplorum afferenda, planum fecit, αι anceps eſſe. quod alii poſtmodum exemplis aliis novis confirmarunt. Poterat tamen, etiamſi αι in καλεῦνται produceretur, verſus recto ſtare talo. nam θεοὶ poteſt pro una ſyllaba pronuntiari. Dii nepotes poſſunt illi eſſe, qui ſunt in deos relati, cum eſſent nepotes deorum. ſed Scaliger θεῶν malebat, Palmerius θεῦ- perinde eſt. illud ad Iovem et Herculem pertinet, hoc ad ſolum Herculem. poteſt utrumque ferri. ἐοὶ νέποδες volebat Heinſius et Bentleius,

ius, ille in Lect. Theocrit. hic ad Callimachum, metri ergo, quod tamen etiam in vulgata, utcunque verſes, ſartum et tectum eſt. Vocabulum νέπυς, unde pluralis νέποδες eſt apud Callimachum n. 77. in fragmentis Bentleianis, ὁ γὰρ ἐργάτην τρέφω τὴν μῦσαν, ὡς ὁ Κεῖος Ἀλλίχυ νέπυς. Simonidem avaritiae notat. Apollonius Rhodius habet pluralem 4, 1745. τοῖς νεπόδεσσιν ἑτοίμη. quos paulo poſt παίδων παῖδας vocat. et Oppianus Halieut. 1. ab Hoelzlino ad illum A. R. locum allegatus. Annotator Vimarienſis adſcripſerat haec: [*Nepotes* teſte Scaligero ad Varron. ſic dicti, quod non ſunt πόδες, ſeu fundamenta generis, ſed tantum ἀπόγονοι. Homer. Odyſſ. δ. νέποδες καλῆς ἀλυσίδνης. id eſt, τέκνα, et quod νέπυς κατά τινα γλῶσσαν ὁ ἀπόγονος. v. Euſtath.]

28. ἴοι Aldina, HSt. et margo Salam. Farr. ἴῃ ZC. Salam. Farr. Brub. et margo HSt.

33. ἄγυσιν γεννήταν Aldina, ZC. Salam. Farr. Brubach. quod revocavi. ἄγυσι γενειήταν HSt. γεννήτης eſt *auctor*, *ſator generis*.

37. ἀπεμάξατο dat Scholiaſtes, quod probat Hemſterhuſius ad Callimachi fragmenta p. 489. non video cauſam ſat gravem.

38. γυναικᾶν Aldina, Salamandr. Farr. Brubach. margo HSt. γυναῖκα ZC. HSt. poteſt et illud ferri. eſt tamen hoc planius. occurrit etiam in libris γυναῖκαν, pro γυναῖκα, ut Δήμητραν, pro Δήμητρα. forte ſic quoque in libris quibusdam fuit, quod tamen nemini obtrudam. Dixi de hac accuſativi terminatione haud vulgari pluribus ad Conſtantini Ceremoniale.

40. κε hic loci eſt inutile. Sententia καὶ poſtulat, et metrum fert, et ſexcenties ε et αι in libris graecis inter ſe permutantur. Sic paulo poſt vſ. 58. eſt in Aldina ἀτίταλλαι, Poſſit quoque, metro non invito, legi ὁ δὲ καὶ παισὶ.

42. βαῖνεν Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. margo HSt. βαίνει HSt. v. Dorville ad Charitonem p. 216.

44. ſi γοναὶ h. l. conceptiones et parturitiones foetuum ſunt, quae utique videntur eſſe, error ille videtur hominum Theocrito aequalium vulgaris fuiſſe, neque a natura rerum creatus, neque ab uſu rerum confirmatus. At poſſunt tamen illo vocabulo procreati liberi ſignificari, quorum ſunt matres tanto negligentiores, quanto corpora ſua fecerunt vulgatiora. Verſum hunc cum ſuperiori ſpurium habet Erneſti V. C ad Calli-

Callimachi H. in Delum vſ. 251. p. 193. nulla addita ſuae ſuſpicionis ratione, quam non facile ſit coniectando aſſequi. ἡμίδεοι ZC.

45. πότνι' Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. πότν' HSt.

48. νᾶμα κατενθεῖν κυάνεον Ald. Salam. Farr. Brubach. HSt. νᾶα κατενθεῖν κυανέαν ZC. neſcio unde, ex ingenione, an e libris. certe non ſat gravibus de cauſis.

50. τεὰς et τιμὰς Ald. et Schol. quod poſſit verum eſſe, ſi τεὰς pro monoſyllabo habeatur. τεᾶς et τιμᾶς ZC. Salam. Farr. Brubach. ἑᾶς et τιμᾶς HSt. ſine dubio accuſativus genitivo praeferendus eſt, quicquid caeteroquin de τεὰς aut ἑὰς ſtatuatur. quod utrumque ferri poteſt, et ad ſententiam nil refert. ſed τεᾶς tamen condemnat Guil. Canterus N. L. 5, 13. Si genitivus hic locum haberet, pluralis requireretur, non ſingularis, τῶν σῶν τιμῶν ἀπεδάσω, non τῆς σῆς τιμῆς.

52. προσπνέοντι Aldina ſola, vitioſe, forte culpa librarii, proximum προσπνέει adhuc recenti memoria tenentis. caeterae ποθέοντι. verumtamen vereor, ut haec vera lectio ſit. Forte reperit Zach. Calliergus in libris ſuis ποτέοντι. quod cum dubitaret, quo referret, aut quam ei ſententiam tribueret, effecit ex eo ποθέοντι. ποτέειν Dorice idem eſt, atque vulgare προσιέναι. *ſi qui ad pulvinar Berenicae accedant, et coram eo vota pro felici amorum ſuorum ſucceſſu faciant.* Iam dudum in Animadverſionibus ad Herodotum affirmavi, ἴειν idem eſſe, atque ἰέναι, *ire*, ἴων, ἴυσα, ἴον, *vadens*, idem atque ἰὼν, ἰοῦσα, ἰὸν. quod fuit, qui rideret. Sed examinent aequi et diligentes arbitri hanc litem, et videbunt, uſu docti, me verum vidiſſe. Poſſit quoque προπιτνόντι legi, *accidenti*, *prolapſo* in genua ante pulvinaria Berenices.

58. Dudum Interpretes Callimachi locum hunc Theocriteum cum Hymni in Delum vſ. 165. et inſequentibus contulerunt. Intereſt hos ambos poetas, eidem regi deditos, haud ignorabilis dictionis ſimilitudo, cum in laudes regum ſuorum deferuntur.

61. βεβαρυμένα Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. βεβαρημένα HSt. utrumque poteſt rectum eſſe. ſed dubium eſt, utrum a Theocrito profectum ſit.

66. ὄλβιε, *beate puer*, pro ὄλβιος, *beatus ſis*. vocativo vices nominativi gerente. quam formam Latini quoque ſunt imitati, ut ad Aeneid. 2, 283. et 10, 327. viri docti admonuerunt.

68. τεί-

68. τρίοπτον Ald. τρίοπεν ZC. in texto et in ſcholiis, Salam. Farr. Brubach. τρίπος HSt. perinde eſt, utram harum trium lectionum optes. τρίοπον (ſcil. ὄρος) et τρίοπτον, vel τρίοπος, aut τρίοπτος κολώνη, ut h. l. mons trium quaſi facierum, aut qui tribus a regionibus vel lateribus conſpici poteſt, eodem, ad ſententiam, redit. Et lectio plerorumque veterum librorum, a me revocata, τρίοπον, confirmatur a Callimachi H. in Cererem vſ. 31. Τριόπῳ δ' ὅσον, ὁκκόσον Ἔννᾳ. De Triope et eius cultu multa diſputavit Salmaſius in Commentar. ad Inſcript. Herodis Attici p. 33. ſeqq. (edit. Crenii.) In loco Callimachi modo laudato dant libri quidam Τριόπᾳ. quod etiam ferri poſſit, hactenus, ut nomen herois uſurpatum ſit pro templo ei conſecrato. Verbis ἐν δὲ μιᾷ τιμῇ reſpondet, non directa quidem, et grammatice conſentanea ratione, ad ſententiam tamen, ut loci ipſa natura declarat, quod paulo poſt ſequitur vſ. 70. ἴσον Κυρηναίαν. nam ſic videtur legendum eſſe, non ἴσον καὶ ξηναίαν, quod eſt in omnibus libris. Nam primum non conſtat, Apollini caram fuiſſe Rhenaeam, tametſi Delus fuit. deinde conſtat, Apollini conſecratam inprimis Cyrenen fuiſſe. denique melius intelligebat poeta, aulae Ptolemaicae cliens et alumnus, artes aulicas, quam ut pulcherrimum locum regi ſuo blandiendi, cui etiam Cyrenaica parebat, omitteret. Et fere ſuſpicer ex hoc loco, carmen hoc Callimachi eſſe, non Theocriti. κατθεῖο dat Flor.

71. ὑψόθε κλάγξεν φωνᾷ Ald. quod poſſit ferri. ὑψόθε ἔκλαξεν φωνᾷ Salamandr. Farr. quod plane non ferendum. ὑψόθεν ἔκλαγε φωνᾷ ZC. Brubach. HSt.

72. pro ὑπαὶ malim ὑπὲκ. margo HSt. dat νεφέων μέγας αἰετὸς αἴσιος ὄρνις e Florentina.

73. μέλονται Ald. quod recepi. ſed eadem cum ZC. et HSt. dat αἰδοῖοι βασιλῆες. Salam. Farreana, et Brubach. dant αἰδίῳ βασιλῆος, ut neſcias, αἰδοίῳ voluerint, an ἀϊδίῳ, *aeterni*. omnes, praeter Aldinam, dant μέλνται. ego, a Caſaubono admonitus, refinxi αἰδοίῳ βασιλῆος. denique ἐξόχος cum accentu in penultima ſuſpicor exarandum, pro ἐξόχως, adverbialiter. *Cum omnes Iovi ſint cari reges venerandi, tum vero inprimis ei carus eſt ille, quem* —

75. formulam γεινόμενον ταπερῶτα, *ſimulac natus eſt*, ab Homero ductam eſſe, admonet Erneſti ad Callimach. p. 73.

79. χθαμαλὸς Αἴγυπτος Ald. Salamandr. Farr. Brubach. HSt. χθαμαλῇ Αἴγυπτος ZC. χθαμαλὴς dabat excerptum e me-

diceo quarto, (sine accentu) ut dubium esset, quomodo in illo codice esset exaratum, num χθαμαλῆς, in genitivo, a χθαμαλὸς, an χθαμαλὴς in nominativo, adiectivi duarum terminationum. Ego tamen ab illo codice admonitus nil dubitavi, χθαμαλῆς Αἰγύπτυ rescribere, tametsi in vulgata nil vitii est.

83. non solas Aegypti urbes, sed quicquid uspiam Ptolemaeo pareret urbium enumerat, tam in Aegypto, quam in Cyrenaica, in Aethiopia, ad mare rubrum, in Syria, in Asia minore et in mari Aegaeo. Et vel sic tamen numerus excedit modum. πόλις est nomen commune locis omnibus, ubi homines communione quadam civili inter se iuncti vivunt; maiora sint, an minora illa loca, oppida, an vici, perinde est.

84. Adscripserat annotator Vimar. [ἐννέα καὶ τρεῖς. ita legit Tzetza p. 40.]

90. pro νάσοις, quod in omnibus meis libris est, auctor est Dorville Observat. Miscell. VII. p. 41. esse in codicibus quibusdam νάσαις, quasi esset a νάσα. qua de forma v. Ernesti ad Callimach. p. 159. ἐπὶ dat sola Aldina, caeterae ἐπεὶ. nil refert. Illud est *praeterea*, *adhuc*, hoc *deinde*. utrumque loco huic convenit. ἄρισοι Ald. Salam. Farr. Brubach. ἄρισαι ZC. HSt.

94. τεταγμένοι Aldina sola. forte volebat τετευγμένοι, aut τετυγμένοι. quod non repudiem. σσαγμένοι caeterae omnes.

96. malim τόσσος in masculino genere. redit enim ad ὄλβος.

98. v. Leopard. Emendat. 7, 22.

99. Annotator Vimar. adscripserat haec: [Apud alios βοὴν ἰσάναι nihil aliud est, quam βοᾶν Lucian verar. narrat. βοᾶν ἰσάναι καὶ τὰς ἑταίρυς συγκαλεῖν. Aeschylus Choëphoris τίνα βοὴν ἵησι δόμοις. Sappho apud Athenaeum in aenigmate de epistola ἔστι φύσις ἠήλεια βρέφη σώζυσ' ὑπὸ κύλποις αὐτᾶς. ταῦτα δ' ἄφωνα βοὴν ἰσᾶσι γεγωνόν.] Idem ad versum 107. locum e Gregor. Nazianz. ep. ad Hellenium de monachis adscripserat a bibliopego praefectum.

100. ἐξάλλατο (duplici λ) Aldina, ZC. Salam. Farr. Brubach. ἐξάλατο (simplici) HSt. v. Idyll. 19, 4.

103. ξανθοκόμος Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. accentu in penultima, ut nescian, unde ξανθόκομος sit natum. forte fuit in libris ξανθοκόμας, quod colligo ex accentu.

104. ἔπ,

104. ἔπι dant omnes mei. quidam sine adiuncto commate, ut Ald. HSt. cum commate ZC. Salam. Farr. Punctum adeo post ἔπι ponit Brubach. Sed facio cum Henrico Stephano, qui duo haec vocabula ἔπι πάγχυ in unum ἐπιπαγχυ contrahit. *omnino*, aut *ante omnia*, *inprimis*. aut certe ἐπὶ πάγχυ exarandum, si placet duo vocabula separata esse. Coepit enim aetate nostra controversia illa agitari, copulatane talia vocabula, an distincta sint exaranda. ἐπὶ πάγχυ etiam Callimacho H. in Dian. vs. 215. est reddendum, ubi vulgo ἔτι πάγχυ circumfertur.

109. αἰὲν recepi e mediceo quarto, ut mollius h. l. caeterae αἰεὶ.

111. ἑταῖροι sunt hic loci milites, una cum imperatoribus eorum, et universi amici regum, vulgo officiales comitatenses.

112. διωνύσσω Aldina, ZC. Salamandr. Farr. Brubach. (duplici σ) διωνύσω (simplici) HSt.

118. μένει] scil. περιὸν καὶ βέβαιον. *manet illis ratum et certum*, quod nemo ipsis eripiat. Paulo alia ei inest sententia, quam cum μένειν cum accusativo componitur. nam hoc est idem atque προσδοκᾶν, *exspectare*. v. Ernesti ad Callimach. p. 227. τῆνα Aldina, HSt. κεῖνα ZC. Salam. Farr. Brubach. margo HSt.

120. πᾶ dant omnes libri. sed sine dubio est encliticum, ideoque accentu liberandum. nescio *ubi* et *quomodo*. possit tamen etiam ἀέρι πάντα κέκρυπται legi, *illa omnia caligine mersa iacent, unde reditus non patet*.

121. difficilis hic locus est, et multum in eo libri variant. Aldinus sic exhibet: μῦνος ὅδε προτέρων τοκέων θερμᾷ κονίῃ γε τειρομένα καθύπερθε. (non τειρομένᾳ cum iota subscripto, quod margo HSt. aut perperam, aut non ex Aldina, sed aliunde reddidit.) Caeteri libri omnes sic dant: μῦνος ὅδε προτέρων τοκέων ἔτι θερμὰ κονίῃ τειβόμενος καθύπερθε. quae παραδιόρθωσις Zachariae Calliergi videtur. Mihi sic videtur hoc de loco. τειβομένα legatur, an τειβόμενα, perinde esse. potest enim aequo iure ad κονίῃ, qui nominativus est, non dativus, referri, atque ad ἴχνη. τείβεσθαι dicitur de re omni, quae pedibus calcatur. potest itaque tam pulvis κονία τειβομένη appellari, *pulvis conculcatus*, quam ἴχνη τειβόμενα, *vestigia a calce sola impressa*. quia tamen ἴχνη iam habet suum epithetum, scil. θερμὰ, satius erit, τειβομένα in nominativo singulari generis

foeminini accipere, et ad κονίη referre. Loci porro ſententia ſubiicit, poetam haec voluiſſe dicere. Ex omni numero maiorum, quorum cinis exprimit calida, h. e. recens impreſſa veſtigia pedum, a quibus calcatur, et qui liberos poſt ſe reliquerunt ſuperſtites, ſoli ſunt pater et mater Ptolemaei huius, ii, quibus conſecrata templa vel fana eſſent condita. Mortuos parentes, liberis ſuperſtitibus, amplificatione poetica ſic eloquitur: quorum cinis ἐκμάσσεται ἴχνη, *veſtigia calida hominum ſuper ſe ambulantium accipit ſibi impreſſa*, et repraeſentat ita, ut cera ſigillum ſibi impreſſum. Vnde neceſſario colligitur, poetam ſic dediſſe: Μούνοις ὅδε προτέρων τοκέων, ὧν θερμὰ κονίη ϛειβομένα καθύπερθε ποδῶν ἐκμάσσεται ἴχνη, ματρὶ φίλᾳ — Conſtructio haec eſt: Πτολεμαῖος εἵσατο ναοὺς μητρὶ καὶ πατρὶ, μούνοις πάντων τῶν προτέρων τοκέων (id eſt, τῶν πώποτε ἐν τοῖς πρόσθεν χρόνοις γεγενημένων) ὧν κονία ϛειβομένη ἐκμάσσεται τὰ τῶν ποδῶν ἴχνη. v. Henr. Stephani annotationem ad h. l. ſolum ὧν auſus ſum recipere ex coniectura mea, in locum voc ἔτι, a me expulſi, quod Aldina id ignoraret. facile poterit ὧν abſorberi et excidere, ob finem eundem vocabuli proximi τοκέων. ſed μούνοις auſus non ſum Theocrito obtrudere, non quo dubitem, eum ſic dediſſe. nam de eo quidem penes me dubium nullum ſupererat. ſed quod ea nondum ſunt tempora noſtra, quae erunt aliquando, quibus perſuaderi queat, terminationes dativorum in αις et οις eſſe ancipitia, et pari iure corripi poſſe, atque vulgo producuntur. quod iam ſupra ad Idyll. 3, 32. procul dubio in caſſum, ſtudui perſuadere. Nimis adhuc capti et occoecati tenentur homines noſtri commentitiis illis legibus proſodicis, quas grammatici ſponte ſua cuderunt, tyrannidem et vetuſtis poetis, et hodiernis eorum lectoribus peſtiferam et plane intolerabilem.

123. εἵσατο νηὼς] Callimachus H. in Delum vſ. 170. ὁ δ' εἵσεται (cum ſpiritu aſpero) ἤθεα πατρὸς. *ille*, Ptolemaeus, *patri fana conſecrabit*. quem locum vulgo male interpretantur, quia vitium ſpiritus non animadverterunt. Non lenis ille ſpiritus eſſe debebat, ſed aſper.

126. pro ἐπὶ mediceus quartus dat ὁ δὲ.

128. libri omnes dant ἀρείω. ego vero ν addidi, ut ſit nominativus, et cum γυνὰ cohaereat. Sententia vocabulum poſtulat uxori honorificum, non marito.

132. ὃς τέκε κρείοισα ῥεία Ald. ſola, quod vulgata nil eſt deterius.

133. ἐν

133. ἓν dant libri omnes, praeter Brubach. quae dat ἐν. quod verum eſt, et recepi. cohaeret haec praepoſitio cum ἰαύειν, ut ſit ἐνιαύειν. *Iris inſtravit lectum genialem, cui ambo incubarent, Iupiter et Iuno.*

134. cl. Erneſti ad Callimachi Lav. Pallad. vſ. 11. malit φοιβάσασα a verbo φοιβάζειν, quod Callimachus eo uſus ſit. quae ratio, viderint alii, num ſatis ſit idonea. φοιβήσασα eſt in libris meis omnibus.

penult. δοκέω accipiendum eſt, ut Latinum *credo*, *autumo*, *opinor*, pro *ut credo*, ſic, ut reliqua oratio recta maneat, quaſi illud δοκέω et *credo* plane abeſſet. alias dicendum erat φθέγξεσθαι vel φθέγξασθαι. Poſtrema vox huius Idyllii eſt in Aldina ἔξοις. quod etiam Flor. margo Salam. Farr. et HSt. repetiit. ZC. autem, et Salamandr. Farr. Brubach. et HSt. textus, ut vocant, αἰτεῖ exhibent.

AD IDYLLIVM DECIMVM OCTAVVM.

Mediceus quartus pro inſcriptione dat Ἐπιθαλάμιος Ἑλένης καὶ Μενελάου. Scholia ad hoc Idyllium, pauca quidem illa, nil tamen ſuperioribus inferiora, ex editione Zachariae Calliergi repetii, praeterita caeteris editoribus, neſcio, quo caſu, quove conſilio. Sunt tamen etiam in editione Salamandrina et Brubachiana.

2. θάλλονθ' ὑακίνθῳ κόσμον ἔχοισαι Aldina, unde margo Salam. et Farr. et HSt. repetiit. θάλλοντα κόμαις ὑάκινθον ἔχοισαι Flor. ZC. Brubach. HSt. niſi quod ZC. ἔχυσαι dat, caeterae ἔχοισαι. θάλλονθ' ὑάκινθον κόμαις ἔχοισα Salam. Farr. Palmerius Exerc. p. 809. de flore Hyacinthi diſputat.

3. forte ſit, qui νεοῤῥάπτῳ malit. Nam thalamus erat papilio ſeu umbraculum velis conſutum, ſeu cortinis et tapetibus dependentibus et lectum ſuppoſitum undique ambientibus. Verum illi tapetes variegati erant multis coloribus et imaginibus, ſeu intextis, ſeu acu pictis. quare recte *recens*

pictus thalamus appellatur, h. e. obumbratus tapetibus ab acu Phrygionica recentibus. v. Idyll. 15, 80. ſqq.

5. τυνδαρίδα Aldina, unde repetiit margo Salam. et Farr. τυνδαρέω ZC. Salam. Farr. Brubach. τυνδαρίδαν F. V. [id eſt, Fulvius Vrſinus] τυνδαρέαν Flor. κατελέξατο Aldina, Salam. Farr. Brubach. et margo HSt. κατεκλάξατο Toletanus, ZC. Salam. Farr. HSt. habet utraque lectio, quo ſe commendet, et optionem difficilem reddat. In paritate momentorum ſemper hanc legem ſecutus ſum, ut illud ſervarem, quod ſuppeditaret exemplum Londinenſe, quod exprimendum operis noſtris typographicis in manus erat a redemtore datum. Damnat tamen Dorvillius ad Chariton. p. 126. lectionem κατελέξατο, item aliam, quam in nullo meorum reperi, κατεκλίνατο, ut vitioſas et e ſcholiis natas. adhuc aliam Caſaubonus affert κατεκλάχετο. τὰν ἀγαπητὰν Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. τὰν ἀγαπατὰν HSt.

6. μνασήσας Ald. Salam. Farr. Brubach. HSt. μναστεύσας Toletanus, ZC. Flor.

7. ἐγκροτεῖν h. l. idem valet, atque συγκροτεῖν. ut ſaepe ἀν vices τῦ σὺν gerit.

8. ποσσὶ diſplicet Caſaubono, ut χερσὶ malit e ſuo Genevenſi libro. at quomodo poſſunt manus inter ſe complexae vel conſertae complodere? Vulgata, quae eſt in libris meis omnibus, recte habet. Pedes autem tum ſunt inter ſe περίπλεκτοι, circumplicati, vel perplexi, cum magna hominum multitudo ſaltans in numeros pedes eosdem pariter tollitque ponitque, et eodem momento ſupplodit. Pedes enim tunc inter ſe ita implicantur, ut fila inter texendum, modo horſum, modo prorſum agitantur. Perinde eſt, ὑμεναίῳ cum iota ſubſcripto exaretur, ut eſt in Aldina, Salamandr. Brubach. HSt. ſive ſine eo, ut in ZC. Farrean. tametſi neſcio, caſune ibi ſit iota omiſſum, an conſilio. ſi genitivus obtinet, ἀπὸ ſubauditur.

9. πρωΐζα] a prima ſtatim veſpera. Conf. vſ. 56. ubi puellae promittunt, ſub diluculum redituras. Eſt ergo carmen hoc ἐκ τῶν κατακοιμιτικῶν ut appellat Scholiaſtes ad hoc Idyllium, qui etiam ſatis bene interpretatur πρὸ τῦ δέοντος, ſcil. καιρῦ. *ante tempus conveniens.*

10. λίαν ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. φίλος Ald. unde repetierunt margines Sal. Farr. HSt.

12. εὕδειν

12. εὕδειν μὲν χρήζοντα καθ' ὥραν χρὴν αὐτόν τυ, παῖδα ἐᾶν Aldina. εὕδειν μὲν χρήζοντα καθ' ὥραν αὐτὸν ἐχρῆν τυ, παῖδα δ' ἐᾶν ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. poteſt utraque lectio ferri. revocavi tamen ex Aldina χρῆν αὐτόν τυ, primum ea de cauſa, quod χρῆν uſitatius eſt, quam ἔχρην. deinde, quod prima in ἔχρην producitur. ſervavi tamen δ' poſt παῖδα. qua in lectione εὕδειν tacite debet a communi repeti.

14. ἔνας Ald. et Flor. quod revocavi. caeterae ἔναν. v. Heſych. v. ἔνης et ἔνας, *die tertio poſt.* ſubauditur ἐπὶ. Sententia eſt: Si quidem et die tertio poſt, usque ad extremam auroram, et totis poſtea annis continuis tua erat futura.

17 poſt ὅποι dat margo HSt. ἅπερ, e Florentina. ὡς ἀνύσαιο, ſcil. τοῦτο τὸ ἔργον τῆς μνηστεύσεως. ut negotium hoc contrahendi coniugii ex animi tui ſententia perficeres.

19. pro ᾤχετο dat Flor. ἵκετο.

20. οἷα γαῖαν ἀχαιΐδα ὐδεμία πατεῖ ἄλλα ex Aldina revocavi. οἷα ἀχαιαΐδων γαῖαν πατεῖ ὐδεμί' ἄλλα ZC. Salam. Farr. Brubach. quibuscum conſentit HSt. niſi quod ἀχαιάδων dat.

26. pro καλὸν, quod eſt in omnibus libris, repoſui ex ingenio meo, τεὸν, ſententia id poſtulante. Conſtructio haec eſt: ἅτε [id eſt, ὡς vel ὅπως] ὦ πότνια νὺξ, ἡ ἀνατέλλουσα ἠὼς διέφαινεν [h. e. εἴωθε, vel πέφυκε, vel οἷόν διαφαίνειν] τὸ σὸν πρόσωπον. *quemadmodum, verno tempore, oriens aurora ſolet vultum tuum, o Nox veneranda, dimicare*, h. e. *radiis ſuis perforare et diverberare.* ſeu, *quam formoſa et amabilis et iucunda eſt aurora per noctem exſplendeſcens. ineunte vere; tam ſpectabilis etiam Helena inter nos*, vel *e nobis, emicabat.* Puellae ſeſe nocti comparant, ſpectatae ad iubar Helenae, tanquam alicuius aurorae. Videtur etiam verſus 27. verſui 26. anteponendus eſſe.

27. λευκὸν ἔαρ etiam Callimachus H. in Cererem vſ. 123. dixit. Color candidus apud veteres erat color hilaritatis, nitoris, feſtivitatis, pompae.

29. πίειρα, μεγάλη, ἄτ' ἀνέδραμε κόσμος ἀρούρᾳ Aldina. unde reſtitui ſic: πιείρᾳ (in dativo) μεγάλῃ — repetierunt etiam margines Salam. et Farr. voc. κόσμος ex illa Aldina. caeterae dant πίειρα μεγάλη ἄτ' ἀνέδραμεν ὄγμος ἀρούρᾳ. Sic ZC. Salam. Farr. Brubach. niſi quod ZC. πιείρα (ſine iota ſubſcripto) Brubach. πιείρῃ, μεγάλῃ, ἄτ'. πίειρα, μεγάλη, ἄτ' Salamandr. et Farrean. Henricus Stephanus denique ſic edidit: πίειρα, μεγάλα. ἄτ' ἀνέδραμεν ὄγμος. ſed facile ſentiet, recte locum a me

com-

conſtitutum eſſe, ſi quis verſum 31. huic reſpondentem cum hoc verſu comparet. unde apparet, neceſſarium eſſe vocabulum κόσμος. Sententia eſt: quemadmodum cypreſſus, in arduum excurrens, pingui arvo aut horto eſt decus, ita quoque Helena Lacedaemoni decus eſt. Non infitiabor, voc. ὕγμος ſcitum eſſe inventum, et ſententiae bene convenire. Verum non vidit Zach. Calliergus, quem auctorem et fabrum huius lectionis eſſe nullus dubito, primum κόσμος ab hoc verſu nullo modo abeſſe poſſe; deinde, ὕγμος eſſe generis maſculini, eique μέγας, non autem μεγάλη convenire. Veteres homines, plane ut noſtri, non modo intra hortorum ſepta, ſed etiam mediis in patentibus arvis, arbores frugiferas, aut alias ſpecioſas et umbriferas plantabant. id quod vel ex ſola oratione Lyſiae ὑπὲρ τῶν μοριῶν, item ex orationibus Demoſthenis adverſus Nicoclem et Calliſtratum conſtat. Conf. Idyll. 7, 79. E Flor. μεγάλα annotatum reperio.

34. ἐκκαλεόντων libri mei dant omnes. nil dubitavi tamen ἐκ κελεόντων reſtituere ex praecepto magni Caſauboni, qui affirmat, in libro Theocriti manu exarato ita ſe reperiſſe. vid. Heſych. v. κελεόντας, et Pollux 7, 46. et 10, 126. Scaliger h. l. verum praetervidit. Annotator Vimar. haec adſcripſerat: [Vetus codex Sambuci diſertis literis habet κελεόντων, et ſupra ſcriptum eſt ἐκ τῶν μακρῶν ξύλων. κελεόντων etiam divinabat Vitus Winshemius, Profeſſor Vitebergenſis] quae eſt inſignis, et non contemnenda admonitio.

36. verſus hic deeſt Aldinae ſoli.

37. forte ἕνται pro εἶνται, *ſedent.*

39. f. ὄρυμὸν, *in ſaltum.* non oblitus ſum verſus 22. Pro ἤδη dat mediceus quartus ἤδη e verſu ſuperiori. male.

40. πολλὰ τεὰ ἔλενα Ald. ſola.

43. et 45. πρᾶται dant Aldina, Salamandr. Farr. Brubach. HSt. ſed recte πράτα ZC. quod recepi, niſi quod iota ſubſcripſi, quo carebat illa editio utroque loco. eſt enim dativus foemin. ſing. *tibi primae omnium.*

46. λαζύμεναι margo HSt. e Florentina.

48. ταῦτ' εἰδῇ Ald. et margo Salam. Farr. HSt. et F. V. teſte libro Vimarienſi. ἀνγνοίῃ (ut etiam operae noſtrae dare volebant et debebant) ZC. Salamandr. Farr. Brubach. HSt. Quibuscunque negotium fuit cum operis typographicis, experti ſunt, quam male obſequens illa ſit natio, tametſi ſaepius praecepta et praeſcripta et inculcata, tamen neque aſſequa-

assequatur intelligentia, neque manu exsequatur, ut mirandum sit, librum tam paucis mendis deformem, atque hic noster Theocritus est, ex eorum manibus exire. Ecquis denique unus homo tam oculatus est, ut unus omnia cernat, et corrigat, in tanta operarum festinatione, in tanta aliorum negotiorum circumstantium et urgentium multitudine, in chartarum, quae corrigendae offeruntur, immunditie, et typorum haud raro lutulentia. Nemo, nisi qui hoc in pistrino sudarit, omnes eius molestias teneat, et mente percipiat. ἀννείμη dat Flor.

50. videntur Λατὼ et Κύπρις versu 51. et ζεὺς versu 52. ideo iterata esse, quo repraesentaretur par coniugum, quasi unumquodque horum numinum seorsim sponsique sponsaeque nomine invocaretur. κυροτρόφον Flor.

51. hic versus una cum septem insequentibus, hoc est, usque ad finem carminis, iterati sunt post versum 185. Idyllii 22. in illo Aldinae exemplo, quod e bibliotheca Senatus Lipsiensis mecum domi habeo; non sine aliqua lectionis discrepantia. Sed exemplum eiusdem Aldinae, quod Ernestius, V. C. commodato mihi dedit usurpandum, eo errore carebat. Quas itaque lectiones ex illa iterata editione afferam, eas *ex iteratione Aldinae* afferam. v. ad Moschi Idyllium tertium vs. 37. ubi geminus germanus error in Aldinam irrepsit. quo de errore pluribus in praefatione exposui.

53. ἐλθῃ Ald. ZC. Salamandr. Farr. Brubach. ἐλθῃς Ald. in iteratione. ἔνθῃ HSt. Aldina quoque in iteratione dabat εὐπατριδῶν.

55. ἔργεσθε Ald. Salamandr. Farr. Brubach. ἔγρεσθε ZC. HSt. ἔγρεσθε δὲ πρὸς ἀῶ μὴ ἐπιλάθησθε Aldina in iteratione. quod recepi sic, ut paululum corrigerem ad hunc modum: ἔγρεσθαι δὲ πρὸς ἀῶ μη 'πιλάθησθε, ut Idyllio 30, 41. οἱ 'πιλῦσαι. (pro ἐπιλῦσαι.) postremum hoc, scil. μὴ 'πιλάθησθε, annotatum etiam dat margo HSt. sine dubio ex hac iteratione Aldinae. nam primo loco dat Aldina, μή τι λάθησθαι, caeterae, μή τι λάθησθε. Genus hoc somni, e quo rursus evigilamus, appellant Graeci ὕπνον ἐγέρσιμον. v. Idyll. 24, 7.

56. πρῶτος Aldina in iteratione. Adscripserat annotator Vimarienſis: [Nonnus in paraphrasi evangelii Ioannis, πρὶν αὐχένα κυρτὸν ἀείρας ὀξὺ μέλος κλάγξειεν ἐγερσιβόητος ἀλέκτωρ.]

ult. ἦ μὰν ὦ ὑμέναιε Aldina utroque loco. quod revocavi. ὑμὰν ὦ ὑμέναιε caeterae.

Poſt hoc Idyllium ſequuntur in editionibus Henrico Stephano vetuſtioribus haec: Epitaphius Bionis, Europa, Amor fugitivus, Fur favorum, Epitaphius Adonidis, Bucoliſcus. ad quem cum pervenerimus, edemus ordinem reliquorum quoque Theocriteorum carminum, qui in vetuſtis illis editionibus regnat.

AD IDYLLIVM DECIMVM NONVM.

Idyllium hoc Stobaeus c. 61. retulit. ſed deeſt editioni primae a Io. Franc. Trincavello anno 1535. curatae.

3. χεῖρ' ἐφύσσει Ald. S. hoc eſt exemplum illud, quod in Bibliotheca Senatus Lipſienſis ſervatur. χεῖρ' ἐφύσσῃ Ald. E. hoc eſt illud, quod cl. Erneſtius commodato dedit. χέρ' ἐφύσσῃ ZC. et reliquae.

4. ἄλλατο (duplici λ) Ald. E. ἄλατο (ſimplici) Ald. S. et caeterae. v. Idyll. 17, 100.

5. δεῖξε Aldina. δεῖξεν caeterae, auctore ZC. qui fruſtra de metro erat ſollicitus. poterat enim δεῖξέ τε τὰν ὀδύναν refingere, ſi neceſſe erat, fulcrum verſui addere, quod non erat.

7. γελάξασα Ald. S. γελάσασα Ald. E. ZC. et reliquae. ἴσον ex Aldina utraque, ZC. Salamandr. Farreana, Brubach. revocavi. ſcil. χρῆμα, vel ἐπιτήδευμα, σόφισμα, vel tale quid, aut accipitur adverbialiter pro ἐν ἴσῳ καὶ ὁμοίῳ λόγῳ. dat idem quoque Stobaeus Geſneri p. 391. primus HSt. dedit ἴσος.

ult. χώ] forte κώ, *et annon* — aut χ' ὡς — *et o quam parvus tu quidem es.*

AD IDYLLIVM VIGESIMVM.

Quatuor primos verſus huius Idyllii dat Anthologiae graecae princeps editio, et fragmentum eius in membranis exaratum, quod Reimarus, V. C. aliquando utendum ad me miſit, et quod, cum olim fuiſſet Eliae Putſchii, ad Io. Alb. Fabricium pervenerat. ſed Henricus Stephanus ab editione ſua ſeclusit. Legitur in illis, quos dixi, libris hoc fragmentum, ſed tacito auctoris nomine, inter illa duo epigrammata, medium, quorum prius eſt Antiphili, βόρχος, (p. 97. edit. HSt.) poſterius ignoti ὦ πᾶν. Caeterum non videtur hoc carmen Theocriti eſſe. Deerat folium, in quo Bucoliſcus eſt exaratum, exemplo Erneſtiano. quo fit, ut ex hoc libro ad Idyllium 20. et 21. diſcriminis nihil afferre poſſim. nam exemplum Aldinae tertium (tria ſcilicet, quod ego equidem ſciam, in urbe nunc ſunt, non plura) illud, quod in Bibliotheca Vniverſitatis, in Collegio Paulino dedicata, ſervatur, ſenatorio modis omnibus conſentit.

1. Non infitiabor omnino, graecum eſſe nomen Εὔνικος et Εὐνίκα. videtur tamen poeta potius Κλεννίκα dediſſe. *Cleonicus* et *Cleonica* ſunt nomina multo, quam *Eunicus* et *Eunica*, uſurpatiora. vid. tamen ad Idyll. 13, 45. collato 14, 13.

4. Annotator Vimar. adſcripſerat: [ἀσικὸς καὶ ἀσυκὸς. utroque enim modo ſcriptum reperitur apud auctores, ſed prius eſt magis in uſu. τῷ ἀγροικῷ opponitur καὶ ἀγροδιαίτῳ.]

5. ὀποῖα (uno π) λαλέεις, ὡς ἄγρικα παίσδεις Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. margo HSt. Poſſit haec lectio ſic ſatis bene ſe tueri, ſi ὀποῖα pro anapaeſto habeatur. ἀγρικὰ, mutato accentu, recepi. HSt. dat ὀπποῖα λαλεῖς, ὡς ἄγρια παίσδεις. Vocabulum ἀγρικὸν eiusmodi eſt, atque ἀσυκὸν. Scholiaſtes Nicandri ad *Theriac.* 78. habet ἀγροικὴ. quod ſitne in ἀγρικὴ, an ἀγροικικὴ reformandum, dubito.

7. et 8. ironice accipiendos eſſe, res ipſa loquitur. v. Palmer. Exerc. p. 810.

9. εἰσὶ μέλαινες Ald. ZC. Salam. Farrean. Brubach. (v. ad Idyll. 16, 36.) ἐντὶ μέλαιναι HSt. Brodaeus Miſcell. 7, 10.

10. ἐξόσδεις] ex ore ſcilicet, aut ex univerſo corpore. φεῦγε Ald. ZC. Salam. Farr. quod poſſit illo noto Callimachi φέρβε μᾶλα (H. in Cererem vſ. 137.) excuſari. ſed praeſto eſt facilis medicina φύγε, quod dant Brubach. HSt. Brodaeus loc. cit.

11. ἐς τεὸν Aldina ſola. quod poteſt hactenus verum eſſe, ſi ἐ̓ς τε ὃν [id eſt ἔον] exaretur. Caeterae omnes εἰς ἐὸν.

12. revocavi σύνεχες (ſimplici ν) ex Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. συννεχὲς (duplici) HSt. quaſi metrum in illo non conſtaret.

13. μυθίζοισα eſt in omnibus libris meis. nihilominus refinxi μυχθίζοισα, irriſit *muſſitans, ſurdo murmure.* Heſych: Μυχθίζωσι, μυκτηρίζωσι, χλευάζωσι. λοξοβλέποισα Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. unde effeci λοξοβλεπτοῖσα, a verbo λοξοβλεπεῖν. Poſſit quoque λοξοβλεπτοῖσα exarari, ſalvo metro. utraque forma uſurpatur in verbis a βλέπειν productis, tam in βλεπεῖν, quam in βλεπτεῖν. ſed haec eſt uſitatior, quam illa. vulgo λοξὰ βλέποισα, ut volebat Brodaeus l. c.

14. ad σεσαρὸς adſcripſerat annotator Vimar. [κεχηνὸς F. V.] quae neſcio ſitne coniectura Fulvii Vrſini, an varians lectio in eius codice reperta.

15. μέγ' ἔλεξεν Ald. Salam. Farr. Brubach. μ' ἐγέλαξεν ZC. HSt.

16. τῶγεος Aldina ſola, unde aequo iure poterat τῶχεος, id eſt, τῦ ἄχεος, formari, quam τῶλγεος, quod habent ZC. editio, et ex ea caeterae omnes. ἔρσαι dant Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. ἔρσᾳ HSt. Non infitiabor, ſaepe iota in fine talium vocabulorum remanſiſſe ex vetuſta exarandi ratione, quae iota ad latus adſcribebat, cuius loco nunc punctum literae extremae ſubſcribitur. Et volebat Brodaeus quoque ἔρσᾳ c. l. Refinxi tamen ἔρσας, primum, quia melius hoc cum τῶλγεος convenit, quoad caſum, tum, quod ς et ι in vetuſtis illis libris tam ſimillimis inter ſe modis exarantur, ut facile permutari et aegre diſcerni queant.

17. λυποῖσα Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. quod revocavi. λιποῖσα HSt. λυπεῖν Graecis, praeſertim recentioribus, e quorum numero videtur eſſe, quisquis eſt, huius carminis auctor, ſignificat, non modo *dolorem quemcunque*, ſed etiam inprimis *iram creare, ſtomachum ciere.* λύπη his multo creberrime eſt idem atque ὀργὴ, *ira, iracundia.*

22. poſt

22. poſt πρέμνον punctum dant ZC. Salamandr. Farr. comma HSt. neutrum Aldina, Brubach. recte vero. nam ſententia haec eſt: τὴν δὲ ἐμὴν ὑπήνην ἐπύκαζεν οἷονεὶ κισσός τις πρὸς πρέμνῳ. aut πρέμνῳ προσφύς. *meum mentum denſa obumbrabat coma quaſi hedera quaedam ſtipitem amplexa.* ἐπόκαζεν vitioſe dat Aldina ſola, caeterae ἐπύκαζεν.

23. κέχυνται Ald. Salam. Farr. Brubach. κέχυντο ZC. HSt.

25. tria haec verba ὃ ἄρ' ἔην deſunt Ald. ZC. Salam. Farr. ſed ſunt in Brubach. HSt. margo HSt. dat eorum loco γλαυκᾶς. quod magis placet, et malebat quoque Brodaeus. Annotator Vimar. adſcripſerat haec: [In Venet. μοι tantum reliquis deficientibus. ἴσως. μοι γλαυκᾶς χαρ. F. V.]

26. καὶ τόμα καὶ ὑπ' ἀκτᾶς Ald. τὸ τόμα καὶ πακτᾶς ZC. Salamandr. Farr. Brubach HSt. Brodaeus. debebat corrigi καὶ τόμα δὲ πακτᾶς, ſcil. τροφαλίδος.

27. ἐῤῥῆξε Ald. Salam. Farr. Brubach. ἐῤῥῆξει ZC. ἐῤῥῆξεν HSt. μελικήρῳ dant omnes mei libri. ſed ſecutus ſum eos, qui vocabulum in duo dividunt, teſte HSt. tametſi adhuc addubito, ſitne κηρὸς pro κηρίον, *favo*, uſitatum.

28. μέλισδμα Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. et ipſe adeo, quod miror, HSt. Fuiſſe videtur libris in aliis μέλισμα, aliis μέλιδμα. ambae tum illae lectiones in unam μέλισδμα ſunt confuſae. μέλιδμα dat Commelin. μέλισμα Oxonienſis a Io. Fello, Epiſcopo Oxonienſi, A. 1677. curata, qua plurimum utor, et Londinenſis A. 1729. quae operis noſtris ad imitandum eſt in manus data.

29. πᾶσι αὔλῳ Ald. πανναύλῳ ZC. Salam. Farr. Brub. παγιαύλῳ Flor. πλαγιαύλῳ HSt. cuius illud inventum eſt, ut ex eius annotatione patet, ubi e Florentina παγιαύλῳ, et ex Pariſina παναύλῳ affert. Brodaeus et Xylander amplectuntur πανναύλῳ, et exponunt paene ſimili modo. Xylandri verba in eius ἀποσημειώσεσιν a nobis exhibentur. Brodaei autem haec ſunt: [Athenaeus πολυκάλαμον vocat, cuiusmodi eſt Virgiliana illa fiſtula *ſeptem compacta cicutis*, cui ſex adhaerent calami. Ovid. Metamorph. 2. *diſpar ſeptenis fiſtula cannis.* nec me praeterit, Theocritum Idyll. η. mentionem facere σύριγγος ἐννεαφώνου. quin etiam πανναύλῳ *omnibus fiſtularum generibus* exponas, nihil impedio.] Ex πανναύλῳ facile efficias πανναύλῳ, *fiſtula in longum porrecta;* quae mihi vera lectio videtur.

31. τὰ δ' ἀσυκὰ dubito, sitne singularis, an pluralis. sitne pro ἡ ἀσυκὴ, scil. γυνὴ, vel ἑταίρα, vel κόρη, vel tale quid, (nam in foeminino singulari est anceps) an subaudiatur τὰ γυνάρια, vel κοράσια, vel tale quid. Henricus Stephanus χείλεα vult subaudiri. cui subscribat, qui vult, per me licet, ut subscripsit annotator Vimarienſis. Brodaeus pro singulari accepit.

32. variat huius loci distinctio in libris post παρέδραμε, neque Ald. neque ZC. neque Salam. et Farr. punctum habent, aut comma. Brubach. comma habet. Post ἀκούει ponunt omnes punctum, praeter HSt. qui locum hunc sic exhibet: παρέδραμε. κἄπειτ' ἀκούει ὡς καλὸς. Revocavi veterum librorum et interpunctionem et lectionem, in quibus est χὠ καλὸς. In Aldina quidem sic est perspicue, in ZC. vero et Salam. Farr. atque Brubach. χὠ καλλὸς. Sententia est: praeter me praetercurrit, neque audit vociferantem. Etiam pulcher Dionysus (seu Liber pater.)

33. f. πόρτις (pro πόρτιας) in plurali.

34. οὐκ ἔγνω seu modo aiendi seu interrogandi accipi et efferi potest.

36. φύλασσε ex Ald. ZC. Salamandr. Farr. Brubach. revocavi. φίλασε HSt. Verbum φυλάσσειν de rebus usurpatur, quas quis sibi caras seorsim, privatim, clam habet, et in sinu atque oculis gerit, ab accessu multorum remotam, clausam tenet, ut pellicem.

37. ὅντε ZC. Salamandr. Farr. Brubach. HSt. ὄντε Ald. quod possit in οὐχ ἑ refingi. *nonne eum.* quod si facimus, tum δὲ potest servari, quod versu 38. est in omnibus meis libris post ὀλύμπω. alias si ὅντε servatur, δὲ mutari debet cum τε vs. 38. quod feci.

38. ὀλύμπω Ald. Salam. Farr. Brubach. ὠλύμπω ZC. ὀλύμπῳ HSt.

39. λάθριον ἀνάπος ἦλθε καὶ εἰς ἐμὰ παιδὶ κάθευδε Aldina. λάτμιον ἂν νάπος ἦλθε καὶ εἰς ἐμὰ παιδὶ κάθευδε ZC. et sic quoque Salamandr. et Farreana, nisi quod hae duae dant κάτμιον, ut mirer, qui potuerit annotator Vimar. ex Veneta αἶπος ἀνῆλθε afferre. denique Brubach. λάτμιον et εἰς ἑνὰ. verum non sic dicitur. saltim ἕνα dedisset Camerarius aut Xylander, quisquis illam Brubachianam curavit. subaudi κοῖτον, vel χῶρον, vel τόπον. HSt. quidem dedit ἕνα. quod potest ferri. Scaliger volebat εἰς ἓν. recte vero hoc. et testatur Andreas Schottus

tus Obſerv. p. 98. id a ſe in codice Toletano repertum. ſed ſi εἰς ἓν, ſcil. λέκτρον vel χωρίον dicitur, recte quoque dici poteſt ἕνα. Ego ex illo ἐμὰ, quod veteres libri conſtanter exhibent, effeci δμὰ, id eſt, τὰ αὐτὰ, ſcil. λέκτρα, vel κοίτη, vel ἥθη. de voc. παιδὶ vid. Idyll. 8, 66. Haec dudum ante ſcripſeram, et editus iam erat Theocritus noſter, atque venalis praeſtabat ante, quam ad manus meas veniret liber Vimarienſis, in quo haec annotata reperi: [In Florentina legitur καὶ εἰσόμα. unde coniicere licet, καὶ εἰσάμα ſcriptum fuiſſe in archetypo.] unde Brodaeus effecit εἰς τόμα, *adoleſcentis os ſuavians dormiebat.*

40. f. κλαῖες, *ploravisti*, pro ἔκλαιες. niſi κλαίεις ad anniverſarium luctum ob Atyn reſpicit.

41. παῖδα] Ganymedem. ut Brodaeus obſervavit.

42. revocavi μόνου ex Aldina. caeterae omnes μόνα. habet utraque lectio, quo ſe commendet. In lectione Aldina haec ineſt ſententia: nullum non aliud hominum genus admittit, oſculatur, in ſinu fovet; ſed unum modo bubulcum aſpernatur.

43. ἀδὲ Ald. Flor. unde ἄ δὲ effeci. poterat quoque μηδὲ ex eo effici. caeterae dant ἄ τε.

44. σὺ deeſt Ald. Salam. Farr. Brubach. habent ZC. et HSt. ſi omittitur, poteſt verſus ſic legi: μηκέτι μηδὲ, Κύπρι, τὸν Ἄδωνιν μήτε —

AD IDYLLIVM VIGESIMVM PRIMVM.

Si quod aliud in Theocriteis eſt mendoſum et explicatu difficile carmen, hoc profecto eſt; in quo illuſtrando tam parum operae poſuiſſe Caſaubonum aegre fero; itemque, alterum exemplum Aldinum ad manus nullum eſſe; in quo varias lectiones haud paucas ineſſe, ad emendandum perutiles, nullus dubito. Brodaeus obſervat, eſſe, qui carmen hoc Theocrito derogent.

1. Διόφαντες Ald. ZC. Salam. Farr. vitioſe. Διόφαντε Brubach. Brod. Adſcripſerat annotator Vimarienſis ad h. v. haec:

haec: [sic Xenophon paupertatem appellat σοφίαν αὐτοδίδακτον. ἃ γὰρ ἐκείνη τοῖς λόγοις πείθει, αὕτη τοῖς ἔργοις ἀναγκάζει.]

3. ἐργατίνεσσιν Aldina sola, v. ad Idyll. 16, 26. caeterae ἐργατίναισι.

4. ἐπιβάσῃσι τὸν ὕπνον ΕΦνίδιον ϑορυμβεῦσιν ἐπισάμεναι μελεδῶναι Ald. ἐπιψαύσῃσι τὸν ὕπνον, αἰφνίδιον ϑορυβεῦσιν (sic) ἐπισάμεναι μελεδῶναι ZC. et sic quoque Salam. Farr. Brubach. nisi quod Salam. Farr. ἐφνίδιον, et S. F. Brub. ϑορυβεῦσιν habent. omnes tamen hae dant ἐπισάμεναι (per π.) quod revocavi. Annotator Vimar. adscripserat: [ἄλλ. ἐφιπτάμεναι.] Distinctionis nihil habet Aldina versu 4. sed ZC. in calce versus comma figit, item Salam. Farr. et Brubach. ego distinctionem sic mutavi, ut comma retraherem ad ἐπιψαύσῃσι, quod verbum genitivum videtur potius, quam accusativum, amare. ἐπιψαύειν τῆς νυκτὸς ὀλίγον, id est, κατ' ὀλίγον, est, *noctem*, seu *quietem nocturnam, delibare, extremis quasi digitis attingere.* tum ϑορυβῶσιν τὸν ὕπνον αἰφνίδιον, id est, ἐξαίφνης, *repente interpellant somnum.* Possit etiam ἐπιβάσῃσι ferri et defendi. noctem ἐπιβαίνειν, ingredi, invadere, inscendere, in ea gradum ponere, vel vestigium figere, non minus recte dici potest, quam ἐπιψαύειν. Tempus, seu diurnum, seu nocturnum, navi potest comparari, in quam inscendit homo, et cui se ferendum committit. ἐπισάμεναι propter consensum librorum praetuli. est aor. 2. medii. ἐφισάμεναι suadet Brodaeus, et recepit HSt. e Florentina, commemorans idem, esse, quos non nominat, qui ἐφιπτάμεναι legant. sed ἐπισῆναι verum est. derepente alicui supervenire, eumque opprimere, nec opinantem. Fuit, cum pro ἐπιβάσῃσι in mentem veniret ἐπιβρίσῃσι. a v. ἐπιβρίζειν, *indormiscere.* sed maneat vulgata, vitii expers.

6. ἰχθύος ἀγρευτῆρες pro ἰχθύων, ut supra idyllio 16, 72. τρόχον ἅρματος pro τροχὸς ἁρμάτων.

8. φυλλίνῳ] *oleastrino* Brodaeus. male.

9. κεῖτο τὰ ταῖς χερσῖν ἀϑλήματα Aldina sola. caeterae κεῖτο τὰ ταῖν χειρσῖν ἀϑλήματα. Possit ex Aldina lectione effici κεῖτο τὰ γλίσχρα χερσῖν ἀϑλήματα. sane ex ΤΑΙΣΧ facile efficiatur ΓΑΙΣΧ. in Flor. est τῶν χειρῶν.

10. λῆγα Aldina sola. caeterae λῆδα. forte leg. λινᾶ. sane ΑΗΓΑ et ΑΙΝΑ non multum inter se discrepant, quoad ductus literarum. algosa retia, aut funiculi, qui ex arundine apti in undas demittuntur ad pisces hamo capiendos. Non profecto τὰ λῆδα, pannuciae, possunt inter ἀϑλήματα τῶν χερῶν haberi,

haberi, res, in quibus cum contentione manus elaborant, et paulo poſt vſ. 13. enumerantur εἵματα, πῖλοι, qui ſunt iidem cum pannuciis. Annotator Vimarienſis haec adſcripſerat: [λῖνα Ovidius Metamorph. XIII. Pauper et ipſe fuit, linoque ſolebat et hamis decipere et calamo ſalientes ducere piſces.] et alio loco eiusdem paginae haec: [λῆδα) λῖνα F. V. alterum exemplum Fulvii Vrſini exhibebat λῖνα, quae ſcriptura omnino proba. Apollinarius Pſalm. χ. ὑφανόθεν χαλεποῖς λῖνα φθισίμβροτα πέμπει. vide differentiam inter λῖνον καὶ λίνον in Schol. in Idyll. α. Nicander Alexipharm. νέον θόος ἄντρηχι λίνῳ ὀχλίζων. id eſt, ἐρίῳ.] alio tandem loco haec: [ἴσ. γρ. λάδῃ δωρικῶς ἀντὶ τῆ λήδῃ. λῆδος γάρ ἐστιν εὐτελὲς τριβώνιον ἢ χλαμύδιον παλαιὸν. Alcman. λᾶδος εἱμένα καλὸν. v. Euſtathius ad Iliad. Σ.] Etiam Brodaeus Miſcell. 7, 12. vult τά τε λίνα.

11. οἱ μειαὶ κυρτοὶ Aldina, ſine diſtinctione. δρμειαὶ κυρτοὶ ZC. item ſine diſtinctione. et ſic quoque Salamandr. Farr. Brubach. ſed HSt. ambo haec vocabula commate intergeſto diſpeſcuit. Videtur in lectione Aldina prima ſyllaba articulus οἱ eſſe, in μειαὶ autem μελεοὶ latere, ut ſit οἱ μελεοὶ κυρτοὶ, καὶ αἱ ἐκ σχοίνων λαβύρινθοι, vel οἱ βαιοὶ.

12. μειρινθοι κῶά τε Aldina. μήρινθοι, κῶάς τε caeterae. revocavi κῶα ex Aldina. *pelles* in plurali. Annotator Vimar. adſcripſerat haec: [ſic ſupra p. 60. [p. 17.] dixit γέρων πέπλος. at Homer. Odyſſ. χ. τῇ δ' ἑτέρῃ σάκος εὖρὺ γέρον πεπαλαγμένον ἄζῃ. ubi v. Euſtath.]

13. εἵματ' ἀπύσοι Aldina. caeterae εἵματα πῖλοι, veteres quidem ſine commate, HSt. autem cum commate intermedio. In Aldina videtur εἵματα βύσαι aut κεῦσαι latere. *ad veſtes ibi abſcondendum*, a βύειν vel κεύθειν. Brodaeus interpretatur vulgatam *veſtes e lana craſſa et ſubacta.*

14. ἁλιεῦσι (ſine ν ephelkyſtico) et πλᾶτος Aldina ſola. caeterae ἁλιεῦσιν et πλῆτος.

15. ὃ χύτρην εἶχ' ὑκίνα Ald. ὃ χύτραν εἶχ ὐχ ἵνα ZC. Salam. Farr. Brubach. niſi quod Brubach. etiam χύθραν dat. ὃ κύτραν εἶχ', ὃ κύνα HSt. quae lectio vera eſt, aut certe omnium maxime tolerabilis. Auctor eius videtur Io. Auratus eſſe. Scaliger volebat ὃ χόα. Brodaeus ὐκ ἵνα, et ait, ἵν eſſe genus menſurae.

16. πάντ' ἐδόκει τήνας ἄγρα πενία. ἢ σφᾶς ἑταίρης Aldina. cui conſentiunt Salam. Farr. niſi quod ἢ omittunt, et σφὰς cum gravi exhibent. τήνας ἄγρας πενία, σφὰς ἑταίρης ZC. Brubach.

bach. Ab Henr. Stephano profecta est lectio, libros iuniores pervagata, πάντ' ἐδόκει τήνας ἄγρας. πενία σφιν ἑταίρα. qua e lectione retinui postrema, sola media mutavi, τήνοις. ἃ γὰρ et τήνοις quidem obsecutus Scaligero et Valkenario, qui Ep. ad M. R. p. XLI. πάλλ' ἐδόκει τήνοις. ἄγραν πενίας φὰν ἑταίραν coniicit, Scaliger autem πάντ' ἐδόκει τήνοις. ἄγρα πενίασφι ἑταίρα. Locus est vexatus, in quo forte tutissimum fuerat, exemplo Aldino inhaerescere, in quo videor mihi lectionem hanc deprehendere latitantem, πάντ' ἐδόκει τήνοις. ἃ γὰρ πενία ἧς σφὸς ἑταίρος, vel σφὰ ἑταίρα. σφὸς idem est atque σφέτερος. πάντα iterari poetis pervulgatum est. v. Moschi Idyll. 1. vs. 21. et saepe illa figura utitur Oppianus.

17. μέσῳ Ald. ZC. Salam. Farreana, Brubach. μέσσῳ HSt. πενία δὲ παῤ αὐτὴν, (cum puncto, aliae cum commate in fine) Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. παντᾶ δὲ παῤ αὐτὴν HSt. qui punctum in fine versus omittit. Florentina, teste eodem HSt. dat πάντῃ. Brodaeus quoque πάντῃ volebat. displicet sive πάντῃ, sive παντᾶ. erat enim tugurium hoc non undique mari cinctum, sed in litore positum. Venit aliquando in mentem duplex coniectura. altera πελία δὲ. *glaucum mare.* altera πέλεν. ἃ δὲ — utra vera sit, aut quid denique h. l. verum, docebit aliquando melior dies.

18. ϑλιβομέναν dant mei libri omnes. nil dubitavi tamen ϑλιβομένα rescribere. *mare sese ingerens, velut appressione et connixu quodam, allisa ad mapale, stridebat argutum.*

19. τὰ μέσα τὸν δρόμον ἄ. ἄ. σελάνα Ald. Salamandr. Farr. Brub. τὸν μέσατον δρόμον ἄ. ἄ. σελάνας ZC. HSt.

21. v. Casaub. ad Athen. p. 590. ἐρέϑειν ᾠδὴν, *sollicitare cantum*, est, cantandi conatu sese ad cantandum alternis invitare.

22. revocavi ψεύδαντο ex Aldina, quae sola id habet. caeterae dant ψεύδονται.

23. ζεὺς deest Aldinae. caeterae omnes habent. si φέρησι scripsisset poeta, posset sententia pro plena et perfecta haberi. *quando aestas affert dies longos.*

26. ἀσφαλίων est in omnibus meis libris. unde nomen piscatoris effecere. ferrem forte, si ἀσπαλίων esset. ἀσπαλιεὺς est *piscator.* sed praeterea docet ipsa quoque loci ratio desiderari, *praeter rem, inepte, stulte.* μαψιδίως vel μαψίδιον, aut αἶψα λίαν, *nimis festinanter.* Visum tamen est, μέμφῃ in modo coniunctivo, pro imperativo μέμφε, accipere, et literula

una

una accentuque mutato, refingere, ἀσφάλιον. *tutius, cautius,* (quam nunc feciſti ſcilicet) *in poſterum vitupera bonam aeſtatem.* ἀσφαλίων in comparativo pari modo formari poteſt, et in ſuperlativo ἀσφαλίσατος, atque ἀσφαλέστερος, ἀσφαλέστατος. Adſcripſerat annotator Vimar. [quidam legunt ἆ φίλε, μὴ μέμφυ. Ἀσφαλίων nominatur apud Homer. Odyſſ. δ.]

27. παρέβαν τὸν νέον δρόμον Ald. παρέβα τὸν ἐὸν δρόμον ZC. Brubach. HSt. παρέβα τὸν νέον δρόμον Salam. παρέβω τὸν νέον δρόμον Farrean.

28. σκόπτοισα et ποιεῦντι Ald. κόπτοισα et ποιεῦντι ZC. Salamandr. Farr. Brubach. κόπτοισα et ποιεῖ τιν HSt. Adſcripſerat annotator Vimarienſis [ποιεῖν τιν F. V.]

32. νικάξῃ Ald. Salamandr. Farr. Brubach. νικαξῇ ZC. HSt. id eſt, νικηθήσῃ nam ſaepe futurum primum medii pro futuro paſſivi uſurpatur. Brodaeus νικαξῇ. reddit *vinces.* Colligit ſic: qui plurimum valet ingenio, ille ſomniorum optimus eſt interpres. Sed tu, amice, ſollertia praeſtas. nemo enim ea te facile ſuperet. Quapropter haberi potes pro ſomniorum optimo interprete. Operam itaque mihi nava in meo inſomnio interpretando. Valkenaer Ep. ad M. R. p. LXI. Scaligeri coniecturam ὃς γὰρ ἂν εἰκαξῇ probat. Venuſtas nempe verbi Dorici (ut ipſe appellat) oculos ei praeſtinguebat. Vulgata bene habet. Vimar. [μάντις γ' ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς. Euripides citante Plutarcho.]

34. ἄλλος καὶ χόλον τι Ald. ἄλλως καὶ χολή ἐστι ZC. Salam. Farr. ἄλλως καὶ σχολή ἐστι Brubach. HSt. Brodaeus. Poſſit ex Aldina quoque effixi ἄλλως καὶ σχολή ἐντι, aut ἄλλως καὶ εὔκολόν ἐντι.

35. ἐν φύλοις Aldina ſola. caeterae ἐν φύλλοις. non placet φύλλοις. deſideratur epithetum pro κύμασι, incipiens ab εὖ. memini quidem illorum vſ. 8. κεκλιμένοι τοίχῳ τῷ φυλλίνῳ. nihilominus tamen haud arridet vulgata. Non ſuccurrit nunc melius, quam εὐφλοίσβοις ποτὶ κύμασιν. ſed et hoc non ſatisfacit.

36. ἄλονος ἐν ῥάμῳ τὸ δὲ λύχνειον Aldina. Vimar. etiam ῥάμῳ e Florentina annotavit. ἄσιμενος ἐν ῥάμνῳ. τὸ δὲ λύχνειον ZC. Salam. Farr. Brubach. et ſic quoque HSt praeter λυχνίον. inde effeci ἀϊόνος ἐν ψάμμῳ. *dormire neſciens in arena litoris.* Illud ἀϊόνος pro triſyllabo pronunciatur, ac ſi ἀ-ιό-νος eſſet *ajonos*, aut ᾱόνος, ut quidam, in ſimilibus locis, exarare amant. ϱ et ψ et φ in vetuſtis libris ſaepe inter ſe permutantur. et

ſolet ψάμος perinde ſimplici atque duplici μ exarari. Auratus teſte Vimar. volebat δίκτυον pro λυχνίον. Idem annotator adſcripſerat locum e ſcholiis Thucydidis ad l. 2. de prytaneo. Brodaeus affert haec aliena utique. [Lucerna, ut aſſolet, in Prytaneo eſt, non hic apud nos, aut, lucerna pignori data eſt. Moris erat apud Athenienſes, ut a litigantibus in Prytaneo deponerentur pignora.]

37. Φαντὶ γὰρ ἄγρην τόδ' ἔχειν Ald. caeterae omnes poſt ſecundam vocem addunt αἰὲν. in Flor. eſt ἀεὶ. Ego ex Aldina effeci ἀγρυπνίαν. *nam aiunt, illam* (lucernam in Prytaneo ardentem) *inſomniam, vel pervigilium agere.* pro ſalute civium puta. Habet dictio nonnihil proverbiale. propterea φαντὶ addit. Scena poteſt eſſe in litore Attico, ſi alius quis carminis huius auctor eſt, a Theocrito diverſus. Verumtamen, quo minus exiſtimetur, a poeta Syracuſano profectum eſſe, nil movere nos debet Prytanei commemoratio. Nam in nulla non civitate Graeca, et proinde quoque Syracuſis et Alexandriae prytanea erant, et in prytaneis quibusque focus civitati cuique ſuus publicus erat. Nulla civitas ſine foco publico ſeu communi poterat eſſe. ſed ille focus nusquam erat, praeterquam in prytaneo. Erat ergo civitati cuique ſuum prytaneum. Per occaſionem profodiae vocabuli ἀγρυπνία poſſim hic de illo nobili epigrammate Callimacheo in Aratum agere, quod Erneſtius, V. C. ſingulari diſputatione, docta hercle et accurata, expoſuit. ſed eſto hoc alii tempori reſervatum. Porro dat Aldina λέγεο ποτὲ νυκτὸς. caeterae λέγε μοι ποτὲ νυκτὸς. forte fuit in libris quibusdam λέγε δή ποτε νυκτὸς.

38. ὄψιν τά τις ἐσσεο δὲ λέγει μάνυαν ἑταίρῳ Ald. quo verſu vix alius eſt in toto Theocrito corruptius ab Aldo editus. ὄψιν πάντα τεῷ δὲ λέγων μήνυσον ἑταίρῳ ZC. et caeterae. quo non ſanatum videtur ulcus, ſed ſolummodo incruſtatum. Forte deeſt verſus.

39. κατέδραθον ἐν ἁλίοισι Aldina. caeterae κατέδαρθον ἐν ἁλιάλοισι.

40. pro ἐν ὥρᾳ Pierſonus Veroſimil. p. 48. vult ἀωρὶ. non video, qua de cauſa. Tempus eſt infinitum ἐν ὥρᾳ, ſubaudi τῷ δείπνῳ. *tempore coenae oportuno.* Brodaeus quoque *conſueto tempore* reddit. Piſcatores hi finguntur, peractis laboribus maritimis, ſatis tempori, *bey guter Zeit*, coenaſſe, et ſatis mature cubitum iſſe, quo poſſent maturius rurſus evigilare.

lare. Sobrietatem victus significat ἐν ὥρᾳ, non citius, neque serius, quam par erat. v. Casaubon. ad Athenaeum p. 268. Palmer. Exerc. p. 811.

42. μεμαῶτα est in libris meis omnibus. testatur tamen Henricus Stephanus, esse in libris quibusdam, quos non nominat, βεβαῶτα, cum iisque se facere. καθεξόμενος δὲ δόκεον dat Aldina sola.

44. ἤ τις Aldina sola. caeterae καί τις. lectio Aldina sic potest admitti, ut aut ἤ τις, *sane quaedam*, legatur, aut ἦ τις, id est, πρὸς ἣν, *erga quam escam sese piscis quidam, de numero illorum grandium, erigebat.* possit quoque ἧς legi. nam ἐρέγεσθαι, *sese erga aliquid cupiditate quasi porrigere atque protendere, appetere aliquid*, plerumque cum genitivo construitur. Annotationem Henr. Stephani ad h. l. non intelligo.

45. ἄρτῳ Ald. caeterae ἄρτως.

46. τἀγκίστρων Ald. bis vitiose.

48. τῷ χεῖρε τεινύμεναι περικλώμενον εὗρὺν ἀγῶνα Ald. τῷ χέρε τεινόμενος περικνώδαλον εὖρον ἀγῶνα caeterae, nisi quod HSt. περὶ κνώδαλον duobus dat vocabulis. revocavi Aldinam, praeterquam in εὖρον. Sententia est: *ambae manus contentae*, (aut, si θεινόμεναι malumus, *ictae*) *inveniebant certamen tortuosum*, seu *contentiosum*, in quo necesse esset toto corpore contorqueri miris modis. aut etiam *anceps*, plenum anfractuum et recessuum, ut iuga montium sinuosa.

49. pro μὲν videtur κεν aut μιν leg. esse.

50. f. ὑπομίμνασκον pro ὑπεμίμνησκον, scil. ἐμαυτὸν. *ipse mecum sic agitabam animo. ipse mihi in mentem revocabam.* νύξας Ald. dubium, sitne secunda persona aor. 1. indicativi, an participii nominativus. νύξεις caeterae.

51. καὶ νύξεαι χάλεξας, καὶ ὃ φεύγοντες ἔτεινα Ald. καὶ νύξῃ χαλέψας ὃ φεύγοντος ἔτεινα ZC. Salam. Farreana, Brubach. καὶ νύξῃ χαλεπῶς καὶ ὃ φεύγοντος ἔτεινα HSt. qui admonet, esse, qui μὴ νύξῃς χαλεπῶς legant, in quibus est Brodaeus, qui postrema sic reddit: *et manum in piscem extendi haudquaquam fugientem.* v. Palmer. Exerc. p. 811. Ego nihil hic video certi et perspicui, sed satis habeo, afferendis variis lectionibus materiam veri inveniendi praebuisse ingeniosioribus.

52. ἰδὼν offensioni est. Henr. Stephanus cum iis facit, qui ἤνυσα δ' ὧν legunt, in quibus est Iosephus Scaliger, et annotator Vimar. etiam hanc lectionem annotaverat. sed bene

habet hoc vocabulum, significatque *sudans*, vel *cum effuso sudore. peregi certamen meum*, *posteaquam sudassem.* Est ab ἰδίειν, *sudare*, anomale quidem, verumtamen sic usus evaluit. Aratus Phaen. 152. ὧκ ἂν τές γε ἰδὼν ἐπιτεκμήραιο. quem locum Grotius sic reddidit, *quae* (sidera) *parvo reperire labore*, et Avienus dudum ante, *nec contemplandi labor anxius.* Brodaeus reddit, *ut in quiete videre existimabam*, inepte, ut alia multa idem.

53 πάντα τοι τῷ χρυσῷ Ald. Flor. qua in lectione agnosco πανταχοῖ vel πανταχὸ (nam perinde id est, sive ad sententiam, sive ad metrum) τῷ χρ. si πάγχυ dicitur, etiam recte dicitur πανταχὸ, et si πανταχῆ, etiam πανταχοῖ. nam ut illud est genitivus, ita hoc dativus antiquus est· εἶχε δὲ σῆμα revocavi ex Aldina. *habebat ille piscis notam*, *qua insignis erat*, seu capiti, seu dorso, seu caudae impressam. εἶχέ με δεῖμα ZC. Salam. Farr. Brubach. εἶχε δὲ δεῖμα HSt.

54. μή τι Ποσειδάωνι πέλει ὁ πεφιλαμένος ἰχθὺς Ald. quod refinxi sic: μή τι Ποσειδάων πέλει ὁ πεφιλαμένος ἰχθὺς. *vide, ne ipse Neptunus sit ille mihi carus piscis.* aut, *ipsene forsitan Neptunus est piscis hic meus*, *mihi tam acceptus?* piscator ita ipse secum agit pavidus. v. vs. 49. sqq.

56. ἐγὼ ἐκ τῶν γ'ικίρων (sic) Ald. quod possit sic reformari, ἐγὼ 'κ τῶν ἀγκίρων.

57. τῶ γ' κίρια (sic) χρυσὸν ἔχοισα Ald. sed caeterae ἔχοιεν. Dicuntne Dores τὠγκίρια pro τὰ ἀγκίρια, etiam ubi nullum omicron aut ω mega occurrit? Ego hic τἀγκίρια reposui.

58. καὶ τὸν μὲν πιστεύσασα καλά γε τὰν ἠπείρατον Aldina. caeterae καὶ τὸν μὲν πειθῆρσι κατῆγον ἐπ' ἠπείροιο. Videtur haec lectio a ZC. ingenio profecta esse. Forsitan poeta sic dederat, (quod Aldinae quidem lectionis vestigia subiiciant) καὶ τὸν μὲν πίσευσα, καλόν γε τὸν ἠπειράταν. *et illum quidem funibus alligavi*, *praeclarum terrae continentis futurum incolam.* sed statuant de hoc peritiores.

60. καί τοι χρυσῶ βασιλεύσει Ald. (Vimar. etiam τοι e Florentina annotaverat) καὶ τῶ χρυσῶ βασιλεύσειν ZC. Salam. Farr. Brubach. καὶ τῶ χρυσῶ βασιλεύειν HSt. forte dedit poeta καὶ τῷ χρυσῷ 'μβασιλεύειν. (id est ἐμβασ.)

61. καξήγειρε καὶ τὸ δ' ὦ ξ. Aldina sola.

62. τὸν ὄμοσα θαῤῥῶ Aldina. caeterae τὸν ἐπώμοσα ταρβῶ. Ego θαῤῥῶ ex Aldina revocavi. Sententia dictionis θαῤῥεῖν τὸν ὅρκον est haec, certus de se esse, nunquam se commissurum esse,

esse, ut peieret, et iusiurandum a se dictum violet. Piscator itaque affirmat, certum se esse, nunquam se esse peieraturum, aut contra, quam iurasset, acturum, quicquid tandem se sit futurum, aut quaecunque somnii sui interpretatio. Cui socius apte respondet, καὶ σύ γε μὴ τρέσῃς. recte facis, quod animi tui tam certus et securus es. laudo factum, nil trepida. noli angi.

63. καὶ σύ γε τρέσεις Aldina sola. (sine μὴ et simplici sigmate in verbo.) unde possit effici σύ γε μή τι τρέσεις.

64. χρύσεον ὡς εἶδες εὗρες. εἶσα δ' ἐν ψεύδεσσιν ὄψεις Aldina. caeterae χρύσεον εἶδες ἢ εὗρες. ἴσαι δὲ ψεύδεσσιν ὄψεις. Revocavi Aldinam parumper mutatam. opponit hic poeta τὸ εὑρίσκειν τῷ ἰδεῖν. *videre* ei est rerum extra nos positarum species menti obiectas per insomnium percipere. *invenire* autem, eas res interdiu, cum vigilamus, inter manus habere, contrectare, et sensibus omnibus usurpare. ἴσα (in genere neutro) sunt, res genere et opinatione nostra inter se pares. Sic supra quoque Idyll. 19, 7. ἴσον pro ἴσος ex Aldina restitui.

65. εἰ με γὰρ κνώσσων τῶτο χωρία ταῦτα μαντεύσεις Aldina. caeterae εἰ δ' ὕπαρ ὐ κνώσσων τὺ τὰ χωρία ταῦτα ματεύσεις. Vimar. pro ὐ annotaverat ὡς e Florentina. In quibus dubium penes me nullum superest, quin Zach. Calliergus ingenio suo nonnihil indulserit. Ego ex Aldina refinxi locum sic: εἰ μὲν γὰρ κνώσσων κατὰ χωρία ταῦτα ματεύσεις. *nam si tu somnolentus*, h. e. piger et remissus, *basce per regiones, quaeres piscem carneum, propterea quod desideres sperata somnia*, h. e. propterea quod inhies pisci aureo, cuius tibi species per insomnium est oblata et spes commota; *vereor, ne tu pereas fame in ipsis illis tuis aureis insomniis.* h. e. tametsi insomnia tua splendidis rerum speciebus obiiciendis te ludant, ductitentque atque exerceant.

66. cum hoc versu incipit rursus exemplum Aldinae Ernestianum, e quo iam pergemus lectionum varietates afferre. Est itaque versus hic in Aldina S. sic conceptus: ἐλπὶς τὸν ὕπνον ζατεῖ τὸν σάρκινον ἰχθὺν. in Ald. E. vero sic: ἐλπὶς τῶν ὕπνων ζατεῖ τὸν σάρκινον ἰχθῦν. et sic quoque est in ZC. et caeteris. unde effeci: ἐλπισῶν ὕπνων χάτει. (id est χήτει, *desiderio.*) Sententiam verborum iam modo exposui. Apollon. Rhod. 1, 887. τὰ δέ οἱ ἔξέα δάκρυα χήτει ἰόντος. *lacrymae ipsi* (Hypsipylae puta) *manabant prae desiderio abeuntis.* (Iasonis)

AD

AD IDYLLIVM VIGESIMVM SECVNDVM.

Poſt piſcatores ſequitur in Aldina et vetuſtis reliquis Megara, Herculis uxor, et tum Dioſcuri, cum hac inſcriptione: Διόσκυροι κοινῇ ἰάδι ἐγκωμιαστικὸν in Aldina. in caeteris autem hac: Διόσκυροι ὁωρίδι ἐγκωμιαστικὸν.

2. adſcripſerat annotator Vimarienſis: [Odyſſ. λ. Κάστορά θ' ἱπποδάμον καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα.]

3. βαρέοισιν ἰμάσιν Ald. S. βοέεσσιν ἱμᾶσιν Ald. E. item ZC. Salamandr. Farr. Brubach. βοέοισιν HSt. omnes item dant μέσοις. ſed reſcripſi μέσας.

5. adſcripſerat annotator Vimarienſis: [ἰλ. κ. νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυρὸν ἵσταται ἀκμὴ etc.]

9. ἄστρα βιάζεσθαι eſt, invitis et vetantibus anni tempeſtatibus iis, per quas mare clauſum eſt, et navibus impervium, tamen evehi in altum, et periculum navigationis adire. ἄστρα hic ſunt illa ſidera, quae creduntur procellas importare, et fluctus ciere, ut pleiadum occaſus; id quod admonendum erat propter Palmerium, qui hoc in loco haeſitavit. v. Exerc. p. 811. et Brodaeus Miſcell. 7, 14. qui eiusmodi aſtra ait eſſe arcturum, aquilam, delphinum.

11. ἢ ἐκ πρώραθεν ἢ ὄπιθ Ald. S. ἠὲ καὶ ἐκ πρώραθεν ἠ ὄπιθα Ald. E. ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt.

12. εἰς κοίλην] ſcil. τὴν ναῦν. ἐῤῥίψαν] ſcil. ἑαυτὰς. ineptit hic Brodaeus, ut alibi quoque haud raro.

14. πολὺς δ'] ſcil. ἐστὶ vel συμβαίνει.

16. admonet Stephanus, eſſe, qui ἀῤῥήτοισι legant. ſed vulgaris lectio ἀῤῥήκτοισι, quae eſt in libris meis omnibus, bene habet. ἄῤῥηκτον eſt id omne, quod perrumpi, frangi, domari negat.

17. pro τε malim γε.

18. αὐτοῖσι Aldina utraque. recte. caeterae αὐτοῖσιν. ὀϊομένοισι Ald. S. ſed ὀϊομένοις Ald. E. cum caeteris.

21. ἄῤῥητοι Ald. S. ſcil. η et κ tam ſimilibus modis exarata conſpiciuntur in vetuſtis libris, (ex. c. in Callimacho Frobeniano) ut vix diſcerni queant. ſed recte dant Ald. E. et reli-

reliquae ἄρκτοι. De aſellorum praeſepi, aſtro, v. Brodaeum ad h. l.

22. εὔδεια Ald. S. ſed Ald. E. et reliquae εὔδια.

24. Ald. S. poſt κιθαρισαὶ addit τ', metro quidem non repugnante. verum Ald. E. et reliquae omittunt.

25. Flor. ἄρχομ'. Videtur inter verſum 24. et 25. aliquid excidiſſe. primum enim deeſt ἐνδοιάζω vel ἀμφιβολῶ, *dubito*. deinde deeſt ἔργα vel ἀρετὴν. non enim dicitur ἄρχομαί τινος ᾄδειν, ſed ἄρχομαι ἀρετήν τινος vel ἔργα ᾄδειν. Aut ſi hoc diſplicet, erit pro ἀείδειν ſubſtituendum ἀοιδήν. *incipiam carmen, cantum*, hoc eſt, *laudationem carmine conceptam*. aut etiam ἀείδων. ἄρχεσθαι ἀείδων idem eſt atque ἄρχεσθαι ἐν τῷ ᾄδειν. et tum genitivus regetur non ab ἀείδων, ſed ab ἄρξομαι. *a quonam ordiar in canendo?*

29. v. Palmer. Exerc. p. 814. qui de veritate geographica huius loci diſputat.

30. κνίμακος Ald. S. κλίμακος Ald. E. cum reliquis. ambae Aldinae, item ZC. dant in fine verſus ἐξ. quo etiam Salamandr. Farr. Brubach. collimant, tametſi vitioſe ἔξ exhibent. Et forte inveniet ἐξ ante conſonantem ſuos defenſores. probatum quidem fuit Caſaubono Lect. Theocr. c. 20. ubi etiam dictionem πυρεῖα νομᾶν expoſuit. Primus ἐκ dedit HSt. Inſignis eſt in hanc rem locus Etymologi M. v. Ἐκ, ubi ait: ἡ ἐξ πρόθεσις, ὅταν αὐτῇ σύμφωνον ἐπιφέρηται, τρέπει τὸ ξ εἰς κ. δεῖ δὲ προσθεῖναι, χωρὶς εἰ μὴ εὑρεθῇ ἐν τέλει τίχυς. οἷον ὡς παρὰ Θεοκρίτῳ. Ἔνθα μιᾶς πολλοὶ — ἀπὸ νηός. Qui locus ſi mihi notus fuiſſet tum, quum locus hic Theocriteus adhuc inter manus operarum typographicarum verſaretur, reſcripſiſſem ἐξ.

34. αἰολώπολον (ſic) ὅτ' οἰναπάτης Ald. S. αἰολόπωλος ὅτ' οἰνωπὸς Ald. E. cum reliquis.

35. ὑπὸ πλαγχθέντες Ald. S. ἀποπλαγχθέντες Ald. E. cum reliquis.

36. παντείην Ald. E. παντοίην Ald. S. cum reliquis. δ' deeſt Ald. S. et Flor.

37. λυσσάδι Aldina utraque, ZC. Salamandr. Farr. λισσάδι Brubach. HSt. Brodaeus, qui vocabulum hoc exemplis ex Euripide, Apollonio et Homero petitis illuſtrat. Euſtathius ad Dionyſ. Perieg. vſ. 1055. (καὶ πόρον ἀενάων ποταμῶν) lectionem affert εὖρον δ' ἀέναον κρήνην. Verba eius adſcribere iuvat: ὅτι εὕρηται ὧδε τὸ ἀέναος διὰ ἑνὸς ν καὶ μετὰ ἐκτάσεως τῆς ἀρχούσης. ὕτω δὲ καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς. ἀεγάοις ποταμοῖσι κατάῤῥυτος καὶ

παρὰ Θεοκρίτῳ δὲ εὕρηται τοιαύτη γραφὴ, ἔνθα λέγει. εὗρον δ' ἀένασον κρήνην. εἰ μή τις τὴν τῶν ἀντιγράφων αἰτιώμενος φαυλότητα φυλάσσει μὲν τὴν διὰ τῶν δύο ν γραφὴν, θεραπεύει δὲ τὸ πάθος τῷ μέτρῳ διὰ συνιζήσεως, ὡς καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ τῶν ἁλιευτικῶν Ὀππιανῷ. Locum habere hic nequit illa lectio Euſtathiana e corruptis libris hauſta, niſi memoriae fluxilitas ei impoſuit.

39. ἀλλὰ Ald. S. ἀλλαὶ Ald. E. una cum commate. et ſic quoque ZC. Salam. Farrean. Brubach. ἰνδάλουτο Ald. S. ἰνδάλλοντο (gemino λ) Ald. E. cum reliquis. Si κάχλη eſſet vocabulum pro κάχληξ, conveniret hoc huic loco. Conveniret item ψάμμοι. videbatur tamen melius nihil eſſe, neque literarum veſtigiis aptius, quam ἄμμοι, quod repoſui. *glareae, lapilli arenacei.*

40. πεφύκασιν ἐγχόθι Ald. S. πεφύκασιν ἀγχόθι Ald. E. ZC. Salamandr. Farr. Brubach. πεφύκεσαν ἀγχόθι HSt. et Brodaeus, qui πεφύκασιν damnat, et ei praefert πεφύκεσαν, quod ait, aliis in codicibus reperiri. quos autem ille deſignet alios codices, neſcio.

45. verſus hic una cum ſequentibus omnibus usque ad verſum 91. deſunt Aldinae S. nam poſt verſum ἔνθα ſtatim, in media pagina, (ne quis folium excidiſſe putet, culpa bibliopegi) ſequitur vſ. 91. ἥρως κρατερὸν, nam ſic, non ἥρωες, ibi exaratum eſt. Errorem hunc notavit etiam Henr. Stephanus. Ea tamen omnia dat Aldina E. e qua ſola repetitae ſunt, quas poſtmodum, ad verſum usque 91. afferemus varietates lectionis.

49. ὀλοότροχοι Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. margo HSt. ὀλοοίτροχοι HSt.

54. perſonarum vices nullae ſunt h. l. usque ad vſ. 73. in Aldina annotatae. ſed ſunt in ZC. et reliquis.

55. forte γ' eſt pro τ' exarandum. Pro τὺς dat Flor. τὼς. quod etiam Brodaeus commemorat.

57. σεῦ Flor.

59. τοιοῖ δ' οἷοι δρᾷς Aldina, ZC. Salamandr. Farr. Brubach. et, reſte Stephano, etiam Florentina. τοῖός δ' οἷος δρᾷς HSt. qui ſine dubio dare voluit οἷον. quod repoſui. *talis ego ſum, qualem me vides.*

62. τῦδε πιεῖν Flor. non male.

64. ὡς Ald. ZC. Salamandr. Farr. Brubach. margo HSt. lectio haud improbabilis, quam Brodaeus quoque interpretatur. dedit tamen HSt. ᾧ.

66. prae-

66. praefcripfi huic verfui perfonam Pollucis, et verfui 67. Amyci. quae defunt omnibus libris. Pollux interrogat: πῶς ἀρῶ σοι τὰς χεῖρας ἐναντίος καταξὺς? *quomodo attollam tibi manus contra congreſſus?* ὡς πυγμάχος? ἢ ὡς θέναν τὸ σκέλος τοῖς ποσὶ? *utrum ut pugil? an ut pancratiaſta?* ὄμματα δ' ὀρθὰ. *oculis irretortis, ex adverſo te intuentibus, acribus, ardentibus.* nam recte eſt in Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. ὄμματα. quod revocavi. male HSt. ἄμματα ſubiecerat, quod inſecutae iniuria ſervarunt atque propagarunt, ut in aliis multis ſimilibus fecerunt, in quibus etiam Brodaeus eſt. ſubauditur ἔσονται aut ἔστωσαν. Similis quodammodo eſt illa dictio v. 146. γυμναὶ δ' ἐν χεραὶ μάχαιραι, ſcil. ὑμῖν εἰσὶν. Palmerius p. 812. lectionem Henr. Stephani vult incruſtare. ſed operam ludit.

67. de verbo διατείνεσθαι expoſuit Caſaubonus ad Dion. Chryſoſtom.

69. ἐγγὺς ὁρᾷς ὑ σύ με. ἀμὸς κεκλήσεθ' ὁ πύκτης Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. quam ſatis bonam, et a me reſtitutam lectionem Henr. Stephanus in hunc flagitioſum modum corrupit: ἐγγὺς ὁρᾷς ὑ γύννις ἐὼν κεκλ. quod inſecutae ſine omni haeſitatione, ſine diſcrimine, tanquam oraculum aliquod amplexae ſunt. Brodaeus etiam ἀμὸς affert, ſed reddit *noſter*, neſcio qua bona ſententia. Ego locum ſic reſtitui: Ἐγγὺς, *prope adeſt.* ὁρᾷς ὑ σύ μ'? *non tu me vides?* Ἄμυκος κεκλ. *Amycus nominabitur ille pugil.* h. e. tu pugilem, quocum congredieris, Amyci nomine appellato. Simile quodammodo eſt illud Apollonii Rhodii 2, 1160. ἐμὲ δ' αὐτὸν ἐπικλείοιτέ κεν Ἄργον, *appelletis me Argum*, ſi nempe vultis. Conſentaneum, imo neceſſarium erat, in eiusmodi certaminibus, ut congreſſuri mutuo nomina ſua ederent, ſuasque notitias inter ſe communicarent; ne ſcilicet eveniret, ut conſanguinei et neceſſarii inter ſe concurrerent, mutuasque ſibi caedes inferrent. Cuius rei ſi habetur ratio, multum id detrahit invidiae, qua apud omnes Homericorum heroum in ipſis conflictuum periculis longae de genere ſuo enarrationes flagrant. Piaculum quidem credebant, et immanem furorem, ſi homines inter ſe plane ignoti, nulla laeſi iniuria ſeſe mutuo interimerent. quae hodie fortitudo et ſapientia audit. Neceſſarium itaque erat, ut Amycus nomen ſuum Polluci ederet, praeſertim interrogatus et efflagitatus. Atqui in vulgata lectione nomen hoc nusquam apparet. Hiſtoriam huius pugnae ali-

ter a Theocrito enarrari, atque ab Apollonio Rhodio, admonet huius Scholiastes 2, 8.

70. ᾧ καὶ ἄεθλον ἕτοιμον, ἐφ' ὃν δηρισόμεθ' ἄμφω. Aldina. ᾗ καὶ ἄεθλον ἑτοῖμον, ἐφ' ᾧ δηρισόμεθ' ἄμφω ZC. Salam. Farrean. Brubach. nili quod hae tres posteriores δηρύσομεθ' dant. Possit ex illo Aldinae ᾧ effici μῶν. sed haud constat, fueritne illud Ionibus usurpatum; quorum dialecto conscriptum esse hoc Idyllium, res ipsa docet, et recte Aldinae titulus admonuit.

72. versum hunc citat Scholiastes Aristophanis ad *Aves* vs. 71. sed ὀρνίθων, uti etiam Suidas, versum hunc ad voc. ἡττηθεὶς recitans. in omnibus meis est ὀρνίχων.

74. μαχησαίμεθ' Ald. sola. caeterae μαχεσσαίμεθ'.

75. κοῖλον per se stat, et subauditur τι, non autem cohaeret cum κόχλον. *insonabat cavum quid.* Pro ἑλὼν dat margo HSt. ἔχων. quod in omnibus meorum est.

76. σκιερᾶς πλατανίσας Ald. ZC Salam. Farr. σκιερᾷ πλατανίσας Brubach. σκιερᾶς πλατανίσῳ Flor. HSt. πλατανίσῳ Commel. Ego rescripsi σκιερὰς πλατανίσας.

81. μακρὰς Florentina.

85. versus huius initium sic dant ZC. Salam. Farrean. Brubach. ἰδρείῃ μέγαν ἄνδρα. sed Aldina et HSt. sic: ἀλλ' ἰδρίῃ μέγαν ἄνδρα. quod verum est. quod si obstet quantitas vocab. ἰδρίῃ, possit facile sic corrigi, ἰδρείῃ δὲ μέγ' [id est *μέγα*, *multum*, *multis modis*] ἄνδρα. sed anceps est prima illius vocabuli, et Amycus non semel hoc carmine μέγας ἀνὴρ appellatur. Flor. ἀλλ' ἰδρείῃ. Annotator Vimar. adscripserat: [hic Heliodorus l. X. ait Theagenem ἐμπειρίᾳ τὴν ἄγροικον ἰσχὺν καταγωνίσασθαι, quando cum athleta certabat.]

92. In hoc versu rursus incipit Ald. S. quod paulo ante monebam ad vs. 42. ἥρως Ald. S. ἥρωες Ald. E. cum reliquis.

93. πως Ald. S. HSt. πρὶν Ald. E. ZC. Salam. Farr. Brubach. margo HSt. νιν Ald. S. μιν Ald. E. ZC. cum reliquis.

98. πληγαῖσι Ald. S. πληγαῖς Ald. E. cum reliquis. Brodaeus dictionem perelegantem πληγαῖς μεθύων alia voluit illuminare Demosthenica de Philippo, μεθύειν τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων.

100. ὄμμα δ' οἰδήσαντος Ald. S. Forte fuit in eo libro, unde ista lectio repraesentata est, ὄμμα δ' οἱ οἰδήσαντος. quae non

non eſſet aſpernanda. Aldina E. tamen, cum reliquis, vulgarem exhibent. ἀπεξείνωντο Flor.

103. ἐτίνασσεν Ald. E. Flor. ZC. Salam. Farrean. Brubach. ἐτίναξεν margo HSt. ἐτάραξεν Ald. S. HSt. Sententia eſt, Pollucem ſaepius admoviſſe Amyco, modo hac, modo illac, vanos terrores plagarum pugnis afferendarum, iisque minarum ludibriis et praeſtigiis terriculamentorum mentemque eius conturbaſſe, et inconſtantia atque trepidatione impleviſſe, corpusque defatigaſſe, ſi quidem Amycus ſine reſpiratione ſusque deque agitaretur, et in omnes partes animum haberet intentum, ut ictus a Polluce venientes defenderet atque evitaret. Hic venit in mentem loci illius Demoſthenici longe celeberrimi, cum orator Atticus, Athenienſes ſuos obiurgans, in modum barbarorum pugilum eos pugnare affirmat, qui poſt acceptum vulnus parmam demum obiicerent, et manum laeſo loco admoverent.

104. μέσσας Ald. S. HSt. μέσσης Ald. E. ZC. Salam. Farrean. Brubach. Forte μέσσας ξῖνας (in accuſ. plur.) legendum eſt.

106. τεθαλλόσιν Ald. S. ZC. Salam. Farrean. Brubach. τεθαλόσιν (uno λ) Ald. E. HSt.

108. ἀλλάλοις Ald. S. ἀλλάλως Ald. E. cum reliquis.

110. αὐχένος deeſt Ald. E. nam Ald. S. habet una cum reliquis.

111. συνέφερε Ald. S. συνέφυρε Ald. E. cum reliquis. συνέφυρσε Flor. μέτωπον utraque Ald. Flor. πρόσωπον ZC Sal. Farr. Brubach. HSt. συνέφυρσε μέτωπον margo HSt. e Flor.

112. pro αἱ malim h. l. οἱ aut ὦ, quia deſideratur disiunctio ὁ μὲν, *alter quidem*, ὁ δὲ, *alter vero*. ſequitur altera pars huius disiuncti vſ. 113. ὁ δ' αἰεὶ — παρίζανον Ald. S. συνίζανον Ald. E. ut reliquae.

113. ἰὼ' αἰεὶ πάσσονα Ald. S. ὁ δ' ἰαὶ μάσσονα Ald. E. cum reliquis. πάσσονα tamen etiam in Flor. eſt. ad ἀνὴρ ὀλίγος adſcripſit Brodaeus Aëtii locum l. 3. c. 3.

114. ἅπτομένῳ φορέεσκε πόνῳ καὶ κρειὸς ἥδετ' ἀμείνων Ald. S. ἁπτόμενος φορέεσκε πόνῳ καὶ χροιὰ δέ τ' ἀμείνων Ald. E. ἁπτόμενος φορέεσκε πόνῳ καὶ χροιῇ ἀμείνων ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. Effeci ego ex Aldina S. ἱπτομένῳ φορέεσκε πόνῳ. χρὼς ἥδετ' ἀμείνων. *ſemper tanto pinguiores et nitidiores referebat artus a labore macerante; colorque videbatur tanto melior, quanto maiori contentione niteretur.* verbo ἵπτεσθαι, *premere, urgere,*

coarctare, *laedere*, utitur poeta noſter etiam alias, ut Idyll. 30, 19. σὺ δὲ τόνδε μηδὲν ἴψω. Si citius Ald. E. ad manum fuiſſet, forſitan ex ea [χροιὰ ἤδετ' ἀμείνων effeciſſem. ſed in fine idem eſt χροιὰ et χρὼς, et ἤδετο idem eſt atque εἴδετο, *videbatur*.

116. f. ἐγὼ δὲ, γέρων ὑποφήτης, φθ. *ego vero, vetuſtus internuncius*, vel *interpres*, nempe *tuus*.

117. ad h. v. adſcripſerat annotator Vimar. [v. Euſtath. περὶ πάλης ὁμηρικῆς. Il. ψ.]

118. ὄγε] ſcil. Amycus. ἑήξαι λιλαιόμενος Ald. S. (per ξ et ſine τι) ἑέξαι τι λιλαιόμενος Ald. E. cum reliquis.

119. ἔλαχε Ald. S. ἐλλαχε Ald. E. ἔλλαβε ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. annotator Vimar. adſcripſerat hoc: [ἤγεν μεν, ἀντὶ τοῦ ἔαγεν. Aurat.]

120. Citat prima huius verſus verba Etymologus M. v. Δόχμιος.

121. ἀπὸ Ald. S. ἀπαὶ Ald. E. cum reliquis.

122. deeſt hic totus verſus Aldinae utrique, ZC. Salamandr. Farr. Brubach. Primus eum dedit Henricus Stephanus, qui nos ignorare paſſus eſt, unde eum habuiſſet. Poteſt quidem ſalva ſententia abeſſe. Brodaeus tamen eum inſerendum ait his verbis: [Poſt vocabulum γυῖον deſideratur hoc carmen καί κε τυχὼν ἐβλαψεν ἀμυκλαίων βασιλῆα.] Ergone Stephanus e Brodaeo hauſit, an uterque ab Aurato accepit?

123. ὑπεξανέδυκε κεφαλὴν. τιβαρῇ Ald. S. ὑπεξανέδυ κεφαλὴν. τιβαρᾷ Ald. E. et ſic quoque caeterae, niſi quod κεφαλῇ dant.

125. ἐκ δ' ἐχύθη Ald. S. ἐκ δὲ χύθη Ald. E. cum reliquis.

126. ἄλλο δὲ τόμα Ald. S. ἀλλ' ὄγε δὴ τόμα Ald. E. λαιῇ δὲ τόμα ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. Forte dedit poeta ἀλλ' ὅ γε δὴ 'ς [id eſt ἐς] τόμα δύψε. *alter autem*, Amycus puta, *concidebat in os*. vel eadem ſententia, ἀλλ' ὅγε δὴ 'ς τόμα τύψε. nam, ni fallit memoria, Homerus hac dictione uſus eſt. ἐς τόμα τύπτειν, *humum ore ferire*. κόψε dat Flor.

127. δαιεῖτο Ald. S. δαλεῖτο Ald. E. cum reliquis. Verbum δαίειν et δαιέειν vel δαιεῖν idem eſt atque δηΐν, *devaſtare, corrumpere*. Poterat quoque legi δαΐεν τὸ πρόσωπον. v. Heſych. v. Δαΐε. ἔσχισεν, ἔφλεγεν; ἤσχυνεν.

128. συν-

128. συνηλείησε Ald. S. Brubach. HSt. συνηλλοίησε Ald. E. ZC. Salam. Farr.

ibid. malim γαίᾳ vel γαίας. nisi malumus κεῖσθαι non pro *iacere*, sed pro *corruere* accipere. quod tamen alienum hoc loco puto. alia res est versu 203. ubi ἐπὶ χθόνα cohaeret cum νενευκώς. margo HSt. dat ἐπὶ γαίῃ. verumtamen consentiunt in γαῖαν libri mei omnes.

129. ἀνάσχεθε Aldina S. ἀνέσχεθε Ald. E. cum reliquis. Casaubonus νῖκος commendat. sed veteres ι et ει promiscue usurpabant in scribendo. Modo teneatur, νεῖκος hic non obtinere ordinariam significationem *contentionis*, *rixae*, *iurgii*, sed *victoriae*. quamquam nil causae video, cur illa ipsa prior significatio contentionis non etiam hic conveniat. *Desponderе certamen*, est, profiteri, se nolle amplius certamen, se nolle contentionem diutius protrahere, sed ei finem imponere.

131. κρατέοντα Ald. S. sed recte Ald. E. una cum reliquis κρατέων.

132. μέγα ὄρκον Aldina utraque. prave. caeterae μέγαν.

134. μήποτε ξείνοισιν Ald. S. μή ποτέ τοι ξείνοισιν Ald. E. ZC. Salam. Farr. Brubach. unde pari modo et iure poterat μήποτε τοῖς ξείνοισιν effici, quam μήποτ' ἔτι ξ. quod dedit HSt.

135. καὶ σὺ μὲν ὕμνησέ μοι ἄναξ Ald. S. καὶ σὲ μὲν ὕμνησ' [id est ὕμνησα] ὦ φίλ' ἄναξ Ald. E. utraque est bona lectio, ut nescias, utram praeferas. καὶ σὺ μὲν ὕμνησαί με ἄναξ ZC. Salam. Farr. Brubach. καὶ σὺ μὲν ὕμνησαί μοι ἄναξ HSt. Brodaeus.

136. vocabulum δορυσσόος ex hoc versu citat Eustathius ad Hom. Iliad. α. p. 62. in fine. Post hunc versum procedunt omnia una serie, fine ulla cessitatione, in Aldina utraque, et omnibus vetustis, ipsa adeo Henr. Stephani editione. Videtur tamen nihilominus aliquid desiderari. Vix enim credibile est, poetam fine ulla praefatione in mediam rei gestae enarrationem, illotis, quod aiunt, manibus irrumpere.

137. versum hunc citat Scholiastes Aristophanis ad Pluti vs. 210. ἀνερπάξαντε Ald. S. ἀναερπάξαντε Ald. E. cum reliquis.

138. Λευκίπποιο κόραις] Phoeben et Thelayram. Propert. l. 1. [2. 15.] *non sic Leucippis succendit Castora Phoebe, Pollu-*

Pollucem cultu non Thelayra [alii *Hilaira*] *furor.* Consule Fast. 5. Ovidium. BRODAEVS.

139. δίωκον Ald. S. ἐδίωκον Ald. E. cum reliquis.

140. Λυγκεύς τε καὶ ὁ κάρτερος Ald. S. unde poterat etiam effici Λυγκεύς τε χ' ὁ καρτ. sed Aldina E. cum reliquis dat Λυγκεὺς καὶ ὁ καρτ.

142. ἐκ δίφρων δ' ἄρα πάντες ἀπ' ἀλλήλοισιν Ald. S. ἐκ δίφρων ἄρα πάντες ἐπ' ἀλλήλοισιν Ald. E. cum reliquis. nisi quod HSt. pro ἄρα dat ἅμα.

143. βαρυνόμενοι Ald. S. cum reliquis. βαρυσκόμενοι Aldina E. Mirifica lectio, de qua dubito, quid pronunciem. Analogia quidem non repugnat; sed ab usu, quod meminerim, abhorret.

144. λυγκεὺς δ' αὖ Aldina utraque, ZC. Salamandr. Farr. HSt. Κάστωρ δ' αὖ Brubach. et margo HSt. v. ad vs. 173. et 175. ἐπὶ κόρυθος Ald. S. ὑπ' ἐκ κόρυθος Aldina E. cum reliquis.

146. χαλεποὶ] subaudi ἐτὲ. ut initio carminis vs. 14. πολὺς δ' ἐξ ὑρανῶ ὄμβρος. Suspicatus tamen aliquando sum, sublato signo interrogationis post ἡμείρετε versu 145. legendum esse τῶς δ', id est ὥτως, *sic, adeo.* Verum statim etiam recurrit ellipsis verbi εἰσὶν hoc ipso versu in illo γυμναὶ δ' ἐν χερσὶ μάχαιραι. quare maneto vulgata.

147. ἦ ἁμῖν τοι Ald. S. unde effeci ἦ ὑμῖν τοι, et signum interrogationis adscripsi. *vobisne Leucippus suas filias cum dote collocavit?* ἡμῖν τοι Aldina E. cum reliquis dat. Illud ἦ et ϑ in unam syllabam colliquescit. Possit quoque τοι omitti, quod supervacuum esse videtur.

148. ταῖςδε πολὺ πρωτέραις ἡμῶν γάμος Ald. S. quam lectionem revocavi. ταῖςδε πολὺ προτέροις ἡμῖν γάμος Ald. E. ταῖςδε πολὺ προτέροις ἁμῖν γάμος ZC. Salam. Farr. Brubach. Omisso autem puncto post ϑύγατρας in fine versus superioris, quod punctum etiam Ald. S. omittit, sed habet Aldina E. et ZC. locum sic constituit HSt. τάςδε πολὺ προτέροις. ἁμῖν γάμος — sed fine dubio sententia absoluta est in fine vs. 147. quod si lectio Aldinae E. et ZC. debeat admitti, ea sic sit reformanda: τῶν δὲ πολὺ προτέροις ἡμῖν γάμος ὥτος ἐν ὄρκῳ. *sed harum nuptiae dudum ante nobis desponsae sunt*, quam vos scil. eas raptum iretis.

149. ἐπ' ἀλλοτρίοις λεχέεσσι] quo potiremini mulieribus, in quas vobis ius nullum esset, sed quae in iure, et paene iam in potestate suorum sponsorum essent; quo pater earum

vobis

vobis filias suas condonaret, in quas omne suum ius iam exuisset, atque transtuliisset in sponsos earum.

150. iterat ἀλλοτρίοις invidiae faciendae ergo, et acerbitatis demonstrandae, quasi furtis et rapinis victitarent Dioscori, et quasi parum honestum parumque liberale sit, muneribus aliquem sibi devincire, non de suo peculio, sed ex alieno fundo depromtis, et vi armisque extortis.

151. Ἄνδρα] Leucippum, ut etiam Brodaeus observavit.

152. ὑμῖν Aldina utraque. ὔμμιν ZC. Salam. Farr. Brubach. ὔμμιν HSt.

153. τὰς Aldina utraque, quod recepi, metrum nil curans, sententia et linguae ratione id postulante. Commemorat etiam margo Henr. Stephani, qui τάδ' edidit, secutus ZC. Salam. Farr. Brubach. πολύθυμος Ald. S. sed recte πολύθυμος Ald. E. cum reliquis.

154. μασεύειν recepi ex Aldina utraque, unde repetiit margo HSt. caeterae μνησεύειν.

159. τοκέεσσι Ald. S. τοκεῦσιν Ald. E. ut caeterae.

160. loco hoc utitur Eustathius ad Hom. Iliad. α. 115. p. 61. Θεόκριτος δὲ παραξέσας τῷ ὑμηρικῷ τούτῳ ἔπος φησί πῶ τὸ ὅτε φυῆς ἐπιδευέες ἦτε νόοιο.

164. ἅμα Aldina utraque, ZC. Salam. Farr. Brubach. ἅπαν HSt. Pro πατρώϊον, quod est in omnibus meis libris, dat margo HSt. μητρώϊον e Florentina. Sed non contemnenda videtur lectio καὶ ἅμα μητρώϊον αἷμα, *unaque genus maternum.* nam de paterno modo commemoraverat.

166. σφῶϊ Ald. S. σφῷ Ald. E. ZC. Salamandr. Farr. Brubach. σφῶν HSt. Pro ἅπαντες commendat ἄνακτες Valkenaer Ep. ad M. R. p. XL. non audio. multo id est isto debilius, hoc quidem loco. *Nos omnes, quotquot nos sumus, et amici vestrarum partium, dabimus operam, ut nuptias vobis reperiamus vestra nobilitate atque virtute dignas.*

167. de ἴσκον v. Casaubonus ad h. l. ubi admonet, esse, non tertiam pluralem, sed primam singularem, et pendere ex ἐγὼ τὰς ἐναντίον ὑμῖν εἶπον πολλάκις vs. 152. 153. scil. Brodaeus pro tertia plurali acceperat.

168. ἔχεσ' Ald. S. Flor. ἔχοισ' Ald. E. cum reliquis.

170. ἐὼν Ald. S. ἐσθὸν Ald. E. cum reliquis. Rationem consanguinitatis ostendit Palmerius Exerc. p. 387.

172. ἔγχεα λῦσαι Aldina utraque, Flor. margo HSt. ἔγχεα λῦσαι ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. Convenit utraque lectio, ut optio sit difficilis. sed posteriorem tamen praefert Brodaeus.

173. ἐμὸς dant omnes libri. sed vitiose. et ex eo tantae sunt exortae tenebrae, ut Camerarius vs. 143. pro Λυγκεὺς reponeret κάσωρ, et ut Zach. Calliergus vs. 175. nobis versum septem pedum procuderet, quo tamen ipso sententia nil adiuvatur. Rescripsi ergo ὑμὸς, *vester*. id est, frater tuus, o Castor, et eorum, si qui alii tui sunt, sive fratres, sive sorores. Imo, etiamsi praeter par hoc fratrum, nulli alii fuissent iis neque fratres. neque sorores, recte tamen dictum esset ὑμὸς ἀδελφὸς, *vester frater*. nam saepe auctores Theocrito aequales ad unum ὑμέτερος et ὑμεῖς usurpant. Callimacho id crebrum est. v. H. in Delum vs. 204. et 227. item fragm. p. 443. ἦ ὑμέας, Πολύδευκες, ὑπέτρεσεν. et Ovid. Fast. 1, 285.

174. ἀπεχομένης Ald. S. ἀπεσχομένας Ald. E. ἀπεχθομένας ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. Ego, ab Aldina S. admonitus, qua via eundum esset, rescripsi ἀπεχθομένης, ut esse in Florentina postmodum reperi.

175. Aldina utraque versum hunc cum proximo commiscet, omissis intermediis, ad hunc modum: νῶϊ δ' ἐγὼ Λυγκεύς τε γονεῦσι δὲ μὴ πολὺ πένθος. Contrariam in partem peccavit ZC. qui versum septem pedum procudit: νῶϊ δ' ἐγὼ Λυγκεὺς κάσωρ τε διακρινώμεθ' ἄρηϊ ὁπλοτέρω γεγαῶτε. Eam lectionem inde repetierunt Salam. Farr. Brubach. sed recte HSt. omisit Λυγκεὺς, quod e scholio interlineari in textum irrepsit.

178. ἄλλοι Aldina utraque. quod revocavi. caeterae ὦ 'λλοι aut ὦ 'λλοι. πάντες Ald. S. πάντας Ald. E. cum reliquis. Opponuntur inter se εἷς ἐξ ἑνὸς οἴκου, et οἱ ἄλλοι πάντες. Brodaeus lectionem ἄταρ πολλοὶ affert et damnat, quam nullo in libro meo reperi.

179. ἀντὶ χρόνων Aldina utraque. mirifico errore, nisi quid abstrusius et exquisitius sub hac larva latet, quod nunc oculos nostros fallit νεκρῶν reliqui. Brodaeus exponit, *qui nunc pugnantes possent occumbere*. ὑμεναιώσασι (gemino σ) Ald. E. sola.

180. τάχ' ὀλίγῳ Aldina utraque. sed sic, ut in Ald. S. post κύρας nihil sit distinctionis, in Ald. E. autem sit punctum. caeterae sic exhibent exaratum et distinctum locum: κύρας τάχ',

τάςδ' ολίγῳ — Ego existimavi, cum fine versus 179. sententiam quoque perfectam et absolutam esse. ideoque punctum ibi posui, et pro τάςδ', ὀλίγῳ scripsi τώςδ' ὀλίγῳ, *sic, hac ratione* — τὼς et τώςδε est idem atque ὕτως, vel ὧδε. v. Idyll. 23, 26. et 24, 71. et Nicandr. *Theriac.* 240. ubi Scholiastes τὼς male accipit pro ὡς. Possit quoque vocabulum dividi in duo, τὼς δ', *sic autem.*

182. τὰ Ald. S. τοὶ Ald. E. cum reliquis. nil admodum refert. τὰ si optamus, redit ad τεύχεα.

184. πρώταν Ald. S. Flor. πράταν Aldina E. cum reliquis.

185. versum hunc, cum insequentis initio, sic exhibet margo HSt. ὡς δ' αὔτως ἄκρας ἐτινάξατο δύρατος ἀκμὰς Κάςωρ. quam lectionem in nullo meorum reperi. sed est in Florentina.

186. hic versus cum reliquis omnibus ad finem usque carminis deest Aldinae S. et eius loco perperam iterati sunt versus octo postremi Epithalamii Helenae. Sed secus est in Aldina E. quae locum hunc integrum exhibet. Quas itaque posthac lectiones ad hoc carmen ex Aldina proferemus, eae debentur Aldinae huic Ernestianae.

187. πρώτιςα Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. πράτιςα HSt. πόθον Ald. caeterae πόνον. habent tamen Salamandr. et Farrean. lectionem Aldinam in margine annotatam.

190. dedi ἐν ἰτείνοισι, quia epithetum hoc scutorum consuetum est. dant tamen omnes libri ἐνὶ δεινοῖσι.

191. κολεοῖο Ald. quod nescio cur sit spretum. κολεοῖοιν ZC. Salam. Farr. Brub. κολεοῖιν HSt. ἐρυσαμένω (simplici σ) Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. ἐρυσσαμένω HSt. idem αὖτις, sed veteres αὖθις.

192. ἀλλήλοισι Aldina, ZC. Salam. Farr. Brubach. ἀλλάλοισι HSt.

194. adscripserat annotator Vimar. [Pindarus de Lynceo Νεμ. ι. κείνῳ ἐπιχθονίων πάντων γένετ' ὀξύτατον ὄμμα.]

204. errore operarum ἄρα excidit. κὰδδ' ἄρα οἱ legendum.

206. margo HSt. dat λακόωσσα. Scholiastes Apollonii Rhodii 1, 152. λαοκόωσα.

212. οὐκ ἐν ἐλαφρῷ, quod margo HSt. dat, malit Valkenaer Ep. ad M. R. p. 40. et rursus ad Herodotum p. 275. Non improbarem, si libri addicerent. Et affirmat sane Bro-

 daeus,

daeus, veterem codicem ita exhibere, quem tamen certis notis insignire omisit. Sed hic nulla urget sat gravis causa, cur a librorum consensu discedatur. ὄκ ἐπ' ἐλαφρῷ est simile, non tamen plane idem, cum altero vulgatione quidem illo, ἐν ἐλαφρῷ. subauditur ἀγῶνι, vel κινδύνῳ, vel διαφόρῳ. ἐπὶ significat conditionem. Sententia itaque est: Contentio cum Tyndaridis versatur in conditione periculi non exigui, neque levis. Dicitur aliquid fieri ἐπὶ μεγάλῳ, μικρῷ, φαύλῳ, cum periculum, quod eius rei susceptione aditur, aut magnum aut parvum, ad quaestum commodumve, aut ad damnum est. ἐπὶ ἐλαφρῷ aut δυσχερεῖ, cum certamen adeundum aut leve aut grave est, et commoda damnave inde exsistentia magna aut contemnenda sunt.

213. αὐτοί τε κρατέοντες καὶ libri mei omnes, praeter HSt. qui αὐτοί τε κρατέοντε (detracto ς, in duali) dedit. et sic emendandum esse, Brodaeus quoque censet. unde effeci αὐτοί γ' ἐκράτεόν τε. *nam et ipsi praestabant aliis, et orti erant ex omnium praestantissimo.*

218. ὔμμιν Flor. item vs. *antepen.*

220. Eustathius ad Iliad. ζ. p. 621, 57. ὅθεν μεταλαβὼν ὁ Θεόκριτος φησι τὸν Ἀχιλλέα πύργον ἀὐτῆς, ἤγων τεῖχος πολέμω, παρασυλήσας ἐξ Ὁμήρου εἰπόντος ὡς μέγα πᾶσιν ἀχαιοῖσιν ἐστιν ἔρκος τῷ πολέμω.

penult. ὑπάρχει] de fundo suo praebet, domi nata, nullo adventitio subsidio. λιγέων Flor. quod Brodaeus praefert, nescio, qua de causa.

ult. passus h. l. est humani quid Palmerius Exerc. p. 813. quod ab aequo iudice et lectore oblivione atque silentio transmitti et sepeliri par est.

AD IDYLLIVM VIGESIMVM TERTIVM.

Aldina S. titulum hunc praefert: μισῶν φιλέοντα, e versu 3. Aldina E. hunc: Θεοκρίτου ἐρατὴς δωρίδι διηγήμαται. quod ortum ex ignoratione significationis, quae inest compendio, quod

quod in fine vocabulorum in κὸς exeuntium appingi solet; de quo memini Iac. Gronovium in praefatione ad Manethonem agere. Sed et ipsemet in Commentariis ad Constantini Ceremoniale multis exemplis demonstravi, quam multiplices mirificosque errores ignoratio huius figlae pepererit. Melius cepit ZC. qui, cum hunc titulum in editione sua redderet, exhibuit διηγηματικὸν. In Florentina est, teste Stephano, δόσεως.

1. ἀνήρ τις πολὺ φίλτερος codex Coislin. apud Montfauc. B. C. p. 518.

4. ἥδει Aldina utraque. ᾗδη ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. Ego Aldinam revocavi.

5. Henr. Stephanus testatur, eos sibi probari, qui pro ποτὶ παιδία legant ποτικάρδια. cum quibus non facio.

6. ἀτειρὴς Aldina utraque, HSt. ἀτηρὴς ZC. Salam. Farr. Brubach.

7. ᾗδὲ τῶν πυρσῶν Ald. S. ᾗδέ τι τῶν πυρσῶν. *ne segmenta quidem rutilae suae comae*, h. e. pubescentis, iuvenilis, flavae, formosae, *mittebat ad amatorem suum, in desiderii solatium*: v. ad Idyll. 11, 10.

9. κυφίζειν Aldina S. κυφίζον Ald. E. cum reliquis. Videtur in Aldinae S. lectione latere, aut τὸ κύφιζεν, *quod levasset*, aut ὐχὶ φιλήματ' ἐκύφιζεν τὸν ἔρωτα.

10. ϑηβυλέος Ald. S. ϑὴρ ὑλαῖος Ald E. cum reliquis. De v. ὑποπτεύησι v. Ernesti ad Callimach. p. 158. Ego puto, verbum bonum et idoneum esse.

11. ὅτως Ald. S. Flor. ὅτῳ Ald. E. cum reliquis. ἄρια Aldina utraque, ZC. Salamandr. Farr. ἄγρια Brubach. HSt. Est hoc profecto non convenientissimum labiis epithetum. sic tamen etiam Brodaeus corrigit. Voluitne Ald. εὐρέα dare?

12. εἶχεν ἀνάγχαν Ald. S. εἶχεν ἀνάγκαν Ald. E. cum reliquis. Constitui locum sic, ut ex εἶχεν efficerem ᾗ κεν, et ex ἀνάγκαν, ἀνάγκᾳ. ut haec sit sententia: ᾗ. (scil. ὁδῷ, vel τροπῇ, vel simile quid) qua ratione, κεν (id est ἂν) ἀνάγκᾳ, id est ὑπ' ἀνάγκης, τὸ πρόσωπον ἠμείβετο τὸ χρῶμα, facies, seu vultus, mutet colorem a reste, vel a suffocatione, vel ab illo collari, servorum supplicio, quod Ananca, vel Anancaeum appellatur, τᾷδε eadem ratione huic crudeli mutabatur vultus, vel mutabat colorem suum. vel livescebat, ab ira. Brodaeus locum hunc prodigiose interpretatur.

13. τῇδε Ald. S. Flor. τᾷδε Ald. E. cum reliquis.

14. Certarunt hoc de verſu inter ſe viri clariſſimi, Valkenaer et Dorville, quorum hic vulgatam tuetur, ad Charit. p. ille ſic ſuadet legi: ὑβρίκτᾳ ὀργὰν περιειμένῳ Mihi non vacat rationes virorum doctiſſimorum explicatas reddere. Ab ipſis eas repetat, qui volet; et eſt, ubi neutri aſſentiar. magis tamen in partes Dorvillii propendeo, qui nonnulla non aliena monuit. De toto loco mihi non liquet. quapropter intactum reliqui. Vniverſe ſuſpicor, verſum hic deeſſe. In libris diverſitatis nihil h. l. reperi.

15. 16. Ponam hic par hoc verſuum, ut in Aldina S. leguntur:

ἦ καλὸς δ' ἐξόρπασε'ἐθίζετο μᾶλλον δ' ἐρασὰς

λοίσθιον δ' ὦκ ἐνι καὶ τοσαμφαύτατος κυθερείας.

In Aldina E. ſic exhibentur:

ἦ καλὸς δ' ἐξόρπας ἐρεθίζετο μᾶλλον ἐρατὰς

λοίσθιον ὦκ ἐνι καὶ τὸ κυθερείας.

relicto vacuo ſpatio. ZC. et eum ſecutae, Salam. Farr. Brubach. ſic dederunt:

ἦ καλὸς ἐξόρπαξ ἐρεθίζετο μᾶλλον ἐρατὰς.

λοίσθιον ὦκ ἀνέηκε τὰ δάκρυα τᾶς κυθερείας.

Cum quibus HSt. in primo verſu conſentit, ſed in ſecundo multum ab iis diſcedit, ſic reddens:

λοίσθιον ὦκ ἤνεικε τὰ σύμφορα τᾶς κυθερείας.

quam lectionem reliqui, non quod tolerandam, nedum bonam cenſerem, ſed quod certior non eſſet ad manus, quae ſufficeretur ei, quae iam in libris iunioribus omnibus regnaret; tametſi haud diffiderem, aſſerri a me meliorem poſſe. Verum dubitabam, poſſemne illam omnibus approbare. Quare malum bene ſitum reliqui. Verſum primum Henricus in annotat. ſic emendat; ἦς καλὸς. ἐξ ὀργᾶς δ' ἐρεθίζετο μᾶλλον ἐρατὰς. Et coniecturam hanc amplexi quoque ſunt poſteriores editores. Et ego quoque in ea acquievi, quia vera et perſpicua videbatur. Conatus Scaligeri et Caſauboni ad h. l. vani ſunt, Brodaei item, qui ὡς ὄρπαξ vult. ſed in verſu ſecundo τὰ σύμφορα a vero aberrat, procul dubio. Palmerius Exercit. p. 813. vult τἀσύμφορα nihilo melius. Valkenaer p. 34. l. c. τὰ πυρφόρα, quod ipſum quoque alienum. Quantum e veſtigiis lectionis colligo, non dedit poeta, quisquis fuit, Theocritus, ſeu

ſeu alius, niſi τόσ' ἄμβροτα τᾶς κυθερείας. Graeci vulgares β ut φ pronunciant, et ρ ut λ. ſic ex ἄμβροτα natum ἄμφλοτα. Sunt autem ἄμβροτα τῆς κυθερείας adverſi caſus et irriti conatus in amando, quum quis invita et irata Venere amat, quo fit, ut quicquid agat et contendat, ſucceſſu tamen proſpero careat, et fructu deſiderii ſui nunquam potiatur. ἄμβροτα ſunt eadem, atque ἀμβροτήματα, hoc eſt, σφάλματα, πταίσματα, ἁμαρτήματα. Salam. et Farr. dant τὰ δάκρυα τᾶς Ἀφροδίτας. Quae Vimarienſis annotator adſcripſerat, ea tam erant intricata, ut nil poſſes expedire, et hilum ad veritatem lectionis eruendam non conducerent. Brodaeus quoque τὰ δάκρυα τῆς κυθερείας tuetur et interpretatur, *lacrymas Veneris*, quas repulſi amantes ſaepenumero effundunt. cui ſua relinquo. ſaepiſſime levis eſt et nugax.

18. καὶ κῦσαι τὰν φθιὰν ὅτω δ' ἀντέλοντο φωνὰν Ald. S. καὶ κύσε τὰν φλοιὰν ὅτω δ' ἀνενείκατο φωνὰν Ald. E. cum reliquis. niſi quod HSt. φλιὰν dedit.

22. κῶρε θέλω λύπης τοχολωμένος Ald. S. κῶρ' ἐθέλω λύπης κεχολωμένος Ald. E. et reliquae. In Florentina eſt, teſte Henrico Stephano, κῶρε θέλω λυπῆν κεχολωμένον. eamque lectionem editioni ſuae intulit Stephanus, unde in poſteriores propagata eſt. Ego ex ingenio ad ductum Aldinae S. dedi κῶρε θέῳ λύπῃς [id eſt λύπαις] τεθολωμένος. quanquam de poſtremo quidem vocabulo nolim contendere, ſi quis vetuſtum κεχολωμένος praeferat, modo non pro *irato*, ſed *exacerbato*, *exagitato*, et *velut felle ſuffuſo*, accipiat. Sententia eſt: Non iam in poſterum ad te curram animo curis conturbato et ſaucio. Paene me praeterierat, in Aldina utraque non γὰρ eſſe in fine verſus 21. quod ſolus HSt. dedit, ſed πὰρ. et ſic quoque eſt in ZC. Salam. Farr. Brubach. θέω eſt pro θεύσω, ut εἶμι pro ἐλεύσομαι, *ibo*, et alia talia innumera, quorum formae temporis praeſentis vi temporis futuri gaudent. Brodaeus vult λύπης κεχολωμένον, *te mihi iratum moleſtia afficere*. videtur ille λυπῆν exaraſſe. editio Gruterana perquam eſt mendoſa.

23. με Ald. S. μευ Ald. E. cum reliquis. utraque lectio probabilis eſt, modo teneatur, με non ad κατέκρινας referri, ſed ad βαδίζειν. In μευ κατέκρινας ſubauditur τὸ. *tu me condemnaſti, ad* τὸ βαδίζειν, *ad eundum illuc* — In fine verſus delevi comma, quod in Aldina utraque, ZC. Salamandr. Farr. Brubach. nullum eſt. primus HSt. id addidit. Sententia eſt: — illuc, quo iter omnibus amantibus commune eſſe

fama

fama fert. Contra posui comma post ἐρῶσι, et delevi rursus post v. φάρμακον, ut esset haec sententia: ubi oblivio rerum omnium esse dicitur medicina, aegris puta amantibus. Aldina S. versum hunc sic exhibet: ἔνθα τε τυ με κατέκρινας ὅπη λόγος ἦ μὲν ἀταρπῶν ξὺν τοῖς ἐρῶσι. τὸ φάρμακον ἔνθα τὸ λᾶθος. Admonet HSt. esse, qui λάθας legant. sed Ald. E. sic exhibet, ut a nobis editum est. Brodaeus quoque λᾶθος dat.

25. αὖ Ald. S. αὐτὸ Ald. E. una cum reliquis.

26. ὐδὲ τῶν σβέσω τὸν ἐμὸν χόλον Ald. S. ὐδέ κε τὼς σβέσσω τὸν ἐμὸν χόλον Ald. E. quae lectio si probatur, confirmat lectionem veterem κεχολωμένος versu 27. modo teneatur, h. l. non esse *iram*, sed animi quemcunque aestum et vehementem agitationem. ὐδέ κε τὼς σβέσσω τὸν ἐμὸν πόθον ZC. Salamandr. Farr. Brubach. HSt. Videtur πόθον ab ingenio Calliergi profectum esse, et poeta dedisse τὸν ἑὸν κότον, *tuam iram*. Sententia est: Etiamsi mortem obiero, eoque animo meo oblivionem induxero tui, h. e. amoris erga te mei, et tui erga me contemtus, tu tamen ne sic quidem mihi videris exstincturus esse tuum erga me saevum et implacabile odium.

27. ἐτιβάλλομαι Ald. S. ἐπιβάλλομαι Ald. E. cum reliquis. Forte leg. ἐπιτέλλομαι, *interim ultimum vale tuis foribus mando*, vel *denuncio*.

30. μαραίνεται δ' ἁνίκα πίπτει Ald. S. unde δ' adscivi. utinam etiam πίπτει adscivissem. μαραίνεται ἁνίκα πίπτει Ald. E. ZC. Salam. Farr. Brubach. μαραίνεται ἁνίκα πίπτῃ HSt. Si δ' omittitur, necesse est legi: λευκὸν τὸ κρίνον, (subaudi ἐςὶν) ἔςε μαραίνεται, ἁνίκα πίπτει, *candidum est lilium, donec marcescat, quod fit, cum cadit*. Videtur quidem melius convenire μελαίνεται, quia λευκόν ἐςι praecessit. verumtamen quia flores, cum marcescunt, tum nigrescunt iidem, ideo μαραίνεται servavi. Pari ratione candori nivis (in versu proximo) deliquium eius opponitur. Nam ut flores, cum marcescunt, sordidum colorem induunt, ita nix quoque liquescens canescit, h. e. colorem ferrugineum contrahit.

31. καὶ τάκεται δ' ἁνίκα παχθῇ Aldina S. sed Aldina E. rursus hic δ' omittit, una cum reliquis omnibus. Ego vero revocavi. nam αι anceps est, et ratio linguae graecae illud δ' ita flagitat, ut abesse nullo modo possit. Sed displicet παχθῇ. Liquescitne nix, cum induruerit? Videntur haec sibi repugnare. Suspicatus aliquando sum, poetam aut παλθῇ (a πάλλειν dedisse, *cum per manus iactetur*, velut pila, aut ταλφθῇ (a θάλ-

(ἁ θάλπειν) *cum a vernis Zephyris intepuerit.* Verſus hi mirifice venuſti et ſupra quam dici poteſt ſcite tornati ſunt. Brodaeus reddit, *congelata fuerit.* ſed ἄνικα aliud eſt, quam ἐπειδὴ, *poſteaquam.*

33. καὶ σὺ φιλάσῃς Aldina S. καὶ τὺ φιλάσεις Ald. E. una cum reliquis. Et idem diſcrimen eſt verſu proximo in κλαύσῃς, quod eſt in Ald. S. et κλαύσεις, quod in Ald. E. et reliquis.

34. καρδίαν Ald. S. κραδίαν Ald. E. et reliquae.

35. καὶ Ald. S. κᾆν Ald. E. et reliquae.

36. ἠρτυμένον Ald. S. ἠρτημένον Ald. E. cum reliquis, niſi quod Salam. et Farr. ambae perquam mendoſae dant ἠρτιμένον.

37. τοῖσι τεοῖς εἴδῃς Ald. S. τοῖσι τεοῖσιν ἴδῃς Aldina E. et reliquae. παρένθῃς Ald. S. et HSt. παρέλθῃς Ald. E. ZC. Salam. Farr. Brubach. Ex Dorvillio ad Chariton. p. 496. colligo, fuiſſe, qui verſu 36. pro ἐξενθῶν mallet ἐξ ᾄδῶν. non memini, quem deſignet. ſed merito repudiat illud commentum.

38. τᾶϑι Ald. S. ZC. et omnes reliquae. ſola Ald. E. mirifico errore βᾶϑι dedit. Dorville ad Charit. p. 146. teſtatur, codices quosdam dare ἐπισπείρας. quod in nullo meorum reperi.

39. τᾶς Ald. S. HSt. qui ex eo libro videtur arripuiſſe. Ego τῶ revocavi ex Aldina E. ZC. Salam. Farr.

40. σὰ deeſt Aldinae S. non item Ald. E. neque reliquis.

42. ᾧ δύναμαι εἴν σε διαλλάξειε μὲ φιλάσσας Aldina S. ᾧ δύναμαι εἴ σε διαλλάξας μὲ φιλάσας Aldina E. ᾧ δύναμαι ζᾶν, εἴ γε διαλλάξας μὲ φιλάσεις ZC. Salamandr. Farr. Brubach. HSt. διαλλάξεις μὲ φιλάσας margo HSt. e Florentina. E quibus omnibus inter ſe et cum ſententia loci collatis effeci hanc lectionem, in qua maxime exemplum Aldinae E. ſecutus ſum, εἴ, σε διαλλάξας, μ' ἐφίλασας. *ſi me oſculatus fis, mente tua erga me mutata.* Antequam exemplo illo Aldino potirer, conieceram, legendum eſſe ᾧ δύναμαι ζᾶν, *non poſſum reviviſcere,* ἀλλὰ διαλλάξῃ μὲ φιλάσας, *neque tu mecum in gratiam ideo ſtatim redibis, cum tu oſculum labiis meis fixeris.*

43. χῶμα δέ μευ κοῖλον τι τί μευ κρύψει τὸν ἔρωτα Aldina S. cum quo Aldina E. convenit, praeterquam quod pro vocabulis τι τί dat τόδε, et ſic quoque codex Fulvii Vrſini, unde,

mutata una literula ν in υ, effeci: χῶμα δέ μοι (quod nititur auctoritate ZC. et qui eum secuti sunt, Salam. Farr. Brubach. HSt.) κοίλᾳ (imperativus is est a verbo κοιλῶν) τὸ δ' ἐμεῦ (aut τὸ δέ μευ) κρύψει τὸν ἔρωτα. Possit quoque ex Ald. S. lectione effici χ. δ. μ. κοίλᾳ τι, τὸ (pro ὃ, *quod*) μευ κρύψει τ. ἔ. Zach. Calliergus cum sequacibus eius, quos modo nominavi, versum hunc sic exhibuerat, bene ille quidem ad sententiam, non autem ad praescriptum poetae: χῶμα δέ μοι κοίλανον, ὅ μεν κρύψει τὸν ἔρωτα.

44. κἢν ἀπίγς τόδε μοι τρὶς ὕπασον. Ald. S. κἢν ἀπίκῃ τόδε μοι τρὶς ἐπάϋσον. Aldina E. cum caeteris. ἀφικνεῖσθαι haud raro apud Herodotum occurrit in significatione τῦ ἀπιέναι. ut ἀπίγς videri possit alterius scholium esse. Est tamen ἀπίγς etiam in Flor. v. Brukhus. ad Propert. 1, 7, 24. Brodaeus ἀπίκῃ reddit, *si huc accesseris*.

45. γε deest Aldinae S.

46. τίσοις Ald. S. τό σοι Aldina E. cum reliquis. vid. Broekhus. ad Tibull. 3, 2, 27.

48. εἶχον Aldina S. εἶχεν Ald. E. et reliquae.

50. Post ὑδῶν videtur versus huius finis, et initium versus alterius deesse, ad hunc ferme modum:

Ἄχρι μέσων ὐδῶν μάλα μοχθήσας ἐκύλισσε.

vel εἰβαροῖς ἐπὶ ποσσὶ κύλινδε.

τήσας δ' ἀμβαίνει φοβερὸν λίθον, ἥπτε δ' ἀπ' αὐτῶν

τὰν λυγρὰν σχοινίδα.

nam λεπτὰν ad hanc rem nil facit. verumtamen poetae non semper sapientissima ratione in deligendis epithetis utuntur. Sed quicquid id est, sententia haec erit: Dorso in parietem innixo, pedibus provolvebat magno cum labore saxum, usque ad medium limen. ubi cum illud saxum constituisset, inscendit in illud horribile saxum, et ex ipsis illis postibus ostii suspendebat annexum restim lugubrem. Nunc videamus, quid variantis lectionis ad hunc versum in libris meis reperierim. In Aldina S. est ὁπότ' ἀπ' αὐτῶν. et sic quoque Ald. E. nisi quod π in ὁπότ' duplicat. In ZC. Salam. Farreana, Brubach. ἥπτετ' ἀὐτῶν. In HSt. ἧπτεν ἀπ' αὐτῶν. Videtur poeta non ἧπτέ τ', sed Dorice ἅπτέ τ' exaraffe. quod ad sententiam idem est. Permiscuit, ut in omnibus suis carminibus, ita in hoc quoque, Theocritus, si auctor est, dialectos Ionicam atque Doricam more poetarum omnium. Brodaeus ἥπτετ' ἀπ' αὐτῶν.

51. ἔβαλ-

51. ἐβαλλε Ald. S. ex more novae graecitatis, quibus βάλλειν ſimplex pro *induere* longe eſt frequentatiſſimum. quod ii norunt, qui ſcriptores hiſtoriae Byzantinae ſic dictos et eorum aequales modo attigerunt. Sed recte dat Ald. E. cum reliquis ἐνέβαλλε. ſolus Henr. Stephanus, neſcio cur, dedit ἐμβαλλε.

52. τὰν ἕδραν δ' ἐκολλησεν αἴτε ποδὸς Aldina utraque. in qua lectione manifeſta cerno veſtigia lectionis huius ἐκόλισεν ἀπαὶ ποδὸς. quae quo minus pro vera debeat haberi nil cauſae video. Vulgata eſt in ZC. Salamandr. Farr. Brubach. HSt.

54. lectionem ἐτυλίχθη, quae eſt in libris meis omnibus, tuetur et exponit Caſaubonus in Lect. Theocr. c. 20. ſed impugnat Valkenarius Ep. ad M. R. p. LXII. ſubſcribens ille magiſtro ſuo, Hemſterhuſio, viro ſummo, emendanti ἐλυγίχθη. mihi non liquet.

55. κλαῦσεν νέον Ald. S. κλαῦσενέον Ald. E. ut diſcerni nequeat, ſitne κλαῦσε νέον legendum, quomodo libri iuniores omnes dant, an κλαῦσεν ἑον (id eſt ἑὸν) legendum. mihi quidem diu fuit, quum non diſpliceret lectio haec: ὃ κλαῦσεν ἑὸν φόνον. *non deploravit necem a ſe peractam.* nam pertinacia ſua amatorem ad mortem voluntariam adegerat. Verumtamen maneto vulgaris lectio, per me licet, quae ſenſum praeſtat non malum. Recentem caedem non plorare, nefas eſt, et nota animi duri atque ferocis. nam facile ignoſcitur, ſi diuturnitas temporis luctum minuat, et funeris memoriam ex animo deleat. Notum eſt, quanta Aeſchines acerbitate Demoſtheni immanitatem exprobrarit, qui ſeptimo die a funere filiae candidatus in concionem proceſſerit, et ſacra diis fecerit. quod ſi menſe aut tribus menſibus poſt feciſſet idem, nullam ei erat invidiam commoturum.

56. εἵματα ἐφαβικὰ ſunt veſtes ſplendidae, floridae, pictae, molles, renui filo, in quibus ſeſe iactant iuvenes forma ſua et aetatis flore fidentes atque ſuperbientes. cuiusmodi pueros noſtrates *junge ſüſſe Herrgen*, *Stutzergen*, *Schmetterlinge*, appellitant. Polluit eiusmodi veſtes ille, qui eas tum geſtat, quum geſtare nefas eſt, et dedecori habetur, quum homo ſobrius et frugi ſuaeque memor erga defunctos amicos religionis haud ſuſtineat eas induere. βαῖνε δ' ἐς ἄθλα Aldina S. et Flor. unde effeci βαῖνε δ' ἐς ἄθλως, id eſt ἄθλως. *fre-*

quentavit gymnasia. βαῖνε δ' ἐς ἄθλον Ald. E. βαῖνε δ' ὑπ' ἄθλον ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt.

57. καὶ λεφίλων Ald. S. καὶ τῆλε φίλων Ald. E. cum reliquis.

59. ἵκατ' ἀπὸ κρηπῖδας ἐς ὕδάτωδ' ἐφύπερθεν Aldina utraque. nisi quod Aldina E. melius dat κρηπῖδος. unde refinxi εἵκατ' ἀπὸ κρηπῖδος ἐς ὕδατα. τῶ δ' ἐφύπερθεν. Indulsit iterum hoc loco Zach. Calliergus ingenio suo, sic edens: ἵκατ' ἀπὸ κρηπῖδος. ἔρως ὑδάτων ἐφύπερθεν, ἄλατο etc. quod reddiderunt Salamandr. Farr. Brubach. cum quibus etiam Henricus Stephanus, praeterquam in distinguendi ratione, consentit. E Florentina annotatum video: ὑδάτων. δ' ἐφύπερθεν. nihil ad ἔρως.

60. ἄλατο Aldina utraque et HSt. ἄλλατο ZC. Salam. Farr. Brubach.

61. Dudum ante, quam Aldinam oculis usurpassem, videram, pro αἷμα, quod in plerisque libris circumfertur, legendum esse νᾶμα. Stabilit hanc coniecturam Aldina S. quodammodo, quae ἄμα dat. facile ν potuit excidere, quum finem superioris versus clauderet. Ald. E. tamen, ut reliqui omnes libri, dat αἷμα. Sententia est: *unda cruentata irrubuit ult.* τέργετε δ' ὑμεῖς εὖητας Ald. S. unde refeci τέργετε δ' ὔμμες ἀῖτας. Doricum hoc est pro ἀίται. Saepissime ευ et α in codd. mstis permutantur, quod Dorville ad Chariton. demonstravit; item η et ι et de terminatione Dorica ἐς pro αι v. supra disputata ad Idyll. 16, 36. Sententia est: Vos, amati, contenti estote vestra sorte. amate illos amatores, quos fors vestra vobis obiicit, quicunque sunt, turpes, an pulchri, amabiles, an detestabiles, vetuli, an iuvenes, divites, an pauperes. Vidit etiam Casaubonus hanc huius loci sententiam, qui recte, ad sententiam quidem, ἀῖται emendavit, quod cum ἀῖτας plane idem est. Brodaeus etiam observavit, alios codices ἀίται dare. sed quae ad h. l. ipse affert de suo, ea, ut pleraque, levia et inepta sunt. Aldina E. sic dat: τέργετε δ' ὑμ [cum duobus parvis ε super μ et adhuc impositio culmini circumflexo; quod necesse fuit verbis demonstrare, cum figuram reddere operae nequirent, forulis ea forma carentibus] ἀίτας. id est ὑμεῖς. Caeterae dant τέργετε δ' ὔμμες ἀίτας, ex auctoritate ZC. δικάσειν Ald. S. δικάσσειν Aldina E. δικάζειν ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. δικάσσαι margo HSt. Hic subscriptum erat Aldinae E. non item alteri, τέλος. et tum sequebatur in Aldina S. in pagina aversa, ἦχημα μυσῶν ἡ θεοκρίτου σύριγξ. In Aldina E. autem eadem Syrinx fine illa

inscri-

inscriptione, et plane alia, mirabili quadam forma exhibebatur in pagina adversa. Postea sequebatur in utraque Aldina εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν. sed in S. quidem in pagina adversa, in E. autem in pagina averſa. et in eo carmine finit editio Aldina, nisi quod S. adhuc habet quaedam de genere Theocriti et de inventione carminis bucolici, quibus caret exemplum Erneſt. quæ ſchediaſmata habes in fronte ſecundi voluminis noſtrae editionis. Romana editio, a Z. Calliergo curata, retinuit eundem plane ordinem carminum, qui eſt in Aldina, ſed plura habet carmina, quam Aldina. Nam, ne hoc dicam, poſt leſſum in Adonin ſequi brevem unius paginae admonitionem περὶ τῶν κώλων τῆς σύριγγος, tum Syringem, in qua Aldina finit, ſequi, exëipit Syringem Heraclifcus, qui eſt in vulgaribus libris carmen 24. tum Hercules leonticida, tum Bacchae, tum colus, τὰ παιδικὰ, ὁ ἀερισὺς, et tandem Epigrammata. Inde illa ludicra, ſecuris, cum admonitione praemiſſa, ala, pariter cum praevia quadam doctrina, ara, ſed ſine inſcriptione; quam defuiſſe illi codici, unde Calliergus haec edebat, intelligitur etiam ex hac eius admonitione; in qua tota collectio definit: qua ex admonitione diſcimus etiam, unum modo codicem ad manus fuiſſe Calliergo, unde haec tria poſtrema carmina ederet, ut mirum nil ſit, ea caeteris inquinatiora prodiſſe. Habet autem illa, de qua loquor, admonitio ſic: τὸν Θεοκρίτου πέλεκυν, τὸ πτερύγιον, καὶ τὸ ἑξῆς τὸ ἄνευ ἐπιγραφῆς, μὴ ἐχόντες δεύτερον ἀντίγραφον, ἐκ ἠδυνήθημεν κάλλιον ἐπιδιορθῶσαι. διό μοι καὶ συγγνωστέον. ἓν γὰρ καὶ μόνον τῶν ἀντιγράφων ταῦτα εἶχεν. ἄτινα κάλλιον ἐνομίσαμεν τοῖα, οἷα ἦσαν, τυπῶσαι, ἢ ἐᾶσαι εἰς λήθην κατολισθεῖν. Viſum fuit, haec de ordine carminum Theocriteorum, aut eorum certe, qui in Theocriteis vulgantur, in vetuſtis libris obtinente praemittere, ne eſſent, qui mirarentur, nos iam nunc ex Aldina variantium lectionum nihil afferre. In his, quae nunc ſequuntur, carminibus, aliam nullam habemus auctoritatem lectionis, praeterquam Calliergi. Nam libri omnes noſtri, quibus adhuc uſi ſumus, ex illa Romana manarunt, ut non poſſint ullius ſuffragii vim habere, ſed habeant meram vim alicuius ἠχοῦς, reſonantiae vocularum a Romana prima editarum.

AD IDYLLIVM VIGESIMVM QVARTVM.

5. ἀπεσκόλευσε ZC. Salam. Farr. ἀπεσκύλευσε Brubach. HSt.

7. γλύκιτρον ZC. Salam. Farr. γλύκερον Brubach. γλυκερὸν HSt.

9. εὐνάξοισθε ZC. Salam. Farr. Brubach. quod revocavi. tamen praeſtabat εὐναξοῖσθε. Vid. hac de forma verborum Dorica Valkenar. Ep. ad M. R. p. LXI. εὐνάζοισθε HSt.

16. οἶκε ſuſpectum. Sententia poſtulat φρικτὸν, aut ὄλον, (h. e. ὀλοὸν) aut οἰκτρὸν, aut δεινὸν. *horrendum interminans, ni puellum Herculem devorarent.*

17. ἐξειλυσθέντε ZC. Salam. Farr. quod revocavi. ἐξειλυσθέντες HSt. Eiusdem margo dat ἐξεκύλισσον e Florentina. de cuius lectionis origine v. Erneſti ad Callimachi H. in Delum vſ. 33.

19. ἐρχομένοις bene habet. *inter eundum.* tametſi non infitiabor, ingenioſe a Pierſono Veroſimil. p. 49. excogitatum eſſe δερκομένοις.

23. ἄϋεν ZC. Flor. Salamandr. Farr. Brubach. ἄϋσεν HSt.

31. αἰεὶ ἄδακρυ ZC. ἀεὶ ἄδακρυ Salamandr. Farr. ἀεὶ ἄδακρυν Brubach. αἰὲν ἄδακρυν HSt.

32. Adſcripſerat annotator Vimarienſis haec: [ἄκανθα κυρίως ἡ σπεῖρα τῦ δράκοντος, Scholiaſtes Nicandri ad *Theriac.* Sic Scholiaſtes Apollon. ἄργον. δ. τὰ τῶν ὀφέων ὀστᾶ ἄκανθαι λέγεται. ad illa verba δολιχὴν ἀνελύετ' ἄκανθαν γηγενέος σπείρης.]

49. τιβαρὺς ZC. Salamandr. Farreana, Brubach. HSt. ut neſciam, unde illud τιβαρὼς venerit. Neceſſe eſt, ut editor Londinenſis id induxerit, et alias quoque uſus eſt ea licentia. Mihi folia a prelo madida luſtranti non fuit integrum, neque enim patiebantur operae typographicae, libellos meos inſpicere, ut intelligerem, quid eſſet in vetuſtis libris; ſed debui neceſſario fidei editoris Londinenſis acquieſcere, in eiusmodi quidem rebus levis momenti. Quo in genere ſi quid a me erratum eſt, eius rei peto veniam.

53. ἐπι-

53. ἀπιτύθιον ZC. Salam. Farrean. Brubach. ἀπιτίθιον HSt.

55. editioni ZC. et eius sequacibus comma deest post ἔχοντα pariter, atque post συμπλήγδην. Henricus Stephanus post hoc vocabulum posuit, Camerarius autem aut Xylander, quisquis denique auctor est Brubachianae, post ἔχοντα. quod idem feci. Nam συμπλήγδην, hoc est, μιᾷ πληγῇ, vel πληγαῖς εἰς ἓν ξυνιούσαις, refertur ad ἰάχησαν. constrepebant et vociferabantur omnes uno velut ictu manus, uno momento, quasi uno vocis conflictu, vociferationibus omnium eodem temporis momento prorumpentibus et inter se collisis.

60. δείης ZC. Salam. Farr. Brubach. δείυς HSt. qui tamen etiam alteram lectionem in margine annotavit. Videtur tamen aliud quid in illa vetusta lectione latitare, quam id, quod Stephanus ex ea effecit. Si poeta in superioribus affirmasset, Iphiclum a serpentibus morsum et sauciatum esse, suspicarer, poetam hic dedisse ὑπ' αἰκείης. aridum, h. e. exsanguem, emortuum prae atrocitate et foeditate vulnerum a dentibus anguium impressorum.

65. χρέως ZC. Salam. Farr. Brubach. χρέος HSt.

68. adscripserat annotator Vimarienſis: [Orpheus in Argonaut. ἀλλ' ἓκ ἐσθ' ὑπαλύξαι ἃ δὴ πεπρωμένα κεῖται.]

69. ἀνθρώπυς ZC. Salam. Farrean. Brubach. ἀνθρώποις HSt. utrumque recte dicitur. sed in eiusmodi re habenda est ratio consensus codicum.

70. εὐκρεῖδα ZC. Salam. Farr. Brubach. εὐηρεῖδα HSt. κ et η in libris vetustis sexcenties permutantur, ut iam supra admonui.

74. νεῖμα ZC. Salamandr. Farr. voluit νῆμα, quod est in Brubach. sed νᾶμα dedit HSt. haud scio, quam bene, cum voc. hoc plerumque pro *unda* accipi solet.

75. κατατρίψοντι ZC. et eaedem edd. quod revocavi. κατατρέψοντι HSt. qui tamen alteram quoque lectionem in margine annotavit, nec non κατατρέψοντι, quod est in Florentina.

80. οἰκεῖν ZC. Salamandr. Farr. Brubach. οἰκῆν HSt.

86. asteriscum huic versui praeposuit ZC. quod saepe fecit, sed in ea solummodo parte Theocriti, quam ipse primus edidit. Quod cur fecerit, mihi non constat, cum ipse rationem huius moris sui prodere nil curarit. Annotabo tamen locos huiusmodi, si forte fiat, ut alii in codices incidant,

e qui-

e quibus ratio huius facti diluceſcat. Retinent illos afteriſcos Salam. et Farr. εὔτυκτον ZC. Salamandr. Farr. Brubach. εὔτυκον HSt. altera lectione in marginem relecta.

91. συλλέξαισα ZC. Salamandr. Farr. συλλέξασα Brubach. HSt.

93. ὑπὲρ ὅριον cum ſpiritu aſpero ZC. Salamandr. Farr. ὑπὲρ ὅριον Brubach. HSt. cum ſpiritu leni. Ego vero in unum vocabulum contraxi. id eſt, ad vulgarem loquendi modum ὑπερόριον. κόνιν ἐίπτειν ὑπερόριον idem eſt, atque ἐίπτειν ὑπὲρ τὰς ὅρους, ultra terminos ditionis ſuae eiicere, ut mortuorum vel morti datorum facinoroſorum oſſa ultra limites agri patrii eiiciebantur, ne ſuperſtites aut ignominia ſua, aut reatu criminum ſuorum contaminarent, penes eos manentes.

99. φῇ ZC. Salamandr. Farr. Brub. HSt. φᾶ unde natum eſt?

101. ἀλωῇ ZC. Salam. Farr. Brubach. ἀλωᾷ HSt.

103. Ἕτερος (ſcil. Linus) παρὰ τοῦτόν ἐστιν, ὃ Θεόκριτος μέμνηται, ὃ καὶ ἱστορήσας, ὅτι τὸν Ἡρακλέα Λίνος ἐξεδίδαξεν, υἱὸς Ἀπόλλωνος. Euſtathius ad Iliad. σ. p. 1163. *penult.*

106. ἐκ πατέρος ZC. Salam. Farr. Brubach. quod revocavi. ἐκ πατέρων HSt., qui tamen alteram quoque lectionem in margine exhibet. Adſcripſerat annotator Vimarienſis: [Schol. in Idyll. 13. ἐχρῆτο δὲ ἡρακλῆς τοῖς σκυθικοῖς τόξοις διδαχθεὶς παρά τινος σκυθῶν ταυτάρυ, ὡς ἱστορεῖ ἡρόδοτος. v. et Lycophronis Alexandr.] v. Io. Hartungi dec. 1. loc. mem. c. 6. p. 647. T. II. Lampadis Gruter. et Euſtath. ad Iliad. β. p. 299. 13. cuius haec ſunt verba: ἀπὸ τῆ οἰχαλιέως εὐρύτα, ὃν διδάσκαλον τὰ τοξεύειν ἡρακλεῖ Θεόκριτος ἱστορεῖ.

107. ἔπλαξαι ZC. Salam. Farr. ſaepe enim, quod ſaepius iam itero, αι et ε in libris vetuſtis inter ſe permutantur. ἔπλαξε Brubach. HSt. id eſt Dorice idem atque vulgare ἔπλασε.

110. ἀλλήλως σφάλοντι (uno λ) ZC. Salam. Farrean. Brubach. et HSt. quoque, ſed hae duae σφάλλοντι (cum gemino) unde itaque ἀλλάλως?

114. ſolus margo HSt. dat φανοτῇ.

117. abeſt δ' a Florentina. Adſcripſerat annotator Vimar. [Apollodor. l. 2. ἐδιδάχθη μὲν ἡρακλῆς ἁρματηλατεῖν ὑπ' ἀμφιτρύωνος, παλαίειν δὲ ὑπὸ τῆ αὐτολύκυ, τοξεύειν δὲ ὑπὸ εὐρύτα etc. v. Lambinus ad Horat. Od. 1.]

118. τρε-

118. τροχῶ dant ZC. et Farr. sine iota subscripto. sed hoc debile est argumentum, ad evincendum, illas editiones genitivum Doricum hic dare voluisse. nam inconstantes illae sunt in reddendo illo iota. caeterae τροχῷ cum iota subscripto. Ego malim genitivum, seu singularem, seu pluralem τροχῶν. *modiolum rotae* (aut *rotarum*) *salvum conservare.*

122. διέλυσσαν ZC. Salamandr. Farr. Brubach. διέλυσαν HSt.

128. ὦ ποκα ZC. Salamandr. Farr. Brubach. quod possit defendi, ut ὦ sit aut genitivus doricus, pro οὗ, scil. χρόνυ, ἐφ' οὗ χρόνυ. *quo tempore.* aut dativus ᾧ, id est, ἐν ᾧ χρόνῳ, eadem sententia. ὀππόκα dedit HSt.

136. ad hunc versum intendit animum Scholiastes Apollonii Rhodii ad I, 1077. sic tradens: φησὶ δὲ τὰς ἀκαθάρτους καὶ εὐτελεῖς ἄρτυς, ἃς Θεόκριτος Δωρικὰς φησι. Locum hunc adscripserat etiam annotator Vimarienſis, item locum Platonis comici ex Athenaei p. 110.

137. Huic versui rursus adscripsit ZC. asteriscum.

ult. κνήμας dant omnes edd. unde ergo κνάμας? De vestitu ad genu desinente et medias suras haud attingente, gestamine hominum aut tenuiorum, aut parcae, siccae et austerae vitae deditorum, egit Casaubonus in Lection. Theophrasteis.

Huic versui adscripsit ZC. hanc admonitionem, etiam in Salam. Farrean. et Brubach. repetitam, λείπει τὸ τέλος τῆ παρόντος εἰδυλλίυ, καὶ ἡ ἀρχὴ τῆ ἑπομένυ. ὅπερ ἐξανύει ἐπιγράφεσθαι ἡρακλῆς λεοντοφόνος. dubium, scriptisne e libris, an e ZC. ingenio. ἐξανύει est latinum *expedit*, h. e. consultum habetur, iuvat. Tum vacuum relictum est in editione Romana reliquum illius paginae spatium, et tota adversa pagina, et tota item pagina insequens aversa, cuius in fronte magnis literis haec leguntur exarata: Ἡρακλῆς λεοντοφόνος Εἰδύλλιον λβ. Lacunam expletam dedit I. Iosephus Scaliger in Emendationibus Theocriteis, sed vere idem iudicans, ista, e futilibus libris a se prolata, importuni et absurdi ingenii commenta esse. Vtor editione Theocriti Commeliniana, cui adscripsit manus ignota hanc animadversionem, quam iuvat lectoribus impertire, eorumque iudicio permittere. Negat itaque, quisquis ille

ille fuit, huic Idyllio finem deesse; in quo ei assentior. Sed initium ait desiderari, in quo fuissent omnia enarrata, quae Hercules Tirynthe gessisset, antequam Amphitruo Thebas concederet. Herculem autem iamdum hoc tempore per anticipationem appellari, qui tum dictus fuisset Alcides, vel Alcaeus. Haec ille.

AD IDYLLIVM VIGESIMVM QVINTVM.

1. ἐπὶ βȣκόλος ZC. Salamandr. Farr. ἐπιβȣκόλος (uno vocabulo) Brubach. HSt.

4. ξεινὴν ZC. Salam. Farr. Brubach. δεινὴν HSt. Adscripserat annotator Vimariensis locum Diphili ex Athenaei l. 6. p. 238. ἀγνοεῖς ἐν ταῖς ἀραῖς ὅτι ἐςὶν εἴ τις μὴ φράσῃ ὀρθῶς ὁδὸν.

5. ἐπȣράνιον ZC. Salamandr. Farr. Brubach. ἐπȣρανίων HSt.

9. ἄλλαι ZC. Salam. Farr. Brubach. ἀλλ' αἱ HSt. ἐλινȣ̃ντος dat margo HSt. e Florentina. v. Hemsterhus. ad Aristophanis Plutum 182. Pro ῥα νάοντος malim ῥαγδῶντος, *acris, saevi.* ut verbum sit ῥαγδᾶν, significans ῥαγδαίως φέρεσθαι. *circa Elisuntem in ipsis ripis aestuantem.* unde constat, ingentem fluvium esse. nam alii rivi non aestuant, nisi medio in cubili, ubi vis et impetus est maximus. Vulgata paene ridiculam et absurdam subiicit notionem. Ecquis tandem non fluvius fluit? Estne, qui immotus stet? Verumtamen novi, poetica epitheta non nimis severa lege esse examinanda.

12. δὴ ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. δὲ Commelin. ἑκάςαις Flor.

14. ὧδε] *hic loci.* sed in distinctione ZC. significat, *sic*, vel *adeo*, *tam.* ille enim comma exhibet post νομοὶ. neque illa mala est distinguendi ratio; tametsi vulgatam ideo nolim damnare.

15. ἀμ-

15. ἀμμέγα ZC. quod recepi. ἂν μέγα Salam. Farr. Brubach. HSt. μελίη δὲ πείην ZC. Salam. Farrean. μελιηδέα πείην Brubach. HSt.

18. ἐπὶ δεξιὰ duobus vocabulis ZC. Salam. Farr. Brubach. ſed HSt. uno.

20. ἐποιεταναὶ ZC. Salamandr. Farr. ἐπηεταναὶ Brubach. HSt.

22. Henricus Stephanus in annotat. admonet, eſſe, qui pro ἄγνὸν legant ἄλσος.

23. ἀγϱιώταις ZC. Salam. Farrean. ἀγϱοιώταις Brubach. HSt.

24. ἐνδικέως ZC. Salamandr. Farr. Brubach. ἐνδυκέως HSt.

27. ἴσασιν ZC. Salamandr. Farr. ἴσασι Brubach. HSt.

29. τόδε εὔφϱονος ZC. Salam. Farr. Brubach. τόδ' εὐφϱονος HSt.

34. πὲϱ] malim γὲϱ.

37. δίζε' οἳ εἰσὶν ZC. Salam. Farr. Brubach. δίξεαι οἵ οἱ ἔασιν HSt.

41. ϑνητῇσιν e ZC. et inſecutis recepi. recentiores ϑνητοῖσι dant.

45. μένει ZC. Salam. Farr. Brubach. μένῃ HSt. forte ob ſequens κϱίνῃσι, quod Stephanus pro coniunctivo habuit. Verum aut nihil erat mutandum, nam poetae modos ſaepe promiſcue habent, aut μένει emendandum, nam κϱίνῃσι eſt indicativus a κϱίνημι.

48. [αἰσυμνήτης et αἰσυμνήτηϱ quid ſit, v. apud Euſtath. Iliad. ω.] annotator Vimar.

50. ἄλλον δ' ἄλλα ἔϑηκε ϑεὸς γ' ἐπιδευέα φωτῶν ZC. Salam. Farr. ἄλλων δ' ἄλλα ἔϑηκε ϑεὸς γ' ἐπιδευέα φωτῶν Brubach. ἄλλῳ δ' ἄλλον et ἐπιδευέα HSt. non improbabilis ſententia, et fortaſſe vera. Poteſt tamen et alia ineſſe ſententia, et poteſt lectio ZC. unica literula mutata, vera eſſe, ſi nempe δήνεα legatur pro δένεα. ἄλλον δ' ἄλλα ἔϑηκε ϑεὸς γ' ἐπὶ δήνεα φωτῶν. *alium hominem aliis artibus delegavit Deus.* ſeu, ſunt ſua cuique munera agenda a ſorte attributa, tractant fabrilia fabri. in quo quisque maxime elaborat, eius eum decet peritiſſimum eſſe, et aliis uſu praeſtare illarum rerum minus peritis. γ' deeſt Flor. neque hoc male.

69. ἀμφότερόν τ' ὀδμῇ ZC. Salam. Farrean. Brubach. sed HSt. illud τ' omisit, quod exemplum ego secutus expunxi, cum rursus, forte per Commelinianam, in recentes editiones irrepsisset.

72. κλάζοντες περίσσαινόν γ' ἑτέρωθεν ZC. Salam. Farr. κλάζοντε περίσσαινον γ' ἑτέρωθεν Brubach. HSt. Ego κλάζοντε in duo vocabula divisi, et pro δ' dedi θ', ut κλάζον sit pro ἔκλαζον. *una allatrabant, et abblandiebantur ex altera parte.* Latrabant enim ignotum sibi Herculem ex altera parte, ex altera vero adulabantur seni sibi noto.

73. Huic versui ZC. asteriscum praefixit. ὅγε redit ad senem Augiae servum. id quod ex αὐτῷ versu 77. colligitur. ὅσον est *solummodo, tantummodo. saxum tollebat humo solummodo* terroris ergo incutiendi, non autem vere coniiciebat.

75. adscripserat annotator Vimar. [v. Homer. Odyss. ξ. in princip.]

76. ἔρηντο ZC. Salamandr. Farr. ἔρυντο Brubach. HSt. quod est per syncopen pro ἐρύοντο, et hoc pro εἰρύοντο.

77. Dubium, ad utrum ὅγε redeat, ad Herculemne, an ad pastorem. Ego hunc malim.

82. f. οὐκ ἄν οἱ.

83. ἄῤῥηνες] parum aptum ovibus, ab ovium ingenio et moribus alienum.

84. De ἵζον non liquet, sitne probum et servandum, an mutandum. Si servari debet, haec est sententia: Considebant, ut venerant ad stabulum. Sed haec vis, *ut venerant*, non videtur in ἰόντες inesse. quare potius videtur legendum esse ἦξαν, ab ἄγω, aut ᾖξαν, ab ἀίσσω, aut ἵξαν, ab ἵκω. *pervenerant, via emetiunda, ad stabulum.*

Post hunc versum est in editione ZC. Salamandr. Farr. Brubach novus titulus hic: Ἐπιπώλησις, omissus in editione HSt. Debebat saltim in margine annotari. Agunt nempe insequentia de circuitione Augiae, comitante filio et Hercule, per stabula sua, inspiciendae rei familiaris ergo. vid. vs. 108. Eiusmodi tituli particularum singularium a maioribus operibus veluti separatarum probe teneri debent, quia grammatici poetas secundum eiusmodi particulas citare solent.

Quis

Quis neſcit, Homerum ita diſtributum eſſe, et ita citari ſolere, ἐν τῷ Καταλόγῳ, ἐν τῇ Νεκυίᾳ, ἐν ταῖς Λιταῖς, ἐν τῇ Ψυχοστασίᾳ, etc. v. quoque notata ad initium Idyll. 7. Ita quoque huius Idyllii pars prima Αὐγείᾳ κλῆρος citabatur, media ἡ ἐπιπώλησις, tertia denique ſeu poſtrema ἡρακλῆς λεοντοφόνος, et videtur tam hoc carmen, quam ſuperius, fragmentum operis magni eſſe, quod Piſander Camirenſis de rebus ab Hercule geſtis condidit.

86. δίελον ZC. Salam. Farr. Brub. δείελον HSt. ἦμαρ eſt tempus univerſum, ſive ſol nobis lucet, ſive occidit. eſt enim a verbo εἰμὶ, ἦμεν, *eſſe*, cum res quaepiam *eſt*. Ideo pro ratione diverſa durationis additur certior definitio temporis, ſitne matutinum, an veſpertinum, diurnum, an nocturnum.

87. αὔλια ſunt omnia, quae ſub dio ἐν τῷ ἄῳ ſunt. (inde αὔειν, ἀὼς, αὐγὴ et ſimilia.) σηκοὶ autem ſunt omnia tecta, adverſus imbres et ventos munita, σεσαγμένα, *Hoff und Ställe*.

90. Verſus hic aſteriſcum praefert in edit. ZC. Salam. Farrean. In fine eaedem dant πεποτέρωσσε (duplici σ.) ſed ſimplici Brubach. HSt.

92. forte γίνετ' ἰόντων, aut, quod ad ſententiam prorſus idem eſt, ἐόντων. nam ἔειν dicebant veteres, pro eo, quod poſteriores dicebant ἰέναι.

94. ἄλλας ZC. Salamandr. Farr. Brubach. ἄλλοις HSt. cuius margo etiam ἄλλα dat annotatum.

95. ἐπὶ βυκόλος ἵκει ZC. Salamandr. Farr. Brubach. ἐπὶ βυκόλοι ἧει HSt. Apparet, in libris geminam eſſe verſatam lectionem, alteram ἐπὶ βυκόλος ἧει, alteram ἐπὶ βυκόλοι ἧει. in utraque ἐπὶ cum ἧει eſt iungendum. Sententia utriusque lectionis eodem redit. niſi quod in lectione βυκόλος, vocabulum τόσσα adverbialiter accipiendum eſt pro τοσσάκις, *toties*. in altera autem idem vocabulum eſt adiectivum *tot*. *tot greges alii aliis ſuperveniebant*. aut, *toties bubulcus alius alium urgebat et excipiebat*. Poſſit quoque legi τόσσοι αὖ — βυκόλοι ἦκον. *tot bubulci — adventabant*.

100. ἔκηλος ἀφυσίπεζ ἐόντων ZC. cum aſteriſco verſui praefixo. et ſic quoque Salam. et Farrean. Apparet, Zachariam Calliergum huic loco aſteriſcum ideo praefixiſſe, quo admoneret lectores, eum corruptum eſſe. ἀνηρίθμων περ' ἐόντων Brubach.

bach. fine dubio e Camerarii emendatione. ἀπειρεσίων περ ἐόντων HSt. nescio, quo auctore, ipsone, an aliquo vetusto codice. Annotator Vimar. adscripserat: [ἀπειρεσίων περ exemplum Paris. et Flor. Vitus Winshemius ἀνηρίθμων περ.]

103. ἀράρησκε παριταδὸν ZC. Salam. Farrean. ἀράρησκε περιταδὸν Brubach. ἀράρισκε παραταδὸν HSt. Nescio, an etiam operae pretium sit admonere, in ZC. Salam. Farrean. esse ἀμφιπέδεσσιν uno vocabulo, in Brubach. et HSt. duobus divisis vocabulis. parum refert, utro modo utaris. ἀμφίποδες ἱμάντες erunt lora, quibus pedes undique implicari et adstringi possint. ἀμέλγων est in omnibus libris. Margo tamen HSt. dat ἀμέργων e Florentina. Vniverse totus hic versus mihi obscurus est. Hoc video, eum non id velle significare, vaccas mulgendas stipiti alicui alligatas esse, ut quietae adstarent. Nam id nimis molestum atque operosum fuisset in tanta vaccarum multitudine, fuisset item supervacaneum. vaccae item non aufugiunt, sed aequo animo, et libenter etiam, lac sibi patiuntur detrahi. Cur itaque alligarentur? Neque rursus hoc dicit, pastores sibi sculponeas adstrinxisse ad pedes. Cur enim id facerent?

106. πίονα γέρον ZC. Salamandr. Farr. πίονα γάῤῥον Brubach. ex emendatione Wilhelmi Xylandri, id quod ex eius annotatione apparet, quae haec est: πίονα γάῤῥον. ὕτως ἀναγινώσκειν δεῖ, ἵνα καὶ τὸ μέτρον σωθείη. ἐστὶ δὲ ἥδυσμα γάλακτος πηγνυμένου. quod neque intelligo, neque novi, unde depromtum sit. τυρὸν HSt. Mihi hic locus obscurus. Forte nihil mutandum est de vetusta lectione, praeter ε, ut sit γαῖρον, aut γέῤῥον. Forte γαῖρος aut γέῤῥος in dialecto nescio qua graeca *cremorem lactis* designavit. vid. Hesych. v. ῥαῦς. Cogitavi aliquando de γέῤῥοις, *cratibus vimineis*, et suspicabar, poetam dedisse ἄλλος τρέφε πίονα γέῤῥα, *alius invertebat pingues crates*, h. e. pinguedine lactis in caseum coagulati et in iis antea siccati, sordidatas. sed cui bono? ut in latere talium cratium mundo novi casei ad solem et auras exponerentur. aut crates eas vimineas, quibus boves incubarent, invertebat, partem immundam deorsum, partem mundiorem sursum. Verum tanti non est, ingenium in huius loci sensu aut vera scriptione rumpere.

113. καὶ

113. καὶ περαρηρότα ZC. Salam. Farr. καὶ ἀρηρότα Brubach. HSt. Illud περ vitiose e versu superiori erat iteratum.

114. margo HSt. dat θαυμάζεσκεν ὅμως τό γε μ. e Florentina.

115. μὲν ZC. Salam. Farr. Brubach. κεν HSt.

118. ἀέλιος δ' ἀῶ ZC. Salamandr. Farr. ἀέλιος δ' ᾧ Brubach. HSt. τό γ' ZC. Salamandr. Farrean. Brubach. τόδ' HSt.

122. οἵ τ' Flor. νομῆες ZC. Salamandr. Farrean. Brubach. Forte voluit νομῆος. vid. ad Idyllium 16, 72. νομήων HSt.

127. forte τε μέταλλοι. quod idem est atque μεταξὺ ἄλλοι.

133. ἔκπλαγον ZC. Salamandr. Farrean. ἔκπαγλον Brubach. HSt. forte vera est lectio Romanae ἔκπλαγον, pro ἐξέπληττον. *tantam iniiciebant animis spectantium admirationem sui.*

136. ὁρμὴν dant omnes libri. Sed ex ingenio rescripsi ὀδμὴν. (poteram quoque ὀσμὴν) *secundum cutis ibant odorem, sie giengen der Witterung nach.* h. e. ferebantur eam in partem, unde aura tetra et insolita atque infesta ad ipsorum nares afflabat, ex cute belluarum exhalans. vid. supra vs. 69. et nunc post dudum editum meum Theocritum reperio, in Flor. legi ὀσμὴν.

137. Perinde est, λεύσσοντε an λεύσσοντι legatur, quod aliquando mihi in mentem veniebat.

139. ὑπεροπλίης ZC. Salam. Farr. in quo ὑπεροπλίῃς dativum pluralem, pro ὑπεροπλίαις, agnosco, et sic quoque exaratum (scil. cum iota subscripto) invenio in Brubach. Henricus Stephanus autem dat ὑπεροπλίῃ in singulari.

140. ἔϋσκον ZC. Salamandr. Farrean. ἔϊσκον Brubach. HSt.

142. σκύλος Flor.

149. Videtur poeta significare voluisse, taurum, capite demisso, pedibus nixum anterioribus, calces posteriores versus coelum arrexisse.

153. κατὰ cum λιπόντε cohaeret.

155. adscripserat annotator Vimar. [Homer. Il. ο. λαοφόρον καθ' ὁδὸν.]

158. ἀρί-

158. ἀρίσημος ZC. Salamandr. Farr. Brubach. ἀρίσαμος HSt.

170. ἀτρεκῶς ZC. Salamandr. Farr. ἀτρεκέως Brubach. HSt.

171. αὐτόθεν] ſubaudi γεγονώς.

177. καλύπτει reſtitui e ZC. Salam. Farr. Brub. HSt. iuniores dabant καλύπτῃ.

179. ἥμμιν ZC. Salam. Farr. Brubach. ἄμμιν HSt.

183. ἀσπίδα ZC. Salamandr. ἀπίδα Farrean. Brubach. HSt.

185. Saepe reperiri ἔθνος de beſtiarum generibus, fatetur Dorville ad Chariton. p. 381. negat tamen ideo ſtatim ſe velle h. l. ἔθνος pro ἔρνος legi. unde colligo, aut ſic exaratum eum reperiſſe in libris quibusdam, aut noviſſe, qui ſic emendatum iret.

188. παρεῶσι ZC. Salam. Farr. παρεῦσι Brubach. HSt. Poteſt utraque lectio defendi, illa prior, ſi accipiatur pro προσιοῦσι. *accedentibus ad ſe, percunctandi ergo, cupiditate novarum auditionum.*

190. φυλεῦ ZC. Salamandr. Farrean. φυλεὺς Brubach. HSt.

199. τινα deeſt ZC. Salamandr. Farrean. prima habet Brubach. tum HSt. Hae omnes dant οἷον, cum ſpiritu aſpero, praeter ZC. et HSt. qui ſpiritum lenem exhibent, quem revocavi.

202. βεμβινιαῖος ZC. Salam. Farr. βεμβινιαίους Brubach. HSt. Forte legendum βεμβινιαῖοι, in nominativo plurali. ſaepe ς et ι in libris vetuſtis permutantur. Statim rationem huius ſuſpicionis dicam.

203. ἀγχίμοροι ZC. Salamandr. Brubach. ἀγχίμορῃ Farrean. quod eſt vitium typographicum. ἀγχίμολοι HSt. Revocavi veterem lectionem. qui habent μόραν, h. e. δῆμον, ſortem agri ſui, ſibi attributam; prope illos. παθόντες ἄτλητα ZC. Salamandr. Farr. Brubach. ἄτλητα παθόντες HSt. Videtur legendum eſſe πάθον (id eſt ἔπαθον) ἔργ' ἄτλητα. Maxime Bembiniaei tolerabant intolerabilia damna, quippe quorum ager proximus erat luſtro illius belluae.

205. Ge-

205. Gemina ineſt huic loco ſententia, altera, quam interpres ei tribuit, altera haec: *praecipiebat enim, ut ego ſaevam belluam occiderem.* vid. Epigr. 8, 1.

206. φαρέτρην ZC. Salam. Farr. Brubach. φαρέτραν HSt. qui tamen verſu 265. non mutavit.

208. adſcripſerat annotator Vimar. [καὶ κορύνας ἔξομεν. ἀγαθοὶ δὲ οἱ κότινοι παρ' ἡμῖν.]

212. ἐπέκελσα dat margo HSt. quod tamen in nullo meorum librorum reperi. Perinde eſt. κορώνη paxillus ille eſt ductilis, vel verſatilis, pone quem nervus arcus adductus et veluti ſuſpenſus retinetur; donec paxillus ille deorſum deductus, aut revolutus, copiam faciat nervo intento ſeſe in priſtinam laxitatem reſtituendi et ſagittam explodendi. Adſcripſerat annotator Vimar. [κορώνη τὸ ἄκρον τοῦ τόξου, ἐς ὃ ἡ νευρὰ δέδεται, καὶ ὁ κρίκος τῆς θύρας. Heſych. Homer. Odyſſ φ. αὐτῷ δ' ὠκὺ βέλος καλῇ προσέκλινε κορώνῃ, ubi Euſtathius ſcribit, quosdam τὸ τῆς θύρας ἐπίσπαστρον interpretari.]

215. κεῖνος revocavi ex ZC. Salam. Farrean. Brubach. et margine HSt. cuius textus dat κεῖνον. ſic ambiguitas ſermoni detrahitur. In ἰδέσθαι ſubauditur ἐδύνατο, vel ἔμελλεν.

222. μετ' αὐτίκα malim exarari, quia μετὰ non cum αὐτίκα, ſed cum πειρηθῆναι cohaeret.

226. γλώσσῃ ZC. ſine iota ſubſcripto. quo tamen ipſo nondum conſtat, eum voluiſſe nominativum dare. Sic quoque Salamandr. Farr. Brubach. ſed HSt. γλώσσῃ in dativo dedit.

231. ἔπεσε ZC. Salamandr. Farrean. ἔμπεσε Brubach. HSt.

236. ἐτώσια ZC. Salam. Farr. Brubach. ἐτώσιος HSt. utrumque bene. Poterat etiam ἐτωσία exarari. redit enim ad νευρὴ. *quod nervus* (cum ſagitta) *mihi irritus eſſet e manu elapſus.* ἐτώσια ſi ſervatur, eſt neutrum plurale, adverbialiter uſurpatum. nam paulo durius eſſet βέλη ſubaudire.

241. περ' ἰγνύῃσιν ZC. Salamandr. Farrean. margo HSt. παρ' ἰγνύῃσιν Brubach. HSt. Ego e lectione vetuſta περὶ ἰγνύῃσιν effeci. ἰγνυ poteſt pro duabus brevibus haberi, aut pro duabus longis, ut lubet. quod poſterius ſi quis amplectitur,

ille ι ex περὶ cum ι ex voc. ἰγνύῃσιν in unam ſyllabam longam contrahit.

246. εἰλυθέντος ZC. Salamandr. Farrean. Brubach. εἰλυσθέντος HSt. prius eſt uſitatius, neque metrum ei obſtat.

246. κάμπτησιν ſine iota ſubſcripto ZC. Sal. Farr. Brub. cum iota HSt. Poteſt prius probum eſſe, ut ſit indicativus a verbo κάμπτημι.

249. ἐπ' ἀξονίῳ κύκλε δίφρῳ ZC. ſine iota ſubſcripto. quod revocavi. eſt enim δίφρῳ genitivus doricus. ἐπ' ἀξονίῳ κύκλε δίφρῳ Salam. Brubach. ἀπ' ἀξονίῳ κύκλε δίφρῳ Farr. quae omnium, quotquot vidi, editionum Theocriti eſt vitioſiſſima. ἐπαξονίῳ κύκλα δίφρῳ HSt. ἀξόνιος δίφρος eſt currus, qui ſuper axi vectatur. nam ſunt alii quoque δίφροι immobiles, non currus iam, ſed ſellae ſtabiles. κύκλε eſt dualis, ut ὄσσε. *ad efficiendos duos orbes currus agitabilis.*

251. πήδησαν ὁρμᾷ ZC. Salam. Farrean. πήδησεν ἀφορμᾷ Brubach. quae eſt coniectura ſeu Camerarii, ſeu Xylandri. πήδησεν ὑφ' ὁρμᾷ HSt. Forte is quoque ſuo marte et arbitratu. Venit aliquando in mentem πήδησεν ἐρωᾷ, aut πηδήσατο ϱύμῃ. ſed certiora ſunt a melioribus codicibus exſpectanda. Annotator Vimarienſis πηδήσατο adſcripſerat, tacito auctore.

252. μαιμὼν χρωὸς ZC. Salam. Farr. Brubach. μαιμώων χρωὸς HSt.

263. νωσάμενος] v. Erneſti ad Callimachi fragmenta p. 553. cuius ex oratione dubito poſſitne colligi, fuiſſe Suidae aetate, qui hunc hymnum Callimacho tribuerent. Sed multi hymnos ſcripſerunt, et in his quoque Theocritus. Poetae vivendi tempore et ſorte aequales, ingenioque atque ſtudiis ſimiles, quid mirum, ſi idem argumentum ſtilo exercuerunt, eoque vocabulo, in argumenti paritate, uſi ſunt. Henricus Stephanus in annotat. ad verſum 271. citat ἀμπνυθῆναι.

264. ἰνίῳ ZC. Salamandr. Farrean. Brubach. ἰνίον HSt.

266. ἐρείσσας (gemino σ) ZC. Salam. Farr. Brubach. ἐρείσας HSt.

268. τε-

268. τερεὺς ZC. Salam. Farr. Brubach. margo HSt. τερεῦς HSt.

270. βραχίονα ZC. Salamandr. Farr. Brubach. βραχίονας HSt.

271. ἄμπνευσον ZC. Salam. Farr. Brubach. et Florentina, teſte Henr. Stephano, qui ἄπνευστον dedit, πελώριος margo HSt. e Florentina.

275. margo HSt. λίθοις. forte e Florentina. e qua λίθας adſcripſerat annotator Vimarienſis. Vocabulum ὕλᾳ ſuſpectum. quis enim tentet cultro ligneo pellem ſcindere, ferro et ſilici reſiſtentem? Cogitavi de ὑάλῳ, *vitro*. viderint alii.

278. Adſcripſerat annotator Vimar. locum [Pindari Iſthmion. σ. ὥσπερ τόδε δέρμα μὲ νῦν περιπλανᾶται θηρὸς, ὃν πάμπρωτον ἄθλων κτεῖνά ποτ' ἐν νεμέᾳ.]

279. ταμεήκρους ZC. Brubach. ταμεύκρους Salam. Farr. ταμεσίχρους HSt.

AD IDYLLIVM VIGESIMVM SEXTVM.

Fabulam hanc de Pentheo multis exſequitur Oppianus quarto Cynegeticorum, ſed de Agave, matre filium lacerante, quae feruntur, pro impiis commentis proſcribit verſu 315.

1. μαλοπάραυος ZC. Salamandr. Farr. Brubach. μαλοπάρηος HSt. cuius margo etiam illam lectionem commemorat, item hanc μαλλοπάρηος. Brodaeus μαλοπάρειος. Interpretatur hunc locum Euſtathius ad Iliad. η. p. 691. 52.

4. τὸν ὑπὲρ γᾶς] Eſt enim alter aſphodelus apud inferos, Homero teſte. BRODAEVS.

7. πεποναμένα] ſignificat ſimulacra deorum, Bacchi et Semeles, et quae alia numina honores ſibi proprios in illis

orgiis ferebant, magnifice comta et ornata, gemmis, auro, vestibus floridis et pretiosis, pigmentisque.

14. δρόωντι βέβηλοι ZC. Salamandr. Farrean. Brubach. δρόωντι βέβαλοι HSt. Admonet hic Henricus Stephanus, δ' post τὰ esse tollendum, et punctum commate mutandum. scilicet in vulgaribus editionibus sic distinguitur: ἐπιῦσα. τὰ δ' ὐχ δρόωντι βέβαλοι. Ego vero τὰ δ' in unum vocabulum exemplo Zach. Calliergi contraxi. Sententia haec est: Autonoa cum prima illarum mulierum Penthea conspicata esset diris oculis, exclamavit sic: O Pentheu, quae tu vides, ea fas non est, profanos videre. Potest quoque δεινὸν ad ἀνέκραγε referri. *dirum exclamavit.* caetera intermedia signis parentheseos compescui.

15. μαίνετο μέν θ' αὗτα ZC. Salam. Farr. μαίνετο μὲν δ' αὗτα Brubach. μαίνετο μέν τ' αὐτὰ HSt.

17. Forte πρὸς ἰγνύαν εἰρύσασαι. *stolas suas proxime super cingulo sursum attrahebat.* quo fiebat, ut, quae ante ad talos usque propendissent, eae nunc ad poplites usque sublatae essent, quo possent pede libero currere.

19. αὐτονόα τάδ' ἔειπε ZC. Salam. Farrean. Brubach. αὐτονόα τόδ' ἔειπε HSt. forte Αὐτονόα δὲ τάδ' εἶπε.

22. αὖτ' deest ZC. Salamandr. Farr. Brubach.

23. ῥυθμὸς] modus idem agendi, vel *tractio eadem.* h. e. modus idem trahendi et lacerandi. Ino scilicet dextrum humerum, Autonoa sinistrum trahebat. In Florentina est αὐτονόᾳ.

27. Potest ὐκ ἀλέγω servari, hac sententia: Nil ego offendor, si haec Dionysus patravit, aut etiam his immaniora. neque alii cuiquam auctor sim, ut ideo in Bacchum simultatem suscipiat. et sic fere Brodaeus quoque, qui sic reddidit: *si poenas luat Pentheus, non curo.* Verum tamen haud alienus sum a suspicione, legendum esse ὐκ ἂν ἐγὼ, scil. φροντίζοιμι, hoc est τολμῶμι, ἀπέχθεσθαι Διονύσῳ. *non ego patiar in mentem mihi venire, neque patiatur alius quisquam, velim, in mentem sibi venire, ut cum Dionyso simultates suscipiat, et certare audeat.*

29. Ver-

29. Verſum hunc et verſu 31. αἰετὸς non intelligo. Vultne hoc dicere, Bacchum, tam atrox facinus cum ederet, novennem, aut in primordiis anni decimi fuiſſe.

31. αἰετὸς ὕτως ZC. Salamandr. Farr. Brubach. αἰετὸς ὗτος HSt. Vocabulum αἰετὸς videtur h. l. ſignificare idem atque augurium, vel auſpicium, vel teſſera, (*das Signal*, *das Loſungswort*) ſymbolum aliquod, ſeu principium, praeceptum indubium, certum, ratum, irrefragabile, a quo latum unguem non ſit diſcedendum, quod firmiter amplectendum, et mordicus tenendum ſit, quamvis abſonum et repugnans etiam videri poſſit. Bonis et piis ſemper bene eſſe, impiis nunquam non male.

32. adſcripſerat annotator Vimarienſis: [Hunc verſum in Theocrito optimum eſſe, iudicavit Philippus Melanchthon.]

33. Palmerius Exercit. p. 813. latinam huius loci interpretationem corrigit, et de Dracano monte eiusque ſede quaerit.

AD IDYLLIVM VIGESIMVM SEPTIMVM.

Carmen hoc multi Theocrito, cui Zacharias Calliergus diſertis verbis tribuit, eripiunt, et Moſcho tribuunt. Quam litem, ecquis hodie eſt, qui diiudicet? Redit tamen eodem, ſi verum eſt, quod nonnulli perhibent, Theocrito cognomen Moſchi adhaeſiſſe. Sex primos verſus pro aſſutitiis habet Scaliger. forte quia non intelligebat. ego equidem cauſam idoneam nullam video. In inſcriptione pro κόρης dat Florentina νηίδος. Verſum primum pronunciat puella, aiens, ſe de bona fide ſui paſtoris dubitare, propterea quod paſtor ſit. multis enim documentis paſtores ſuam erga puellas perfidiam nobilitaſſe, quos inter primus facile ſit Paris.

Cui paſtor verſu ſecundo occurrit: μᾶλλον ἐμὴ δ' Ἑλένα (ſic enim ex ingenio reſcripſi) τὸν βωκόλον ἐσὶ φιλεῦσα. Noli, mea Helena, tam invidioſa oratione mihique ignominioſa uti. Iocaris enimvero, neque ſerio ſic loqueris. Imo vero toto pectore bonaque me fide amas, tametſi animum a me alienum ſimulas. Illud μᾶλλον ſignificat, *imo vero*, *alia omnia*. vid. vſ. 27. Itaque primo verſui perſonam puellae praeſcripſi, ſecundo Daphnidis, et pro eo, quod in omnibus libris eſt, μᾶλλον ἐμ' ἦδ' Ἑλένα, dedi ſic: μᾶλλον ἐμὴ δ' Ἑλένα. Aliter Scaliger. ego vero ei ſua relinquo, ut univerſe, quae ad Theocritum attulit, pleraque mihi haud arridenti. In Florentina praeſcriptum eſt, λείπει ἡ ἀρχή. ſed nil deeſt. ſed eadem recte primo verſui praeſcriptum habet N. h. e. νηὶς, et ſecundo Δ. hoc eſt Δάφνις. ut e libro Vimarienſi poſt editum Theocritum meum demum cognovi.

5. καὶ ἀποπλύνω margo HSt. e Florentina.

6. idem margo ὡς σε φιλάσω ex eadem.

8. Adſcripſerat annotator Vimarienſis: [ἴσως γάρ τε παρέρχεται.]

9. Ab hoc verſu et a decimo abeſt in editione Zachariae Calliergi perſona, et ſic tres verſus 8. 9. et 10. tribuuntur Daphnidi. Deeſt quoque ᾖ ante ῥόδον, quod ᾖ teſtatur Henricus Stephanus e Florentina ſe repetiiſſe. Ego vero cum ZC. hic loci facio, cum quo etiam Salamandr. Farrean. Brubach. faciunt. ſed ſic, ut ἔῃσι legam pro ἐσὶ. Fulvius Vrſinus etiam p. 19. Virgilii collati ἐσὶν καὶ ῥόδον exhibet, ſine ᾖ. quod Caſaubonus quoque probat in Lect. Theocr. c. 21. ταφυλὴ eſt uva recens, ταφὶς uva paſſa. Sententia eſt: Veniet tempus, cum hoc tuum os, quod nunc ſimile eſt uvae ſucco turgenti et nitenti, referet uvam paſſam, rugoſam, macilentam; et quo roſa haec nunc florens, marcida facta, abiicietur. Haberet altera ſententia nonnihil coloris, niſi conſtaret uſu rerum inter omnes, folia roſarum arida abiici. Poſſet profecto puellae haec tribui oratio, qua paſtori occurrat, eumque refutet: Tametſi vetula olim aliquando fiam, non tamen ideo nullius plane uſus ero. Nam et uva, cum paſſa facta eſt, tamen uſui eſt; et folia roſarum etiam arida non abiiciuntur. Sed claudicat. nam roſarum ſicca folia nulli plane rei inſerviunt. Itaque reformavi hunc locum ad vetuſtorum exemplorum veritatem. Olim in vulgaribus libris,

libris, ad exemplum Henrici Stephani curatis, versus nonus personam puellae praeferebat. sed eam delevi. Adscripserat annotator Vimar. [ἔσαι F. V. et alio loco. Sic totum carmen legitur in Florentina, et tribuitur Νηΐδι.] Illud *sic* refertur ad lectionem Commelinianam, quae haec est: ἃ ταφυλὶς ταφὶς ἐστὶ, καὶ ὃ ῥόδον αὖον ὀλεῖται.

13. ἀρέσκῃ ZC. Salamandr. Farreana, Brubach. HSt. quod recepi. ἀρέσκει unde est? Sententia est: Ne contingat unquam, ut improbum, miserum, flagitiosum, pestiferum aliquid mihi placeat. Adscripserat annotator Vimariensis ὀίζυρον, nescio, utrum ut lectionem variantem, an ut scholium.

14. ταφίης ZC. Salamandr. Farrean. Brubach. ταφίας HSt.

16. ἄκλιτον ZC. Salamandr. Farr. Brubach. quod bonum est. *rete inevitabile.* ὃ δυνάμενον ἐκκλίνεσθαι. Henr. Stephanus dedit ἄλλυτον e Florentina, ut ipse testatur. sed Brodaeus quoque servat ἄκλιτον, et recte interpretatur.

17. ἐθέλεις ZC. Salam. Farr. Brubach. quod revocavi. *coniiciat me in eiusmodi rete, quantumvis tu voles,* qui his me territas minis. ἐθέλοι dedit HSt.

18. Ante καὶ tacite repetendum est a communi μὴ. *manum mihi ne iniice, ne rursus tibi labrum fauciem.* quod poeta fingit iam ante factum, ut ex hoc loco colligitur. Ante hunc versum inserunt alium, quem in nullo meorum reperi, hunc nimirum: μὴ προβάλῃς τὴν χεῖρα, καὶ εἰσέτι χεῖλος ἀμέλξω, ex persona Daphnidis. Ne scilicet versus nullus esset in hoc carmine non ἀμοιβαῖος. Servent eum per me licet, quibus placebit. Mihi quidem haud multum placet. sed ecquis eius auctor est?

19. In Florentina est, teste Stephano, φευγεῖς. de quo disputat HSt. in annotationibus. unde constat, alios libros φεύγεις, alios φευγεῖς dedisse. Verum hoc quidem nihili est. Dores nunquam φευγεῖς in praesenti usurparunt, sed φευξεῖς in futuro solummodo. neque ἀειρεῖς, sed ἀερσεῖς. Bene itaque vulgata hoc loco habet, quae est in omnibus meis libis.

21. δώσῃ

21. δώσῃ dant omnes libri. Ego δώῃς reſcripſi.

27. Malim μᾶλλον ἀεὶ κρατέυσι, τοὶ δὲ τρομέυσι γυναῖκας. *Imo vero ſemper illae dominantur. hi vero* (mariti) *ſuas ſemper reverentur uxores, et in earum poteſtate ſunt.* τοὶ eſt anceps.

34. μὲν ZC. Salamandr. Farr. μὴ Brubach. HSt. quod probo, ſed hactenus, ut ἀπελθῆν (pro ἀπελθεῖν) legatur. aut alias, ἀπέλθῃς ſervato, legendum erit: ὄμνυ' ἐμ' εἰ μετὰ λ. λ. *iura, ſi poſt concubitum* — ſcil. tum te velle, ut Dirae te exagitent. et ſic reſcripſi.

36. Quid ſit θάλαμον τεύχειν, papilionem ſeu tentorium ſtruere uxori recens nuptae, norunt, qui Arabum بنى عليها tenent, *aedificavit ſuper ea*, ubi ſubauditur بيتا *tentorium*. Dictio illa ſignificat uxorem ſuam domum duxit, et matrimonio ſibi copulavit. Diſtat huic δῶμα τεύχειν. Nam ex illo tabernaculo, in quod nuptae a marito deducebantur, et in quo primus congreſſus maritalis fiebat, deducebantur poſtmodum in τὸ δῶμα, quae erat habitatio ordinaria, aedes habitationi quotidianae conſecratae, quarum pars dimidia ſecreta erat uxori cum ancillabus, altera exterior marito cum ſervis erat propria. Si quis itaque ſtatim a nuptiis uxorem relinqueret, ut qui peregre proficiſceretur, in bellum, eoque in itinere mortem obiret, ille dicebatur δόμον ἡμιτέλεστον καταλιπεῖν. Ad noſtrum loquendi morem haec eſſet ſententia: *Räumeſt du mir auch ein eignes Zimmer, ein Putzzimmer, ein? Verſchreibeſt du mir auch einen Antheil an deinem Hauſe? Setzeſt du mir auch einen gemäſſen Theil deiner Heerden, deines Vermögens aus? Macheſt du mir auch ein Leibgedinge gewiſs, davon ich nach deinem Tode leben kann?* Apollonius Rhodius 3, 36. ἐπὶ μέγα δῶμα γέηυτο Κύπριδος, ὅ ῥα οἱ δεῖμεν πόσις ἀμφιγυήεις, ὅππότε μιν τὰ πρῶτα παρὰ Διὸς ἦγεν ἄκοιτιν. Adſcripſerat annotator Vimar. [ὑπὸ γὰρ τὰς γάμους αὐτὰς τῶν ἡμερῶν θαλάμους ἐπήγνυον, ὡς ἂν ἐκπάλαι αὐτῇ γεγαμηκότος. Heſych. in θαλάμοις νέοις.]

38. μὲν ZC. Salamandr. Farr. Brubach. unde effeci μεν. ſed HSt. dedit κεν.

40. Adſcripſerat annotator Vimarienſis: [Aelianus in epiſtola, cuius initium ἐχ ὅτι καλὴ λέγεις εἶναι — ἐπεί τοι γε καὶ ἔφελκον εἰς ἔρωτα τὸ ὄνομα.]

42. et

42. et 43. carent persona in editionibus ZC. Salamandr. Farr. Brubach. et praeterea versus 43. est asterisco insignitus. Videtur, una litera sublata, sic esse legendum: *δὸ ἄρ' ἀτιμήεσσα. neque nullo penes me in honore. pater enim tibi Menalcas est.* δὲ hic loci idem est atque γὰρ, ut saepe locorum est. et sic rescripsi.

44. Pro primo σέθεν est in ZC. Salamandr. Farr. ἔθεν. et teste Casaubono etiam in Florentina. qui Casaubonus aegre fert, id sine librorum auctoritate in σέθεν mutatum esse, quod primum in Brubachiana reperio. unde colligo, aut a Camerario, aut a Xylandro profectum esse. Revocavi quidem vetustam lectionem, miror tamen, cur poeta eodem in versu eadem sententia modo ἔθεν, modo σέθεν usurparit. decebat utique constantia uti. nisi forte ἔθεν hoc loco significat αὐτόθεν, *hinc*, ex hoc loco, vel ab hoc statim momento, in continenti.

46. 47. Rursus carent personis in editionibus ZC. Salam. Farr. Brubach. quae etiam βυκόλα dant. HSt. βυκόλω, et personas praescripsit, utrumque recte. Eius margo βόσκοισθε et νέμοισθε dat, quod in nullo meorum reperi.

47. νέμεσθε ἴν' ἄλσεα παρθένι δείξω ZC. Salamandr. Farr. Brubach. νέμεσθ' ἵνα παρθένῳ ἄλσεα δείξω HSt. Revocavi formam Doricam παρθένι, quasi a nominativo παρθήν, et sic rescripsi: νέμεσθ', ἵνα τἄλσεα παρθένι δείξω. Alexander Scottus in Grammatica graeca universa παρθένι in dativo pro Dorico ponit. forsitan ex hoc ipso loco. Adscripserat annotator Vimar. [Sic Auratus (scil. παρθένῳ ἄλσεα) In Venet. ἴν' ἄλσεα παρθένι δείξω. ut hic est παρθένι, sic libr. 1. Epigrammatum εἰς φιλαργύρους reperitur, δάκτυλι, ἀντὶ τῦ δακτύλῳ. ἄδηλον. τέρπε.] Brodaeus quoque παρθένι dat.

49. διδάξω est in meis libris omnibus. pro quo διδρᾶξω reposui, sententia id flagitante. Tuetur tamen vulgatam Casaubonus, sed parum firmo, quantum video, praesidio. Ex cuius oratione colligitur, fuisse iam dudum, qui ductus ab ipsa rei natura incideret in verbum δράττεσθαι. a quo simplici formatur reduplicatum διδράττειν. Io. Heskinus etiam, qui carmen hoc inter carmina Moschi edidit Oxonii 1748. χνοάοντ' ἀποδρᾶξω coniecit. Sed primum non video, quid illud ἀπὸ in hac compositione sibi velit. deinde δράττω simplex in activo non usurpatur, sed tantum in medio. Alia res est in verbo reduplicato διδράττω.

52. εἰ ZC. Salam. Farr. vitiose. εἰς Brubach. HSt.

54. μικρὰν ZC. Salam. Farr. Brubach. μίτραν HSt. ἀπέστιχες iidem dant libri omnes, quod revocavi. nam iuniores dabant ἀπέσχισες vitiose, ex auctoritate Iosephi Scaligeri, qui non cogitarat, aut ἀπέσχιζες fuisse exarandum, quod metro repugnat, aut ἀπέσχισας. nam ἀπέσχισες ne graecum quidem est. quod Isaacus Vossius dudum ad Catullum p. 7. observavit. Cautior Henricus Stephanus ἀπέσχισας dedit, qui etiam hanc emendationem sibi vindicat. Forte ἀπέσχισες a Brodaeo profectum est, qui aut sic, aut ἀπέτρισες legendum censet. utrumque male. A verbo στάω fit στήκω et στίχω. inde ἀποστίχειν, *separare, removere, divellere, distrahere.* Isaac. Vossius vult ἀπέστικες ab ἀποστίζειν. sed vel sic ἀπέστιχες deberet formari, aut ἀπέστιζες. sed hoc metro repugnaret, et verbum tale, ἀποστίζειν, quod *dissolvere, dissuere*, significasset, nullum unquam fuit. Vid. quae ad Herodoti 4, 3. (p. 281. 29. novae editionis) annotavi, ubi verbum περιστίχειν in notione *collocandi circumcirca in orbem*, occurrit. περιστίξαντες περὶ τὰ ἀγγήϊα τοὺς δούλους. Casaubonus a se inventam testatur lectionem, καὶ τὰν μίτραν; ἀπόστιχε. ἐς — sed non dicit ubi. probat tamen. Ego vero a vetusta proba, quam revocavi, haud discedam.

57. λαλέουσι ZC. Salam. Farr. Brubach. λαλέοντι HSt.

58. τἀμπέχονον Flor. ῥάγος ZC. Salam. Farr. Brubach. Brodaeus. quod revocavi. ῥάκος HSt. Hesychius habet βράκος, quod ἕλος exponit. Si terra paludibus interrupta potuit ῥάγος, et cum digammate Aeolico βράγος appellari, multo magis vestis ῥαγεῖσα, lacerata, potuit ῥάγος dici.

60. οὐδ' ἅλα] vid. Casaubon. ad h. l. et a nobis supra ad Idyll. 15, 17. dicta. Callimachus Epigr. 51. ἐφ' ἧς ἅλα λιτὸν ἐπέσθων. quod epigramma Ernestius bene exposuit. Sententia illius haec est: Navicularius aliquis cum mercaturam nauticam exercere inciperet, pecunias foenebres sumserat mutuo. quas cum tempore post parsimonia et diligentia usus reddidisset, compendio ex mercatura facto, dives denique redditus, discessit a negotiatione, et e mari excessit, tranquillamque ruri vitam amplexus navim diis consecravit. Adscripserat annotator Vimariensis: [Odyss. ρ. οὐ σύ γ' ἂν ἐξ οἴκου σῷ ἐπιτάτῃ οὐδ' ἅλα δοίης ubi Callistratus teste Eustathio legebat οὔδαλα ἀντὶ τοῦ κόπρια ἢ ἄλλως λύματα παρὰ τὸν οὐδόν.]

62. ZC. Salam. Farr. Brubach. sic dant: κ. (haec est κόρα, puella) Ἄρτεμι μὴ νεμέσα. Δ. (hic est Daphnis) σὺ δ' ἔγημας.

γημας. κὐκέτι πιστὴ. κ. (puella) ξέξω πόρτιν ἔρωτι. et tum versus 64. persona caret. Rectius quidem Henricus Stephanus personas distinxit, sed de σὺ ἐρημιὰς ὐκέτι πιστὴ adhuc dubito, quid statuendum sit. Ego equidem suspicor, ab ipso Henrico subiectum esse, qui in more habuit, ut multis exemplis comperi, coniecturas suas auctoribus vetustis obtrudere, lectoribus non monitis. Interim, quod ea lectio iam a duobus paene saeculis in libris regnaret, et pariter vitiosa esset vetustior lectio, neque melior succurreret, Stephanianam suo loco reliqui; sed rogatos velim admonitosque lectores Theocriti, ut hoc de loco rite constituendo cogitent. Mihi venit aliquando in mentem σὺ δὲ τιμᾷς κὐκέτι πιστὴν. sed bono animo sum. *habes enim in honore atque tueris et amas vel infidam quoque*, quae in fide semper non mansit, neque iam amplius in potestate atque fide tua est. Post haec scripta comperi, lectionem Stephani exstare iam in Florentina.

63. βῶν] *vaccam.* Veneri enim vacca, non tauro, fiebat. Vt vitulus Cupidini promittitur, ita par erat, matri Cupidinis matrem vituli promitti. et βᾶς semper apud Theocritum est vacca, nunquam taurus. βᾶν est in Florentina.

68. Facile ego equidem διέτριχε feram, quod est in libris meis omnibus. Poetae tyrannidem in metrum exercebant, neque metrum admodum callebant, neque magnopere curabant, aut ulla eius religione tenebantur. Quod si tamen necesse est, ut labans syllaba fulciatur, neque sine causa de metro sollicitus fuit Scaliger, facile sit, διανέτριχε sufficere. μᾶλα nomen est commune generi ovillo atque caprillo. sed haec puella versu 46. capellas fingitur pascere. Flor. dat διεγρομένη γε διέτριχε.

Versui ultimo, extrema in pagina ZC. tanquam singularis versus, subscriptum est voc. ἥδε, e scholio, quod subscriptum fuit voc. ἀγέλας, quasi subaudiendum esset. Sed aptum est ὄχθε a διέτριχε superiori. nisi ἥδε illius scholium est. κεχαρισμένος Flor.

AD IDYLLIVM VIGESIMVM OCTAVVM.

Ad argumentum adscripserat annotator Vimarienſis: [γέγραπται δὲ αἰολίδι διαλέκτῳ παρὰ τὸ σαπφικὸν ἑνκαιδεκασύλλαβον τὸ ἐποδοπήχεος ἄγναι χάριτες δεῦτε διὸς κόραι.]

2. Pro νέος affert Schottus Obſerv. p. 98. πόνος, incertum, utrum e codice Toletano, an aliunde. Poteſt utraque lectio admitti. *magnum adiumentum matribusfamilias parcis ſedulis et frugi eſt* ὃ αὐτῶν νῆς (ſeu πόνος) περί σε γιγνόμενος, *cogitatio mentis earum in te defixa*, aut *opera manuum tibi navata*. Brodaeus vertit [*te ducere ſolet*. mulieres rem familiarem bene curantes nunquam colo carent.]

3. ὑμάρτει, quod Brodaeus affert, pro eo δμάρτει corrigens, in nullo meorum reperi. ὑμάρτει eſt in ſola Commeliniana.

8. πολυμόχθε ZC. Salamandr. Farrean. Brubach. πολυμόχθω HSt.

10. ἀνδρείοις ZC. Salam. Farr. Brubach. ἀνδρείοις HSt. ἀνδρείνοις margo HSt. e Florentina.

13. ἕνεκ' ZC. Salamandr. Farr. Brubach. HSt. unde igitur εἵνεκ'?

15. ἀκιρας ZC. Salamandr. Farr. Brubach. ἀκιρὰς HSt. ἐβολλάμαν ZC. Flor. Salamandr. Farrean. ἐβαλλόμαν Brubach. HSt. Forte legendum ἄχιρας vel ἄχερας pro ἄχειρας. neque in aedes manibus operariis carentes, a familia lanificio dedita deſertas; neque in aedes ſegnes, quibus familia quidem non deſit numeroſa, verumtamen ea familia pigririae ſtudeat atque deſidiae ſe tradat. Malim quoque κεν ἐβυλόμαν, (pro ἂν ἐβυλόμην) aut potius παρεβαλλόμαν, *temerarium cepi conſilium*. Brodaeus ὑπερβαλλόμαν, *in animum inducere potui*.

16. δόμυς ZC. Salam. Farr. Brubach. δόμως HSt.

18. μυελὸν] Siciliae partem fertiliſſimam. Plinius *ſumen* appellat. *Campi Roſciae Italiae ſumen*. BRODAEVS.

21. Toletanus codex, ni fallor, dat apud Schottum l. c. ἐρατὴν pro ἐρατεινὴν. e ſcholio ſcilicet. Ego verſus cauſa dedi ἐραννὰν, et ſic reperio exſtare in Florentina.

22. δαμότεσίν ZC. Salam. Farrean. δαμότισιν Brubach. HSt. πέλον omnes, praeter HSt. qui πέλῃ dedit.

23. παρέχη σε ξένῳ ZC. Salamandr. Farr. παρέχης ξένῳ Brubach. HSt. παρέχης γε ξένῳ Flor. Adſcripſerat annotator Vimarienſis: [τιμῶντα ἀντὶ τοῦ τιμήεντα. Sic Pindarus dicit αἰγλᾶντα κόσμον ἀντὶ τοῦ αἰγλήεντα, Pyth. β. in princip. et Pyth. ε. ἀλκᾶντας ἐκγόνους ἀντὶ τοῦ ἀλκήεντας.]

AD

AD IDYLLIVM VIGESIMVM NONVM.

1. Sententia est: *ubi vinum, ibi veritas.* subauditur ὁμῶ εἰσὶν, *pari passu ambulant.* Annotator Vimar. adscripserat: [Alcaeus οἶνος ἀνθρώποις δίοπτρα.]

5. ζοίας ZC. Flor. caeterae omnes ζωίας.

6. ἰδέαν omnes mei. recentiores ἰδίαν.

8. ὄνα ZC. Salamandr. Farr. Brubach. ὄγκα HSt.

9. διδῶ ZC. Salam. Farr. Brubach. διδῶν HSt.

11. pro καὶ dat Flor. κεν.

16. Vulgo est in libris καὶ μὴν. pro quo dedi κ' αἰ μὲν ex ingenio· κεν dat margo HSt. pro μὴν e Florentina. Non intelligo, quae ille ad h. l. disputat.

18. ἐθήκας. γρ. ἐλειπες ZC. quo significatur, alios codices pro ἐθήκας exhibere ἐλειπες. Peius adhuc Salamandr. et Farr. ἐθήκας ἐλειπες, sine ulla distinctione notave variantis lectionis. ἐθήκαο Brubach. HSt.

19. Valkenaer ad Euripidis Phoenissas p. 62. reprehendit latinam interpretationem, et observat, ὑπερηνορέων non esse genitivum pluralem, sed nominativum singularem participii, et suspicatur, legendum esse χλιδώντων ὑπερηνορέων. Mihi videtur vulgata bene habere. subauditur πνεῦμα. *spiras spiritum virorum superborum.* h. e. imitaris insolentes mores arrogantium.

20. ἅς κε ζόης Flor. Adscripserat annotator Vimariensis: [Euripid. ἀδεὶς ἐραστὴς, ὅστις ἂν αἰεὶ φιλεῖ, in fabula, cui nomen Τρωάδες.]

22. Pro ἔρος dat Flor. χρόνος.

25. In Florentina subscriptum est ἀτελὲς. Adscripserat in libro Vimariensi manus ignota, non illa vetus, quae caetera exaravit, sed recentior: [Supplementum huius Idyllii habetur infra p. 247.] Non improbabiliter. Significat fragmentum τῶν παιδικῶν a Casaubono primo vulgatum.

Brodaeana ad hoc Idyllium omnia praeterii, ut levia, aut vana.

AD IDYLLIVM TRIGESIMVM.

32. καί μευ κατεσίναζε dant omnes, quos vidi, libri. Henrici Stephani et Scaligeri de hoc loco quae sint sententiae, cognoscere et arbitrari pro suo cuique sensu licet. Mihi videtur legendum esse: κἀὶ (id est καὶ εἰ) κατεσυγνάζευ vel κατεσυγνάζῃς. *et si mihi irata es.* et sic rescripsi. κατασυγνάζεσθαί τινος, idem est atque συγνάζεσθαι κατά τινος, h. e. συγνὸς, tristis, iracundus, asper, ferox et acerbus fieri erga aliquem, exasperari animo. Adscripserat annotator Vimar. [Auratus σίναζε κραντὴρ.]

35. Versum hunc signis parentheseos inclusi, et distinctionem paulum immutavi. Nam τύτυς versu 33. et 34. cohaeret cum ἐρωτικὺς ὀδόντας.

41. οἱ ἐπιλῦσαι Ald. ZC. Salam. Farr. Brubach. οἱ 'πιλῦσαι HSt.

42. ἐν τῶδ' Ald. S. Salamandr. ἐκ τῶδ' Aldina E. et reliquae.

43. ἔβαινεν Aldina utraque, ZC. Salam. Farrean. Brubach. ἔβαινε HSt. qui etiam κ' εἰς ὕλαν, aut ἐς δ' ὕλαν. Verum in eiusmodi verbis ἔρχεσθαι, μολεῖν, βαίνειν, ἰέναι, τρέχειν, saepe omittuntur praepositiones, εἰς, πρὸς, ἀνὰ, διὰ. Sic paulo ante πᾶσαν δρεμόντες ὕλαν vs. 8. pro πᾶσαν διαδρεμόντες, aut εἰς πᾶσαν, vel ἀνὰ πᾶσαν. vid. etiam ad Idyll. 13, 66.

penult. καί τε συρῇ Aldina utraque, ZC. Salam. Farr. Brubach. HSt. καὶ τῷ συρῇ iuniores.

ult. Alii ἔκλαις suspectum habent, alii τὰς ἔρωτας. Prius mutat Stephanus cum ἔκλαιε. *suorum amorum miseriam deplorabat.* Mitto reliqua, apud ipsum legenda. Dorville ad Chariton. p. 431. non abhorret ab eorum sententia, qui τὰς ἐρῶντας legant, et de dentibus infeliciter amantibus accipiant. Dudum me taedet ineptiarum eiusmodi poeticarum. quare non consumam ingenium in iis enucleandis. Esset alias haud arduum, vulgatam tueri, sic construendo: πρὸς τὰς ἔρωτας προσελθὼν ἔκλαιεν αὐτὰς τῷ ἑαυτῷ συρῇ. sed statuat pro suo quisque ingenio. Vid. etiam hoc de loco Bayle Dictionar. v. *Adonis*, nota C.

AD

AD EPIGRAMMATA.

